Bibliothèque numérique
medic@

Galien / Jean Lalamant (éd : com. trad.). Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III

Lyon, Gulielmum Rouillium, 1559.
Cote : 5884

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?05884

5884. CLAVDII

GALENI PERGAMENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBRI III.

Recèns Latini facti, & Commentariis illustrati, quibus mensium Lunarium Solariúmque, anni item Aegyptiaci, Arabici, Persici, Hebræi, Attici, necnon etiam & Romani ratio ita ponitur ob oculos, vt iam demum, & de mora partus in vtero, & de mensium Græcorum, exterarúmque & principum nationum cum Latinis collatione certi quid & haberi possit, & statui:

Ioanne Talamantio apud Heduos, vt Celticæ olim Galliæ opulentissimos, ita hodie Ducatus Burgundiæ antiquiss. & celeberrimos Medico clariss. auctore.

Ἐξελάζειν χρὴ μὴ συκοφαντίην.

ECOLE DE SANTE DE PARIS
BIBLIOTHEQUE

LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM,
1559.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Extraict du priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy eſt permis à Guillaume Rouille Libraire de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer vne foys ou pluſieurs, ce præſent liure intitulé, *Claudij Galeni de Diebus Decretorijs libri tres, Ioanne Lalamantio Heduo, Doctore Medico interprete, & eiuſdem commentarijs illuſtrati.* & faict defences de par ledict Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & perſonnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer, vendre, ne diſtribuer, en ſes païs, terres & Seigneuries, ledict liure, ſi ce n'eſt par le conſentemẽt dudict Rouille, & ce iuſques au temps & terme de douze ans, à compter du iour & datte que ſera paracheué d'imprimer ledict liure, ſur peine d'amende arbitraire, & de confiſcation des liures qu'ilz auroient imprimez. Et afin qu'aucun ne puiſſe pretendre ignorance du preſent priuilege, ledict Seigneur veut & entent, que l'extraict d'iceluy eſtant mis au commencement deſdictz liures, ſerue pour toute notification, ſauf en demander copie audict Rouille (ſi bon leur ſemble) & ce à leur deſpens. Car tel eſt ſon plaiſir, nonobſtant oppoſitions & appellations quelconques, comme plus à-plein eſt contenu & declaré par leſdictes lettres de priuilege, ſur ce donnees à Paris, le huictiéme iour d'Octobre, mil cinq cens cinquante huict.

Par le Roy en ſon conſeil eſtably pres la Royne.

Signé Fizes.

ROBERTO HVRALTO ABBATI SANCTI MARTINI AD VRBEM HEduam, viro cùm moribus & pietate, tum eruditione etiam insigni Ioannes Lalamantius S. P. D.

EDICINA corpori humano regendo tuendóque dicata scientia, sanis corporibus status sui conseruationem, ægrotis sanitatẽ promittit. Cùm verò corpore humano res nulla omnium, quæ ex elementis conflatæ cælo teguntur, aut præstantior sit, aut excellentior: sanitas item etiam tanti sit apud homines, vt nemo sit, qui, si eam habeat, nõ ipsa tota vita frui votis omnibus expetat: si amissam non habeat, omnibus eam facultatibus, & vel regno libentißimè redimat, haud iure quidẽ culpari posßit, quisquis medicina nõ aliud maius, aut præstantius donum ad homines vnquam à Deo Opti. Maximo dimanasse credat. Et sanè tum quia Dei donum semper credita est, tum quia rem tantam, &, quam modò dixi, magnam profitebatur, nõ solùm ipsa magno semper in honore fuit, sed & inuentores eius & professores tanto in pretio

habiti, vt hos ciuitates magnis præmijs retinuerint, illos in Deorum numerum retulerit antiquitas. In eam ſcientiam etſi multi & magni quidem viri ſemper incubuerunt, eámque eruditione celebres, & ingenio clari, vel excoluerunt, vel excultam exercuerunt: ſuperiore tamen & noſtra ferè memoria à tam multis indoctis, Barbaris, & paucas Latinas literas, pauciores Græcas, vnde hæc tanquam à fonte dimanabat, habẽtibus ita miſerè, magno omnium damno, tractata eſt, vt parum abfuerit, quin ea cum bonis omnibus aliis diſciplinis tota Europa exularit, & vix vllum ſui veſtigium relinquẽs tenebris ignorantiæ ſepulta æternùm iacuerit. Et iacuiſſet certè, ni Deus Opt. Max. hominum ſortem miſeratus, tantũ ſuum in homines beneficium ex ipſorum cœtu tolli, & euaneſcere non facilè ferens, afflictæ, imò verò penè ſepultæ auxiliatricem ſuam manum porrexiſſet, hominésque excitaſſet, alios vt traditam olim diuinitùs ſcientiam, ſed temporum iniquitate ex hominum ferè memoria obliteratam ſtudio ſuo ab interitu vindicarent, alios vt præmijs & quibus poſſent beneficijs eos inuitarent, qui in eo ſtudij genere elaborandum ſibi putarent. Et verò vt Deus Opt. tunc temporis rem magnam & arduam moliebatur, ita tum cordatos homines & auctoritate non minus, quàm opibus nixos ad tam præclarum obeundum facinus, ſelegit, in queis primus afflatum diuinum ſen-

ſit,

ſit, quem nuper viuentem vidimus, Franciſcus Rex Gallus Henrici huius noſtri ſecundi pater, qui regia ſua liberalitate, & Valeſianis opibus publicos profeſſores magnis ſalarijs inſtituit, & tam multa & præclara ingenia ad medicinæ, ſed & aliarum etiam ſcientiarum ſtudium illexit, vt infiniti Principes, & opibus etiam potentes magnates tota ferè Europa derepentè, & quaſi miraculo extarent, qui illius tam illuſtre occœptum imitandum ſibi proponerent, ſtudioſosque ſuis opibus ſuſtẽtatos ad literarum cultũ inuitarent. Quo factũ eſt, vt intra paucos annos bonæ literæ, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ tota ferè Europa & florere inciperent, & miros fructus, homines ſcilicet ad miraculũ doctos producerẽt: in queis tu, Roberte, huius noſtræ ciuitatis decus & ornamẽtum, vel facilè primas tenes. Qui cùm pro ea indole, quam & familia & ingenij tui candor tibi conciliarãt, inter innumeros alios dignus eſſes iudicatus, qui regijs beneficijs in eũ finẽ ornarere: tãtos profectus in literis feciſti, vt in tribus linguis pares paucos, ſuperiorem haberes neminẽ. Et ſanè te à primis annis miro literarũ flagrauiſſe deſiderio ſatis hinc cõſtare poteſt, quòd ſexagenarius ne de põte quidẽ deijci te patiare, ſed vel hac ætate tã mirificè etiã literis, ſed potiſſimũ Hebraicis delectaris, vt omne id tẽpus tibi deperire putes, quod in illorũ ſcriptis nõ ſit impenſum: ad quæ tiã tractãda ſyncerius viris doctis domũ tuã ſemp

patere voluisti, quorum præstãtißimos magnis præmijs inuitatos, tũ multis beneficijs auctos ornatósq; retinuisti, tibiq; ita addixisti, vt etiã hodie nusquã abste abscedẽtes magno sint ædibus tuis ornamento. Sed ad medicinã redeo, quæ ab annis circiter 40. vnà cũ alijs bonis artibus quasi ab exilio reuocata, & postliminio rediens, sensim potentũ virorũ beneficio, ingeniorũ bonorũ dexteritate, tẽporũ felicitate iã ad tantum incrementũ deuenit, vt eius ferè nulla pars sit hodie, quam nõ viri docti pars de bona Græca, bonã Latinã fecerint, pars lucubrationibus etiã illustrarint. Ego cùm in id studiũ per annos aliquot incubuissem, ac per eas ingenij dotes, quas mihi Deus largitus esset, profectus non quidem quãtos vellem, sed quãtos non pœniteret, feciſſem, aliorũ exẽplo excitatus, quid in interpretãdi genere possem experiri aliquando in animum meum induxi. Itaq; cùm perlectis aliquot Galeni libris, in eum tandẽ incidissem, cui titulum fecit περὶ κρισίμων ἡμερῶν, id est, de diebus Decretorijs, eúmque luce aliqua indigere iudicarem, quòd nullius adhuc cuiusquam lucubrationibus illustratus obscurior esset, & mendis multis scateret, ad eum de Græco in Latinum cõuertendum, & cõmentarijs etiã illustrãdum, vel hoc potißimũ nomine sum aggressus, quòd sine eius rei, quæ in his libris tractatur, cognitione medicinam, & mancam esse, & ægrotos pleroſq; vitæ periculũ subire intelligerẽ. Nam cùm ea pars medicinæ

quæ

quæ victu medetur (diæteticen vocant) sit omnium trium Therapeutices partiũ facilè prima & præstãtissima. Victus autẽ ratio pro morbi cõditione, seu instantis Criseos ratione, vel plenior, vel exquisitior habeat imperari, fit vt si die Critico ignorato in instituẽda diæta, vel minimum erratum admittatur, ingentem noxam ægrotus sustineat, & infamiæ notam medicus incurrat. Vnde intelligi datur, medicum, qui bene cùm sibi tum ægroto cõsultum velit, nulli rei tã debere, quàm diei Critici præcognitioni attendere, vt scilicet eo præcognito victus rationem, in qua ferè tota consistit curandi ratio, debitam instituat. Optimum quippe medicamentũ est, opportunè datus cibus: quod tamen vix persuadeas triuialibus quibusdam, & circumforaneis pharmacopolis, hominibus imperitis, sine ingenio, sine literis, medicinam hodie passim magno Reipub. damno, vel in triuijs profitentibus, qui medicũ præclari nihil gessisse putant, ni, vt ait etiã Galenus, ad ægrotos accedens, ipsos temerè nulla habita generis morbi, aut diei ratione extremè ita, quæstus tantùm gratia purgauerit, vt eos supernè infernéq; exenterare voluisse videatur. Sed enim quid hîc effecerim, aut quantum præstiterim, alijs iudicandum relinquam. Tantum dicam, me nõ sine magno labore ex infinitis locis, partim corruptis, partim vt corrupti nõ essent, natura sua obscuris emersisse, & antiquitatẽ, quo ad anni rationẽ attinet, tenebris inuersam in lucem reuocauisse. Nam, occasione nacta, in

anni diuersarum & principum nationum rationem excurri, & Ephemeride cõstructa quasi digito indicaui multorum, qui id anteà tentarant, conatus frustrà fuisse susceptos. Primùm verò Hebraici anni, deinde etiam & Attici diarium construxi, & vnde vtriq; anni sui principiũ facerent, ita planè ostendi, vt cui è nostris mensibus Hebræorũ Nisan, Atticorum Hecatõbæon, aut quiuis alius respondeat, nullo negotio deprehendi possit: quæ res ad historias tam sacras, quàm prophanas nõ parum cõducit. Triplicium quinetiam mensium Lunarium rationem reddidi, vt hac via partus in vtero moræ ratio haberi possit: quæ tamẽ res hactenus adeò cõtrouersa fuit, vt quid quis sequeretur, nõ haberet. Tantum ergo præstiti, labore q; & quantulacumq; in me est industria, effeci, vt iam demum ea res nostris hominibus cognita esset & perspecta. Hos verò nostros labores tibi, Huralte clarissime, dicandos ideo putaui, et quòd literarum dignitas & præstantia ea semper fuerit, vt eas dicari sibi magni viri & honestum & glorioſum putarint, & quòd propter cognitu dignissimam & nouatam antiquitatem eos nõ iniucundos tibi antiquitatis studiosissimo, fore sum arbitratus. Porrò verò nostra hæc si tibi placuisse, & eo quo offeruntur animo, in clientelam tuam te accepisse intellexero, & me tali patrono beatum iudicabo, & ad alia his fortasse & maiora & tua dignitate digniora meme comparabo.

Vale Heduæ, Calendis Augusti 1558.

AVCT

IOANNIS LALAMANTII HEDVI

in tres Claudij Galeni libros περὶ κρισίμων ἡμερῶν, id est, de diebus decretorijs, Præfatio.

GALENVS vt his tribus libris titulum fecit περὶ κρισίμων ἡμερῶν, ita iisdem totis passim, sicuti & Commentariis etiam in libros Aphorismorũ, Prognosticôn, Epidemiôn, Prorrheticôn, & aliis aliquot, eadem nominis ad dies morbos iudicantes appositione ex Hippocratis disciplina vtitur. Siquidem Hippocrates Epide. primo in dierum parium catalogo, in historia item Cleonactidæ, sicuti rursum cap. 10. lib. 3. Prog. diebus de morbis iudicantibus eandem appellationem tribuit κρισίμους ἡμέρας nuncupans. Quin & Prorrhetic. etiam tertio τὰς τῶν αἱμορῤῥαγίων κρισίμους ψυξίας, id est, decretorias hæmorrhagiarum refrigerationes nuncupat eas, quæ diebus decretoriis fiant. Nec verò Gale. κρισίμους tantùm dies apposito & Hippocrati consueto Epitheto vocat, sed & κρίνουσας sæpe, vt prædictis Commentariis passim, interdum (quanquam rariùs, & vno à me tantum obseruato loco) κριλικὰς, vt Cõmentario in Aphor. 61. quarto, cum eius loci Aphorismo pro ᾗ πρίοσι ἡμέρᾳ, ᾗ κριλικῇ satius esse legẽdum scribit. Rursum passim ἐκκρίσεις κριλικὰς, vt li. 4. de dignotione ex pulsibus, γνωρίσματα & συμπτώματα κριλικὰ, κοιρὸς, μῆνας & ἐνιαυτὸς κριλικοὺς, id est, excretiones Criticas, signa, symptomata, & tempora Critica, menses & annos Cri

* *

ticos, vt in fine ſecundi de diebus Decreto. Et modò item σημεῖα κρίσιμα id eſt, ſigna Criſima, vt Commentario in Apho. 12. primo, & 36. Commētarij 4. & item 7. primi Criſeon, modò κριλικά, vt paſsim ἀριθμὸν item κριλικὸν & κρίσιμον ἡμερῶν, id eſt, numerum dierum Criſimum & Criticum ſecundo de dieb. decret. dicit vt facile intelligere liceat κρισίμους κριλικὰς & κρίνουσας ἡμέρας eadem Galeno ſignificatione vſurpari. Sunt autem κρίσιμοι, κριλικοὶ, ἤτοι κρίνουσαι ἡμέραι, αἱ τὴν τοῦ κρίνειν δύναμιν ἔχουσας, ὃ πρώτως ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκὸς, id eſt, dies qui vim habent iudicandi morbos non primariò, ſed ex aliquo accidenti, vt 3. de dieb. Decre. vel vt finit Commenta. in cap. 1. tertij Progn. ἐν αἷς αἱ μεταβολαὶ μετὰ φανερᾶς κενώσεως ἢ ἀποστάσεως πλείστη ἅμα καὶ τελείαι γίνονται, id eſt, In quibus firmæ & plurimæ cum euidenti vacuatione aut abſceſſu mutationes fiunt. Definitionibus ſumptis priore, à cauſa efficiente, poſteriore ab effectis. Corn. Celſus lib. 3. cap. 4. antiquos dies Criſimos nominauiſſe ſcribit eos, quibus tanquā de ægris iudicaretur, & impares potiſsimum eſſe ſecutos. Deducuntur verò nomina hæc κρίσις, κριλικὸς, κρίσιμος & κρίνουσα à verbo Græco κρίνω, quod Latinis iudico, decerno, & ſententiam fero ſignificat. Vnde & iudiciales ſeu iudiciarij, pleriſque decernentes ſeu decretorij Latinis vocabulis, aliis Critici, &, vt Celſo loco prædicto, Criſimi Græcis nominibus pro Latinis vſurpatis dicuntur, nominibus videlicet de medio foro ad artem medicam tranſlatis, quod & Galen. paulò antè præcitatum ex Prog. locū in nomine Criſis his verbis innuit· ἡ γὰρ περὶ τὰ νοσήματα κρίσις ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς δικαστηρίοις μετενήνεκται. Vſurpata, inquit, in morbis dictio Criſis à foro tranſlata.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 10 sur 567

lata eſt, ſignificans ſubitam in morbo mutationem. Aptiſsimè vero & ſimilitudine quadam dictiones hæ de foro ad res Medicas & curandi ratione olim tranſlatæ ſunt. Similia enim quodammodo ſunt capitis cauſam dicere, & acutè laborare, ab actore ſeu accuſatore infenſiſsimo in iudicium rapi, & à morbo hoſte naturæ infeſtiſsimo in vitæ diſcrimen trahi. Item vt Caſsij iudicis, ita & diei itidē κρίσιμος, ſeu iudiciū ſubire. Quinetiam vt tria ſunt quæ forū conſtituunt, actor, reus, & iudex, ita tria ſunt etiā quibus medicina conſtat, & curatio omnis perficitur. Morbus, natura & dies. Ac vt in foro iudiciali actor, verbi gratia, Seius eſt reus, Titius Iudex, non quiuis, ſed quem ſors dederit, vt verbi gratia, Caſsius: ita in curandi ratione, morbus, actoris, natura, rei: Dies, non quiuis quidē, ſed qui à virtute cęleſti talem vim ſortitus eſt, iudicis partes obtinere videtur. Adde quòd vt actor infenſus & atrox reum conatur pro viribus opprimere, ita morbus naturā, cui hoſtis eſt infenſiſsimus. Rurſum item quemadmodum reus qui ab accuſatore capitis arceſſitus cauſam coram iudice quamlibet æquo & humano dicens, vehemēter adeò commouetur vix vt apud ſe ſit, formidoloſiſſimúmque hominum, in quorum manibus vitam ſuam poſitam eſſe ſentit, iudicium ipſe non ſolùm reformidat, ſed & propinquos etiam in eundem metum adducit, ita qui acuto morbo correptus eſt (acutorum enim Criſes ſunt) de ſalute ſua agi etiam ſentiens inſtante Criſi, die etiam laudabili & bono adeò perturbatur, vt cōſternetur animo, concidat, & neque videat, audiat, ſentiat aut loquatur, vnde aſſidentes etiam perturbari adeò contingit, vt

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 11 sur 567

de homine planè actum esse clamitēt. Similiter verò vt reus patronū, pragmaticos, & subscriptores habet, quorū patrocinio & industria causam suā sibi tuendā arbitratur, ita natura (naturā hic cùm dico, facultatē eam, quæ corpus humanū regit & dispensat, intelligo, qua læsa & noxam sentiente, ægrotare hominem necesse est, vnde parum referre arbitror naturam hîc an ægrum dicam) Medicum, patronum, ministros seu assidentes, pragmaticos & subscriptores habet. Reum enim, id est, naturam seu ægrum, Medicum & ministros vnà in morbum conspirare oportet, & ipsum, quantum in se est, profligare satagere. Denique vt reus criminum vel multitudine vel magnitudine aut testibus aut suo ipsius testimonio conuictus, abs iudice etiam clementissimo morti addicitur, ita æger seu natura vitiosorum humorū tam copia quàm qualitate oppressa (vitiosi enim humores criminibus hîc respondent) abs iudice die scilicet Crisimo quantumuis laudabili & bono ad malum & mortem iudicatur. Idque testibus prementibus cùm domesticis & externis, tum ægro etiam ipso, suo sese testimonio opprimēte. Domesticis quidem, vt facultatibus tribus nostrum corpus dispēsantibus naturæ vitiosæ seu ægro operam suam recusantibus accommodare, & adhæc etiam earum pediſſequis, vrina, alui excrementis, sputis, respiratione, pulsu & functionibus animalibus, quę omnia à sanorum statu abscedentia, ægrotū etiam suo testimonio lædunt & opprimunt. Externis, vt vultu Hippocratico, decubitu non consueto, sudore & extremitatibus corporis frigidis, somno qui fiat ore aperto, corporis grauitate, oculis non spōte illachrymantibus

tibus,peruerſis, lumen refugientibus, & id genus aliis externis reum etiam ſuis teſtimoniis onerantibus. Aeger verò tunc ſuo ſeſe teſtimonio premere comperitur, cum cibum auerſatur & reſpuit, cum non bene ſeſe habet ad ea quæ offeruntur, cùm Medico morẽ gerere recuſat, ac deniq; cùm grauiter adeò ſeſe laborare aut expreſſis verbis, aut re ipſa teſtatur, vt nullã, aut admodũ exiguã ſalutis ſpem ipſe concipiat, vel aliis concipiendam relinquat. Iam verò vt iudicẽ niſi rogatis ſententiis, ita neque diem niſi expectata & ſuſcepta virtute cæleſti morbum iudicare minimè par eſt, alioqui temerarium vtrobique & nimis præceps, cóque periculoſum & fidũ minimè fit iudicium. Vnde propter tam multa ſimilia, aptiſſimè commodiſſiméque dictio Criſis de fori conſuetudine à Medicis vſurpata eſt. Porrò autem licet intelligere Latinos ea ratione dies iudiciales, iudiciarios, decernentes aut decretorios nuncupare, qua Græcos κριτίμους, κρίνουσας, & κριλικὰς nuncupare dixi. Vt enim forum iudiciale aut iudiciarium dicimus locum, inquo iudicia fiunt, ſic diem iudicialem, tempus iudiciale aut iudiciarium dicere poſſumus, quibus die & tempore iudicium exerceatur, & ius ſuum cuique tribuatur. Eſt enim fori conſuetudine iuſtitium quoddam, tempus ſcilicet quo à iure dicundo feriantur iudices. Sunt & dies quidam nefaſti, quibus lege agere non licet. Ea ergo forma, qua Pragmatici iudiciales ſeu iudiciarios dies faſtos vocant eos, quibus iudicia fiũt, eadem Medici iudiciales ſeu iudiciarios eos vocare poſſunt (ἐν αἷς αἱ κρίσεις γίνονται), id eſt, quibus morborum iudicia ſeu Criſes fiunt. Quin decernentes etiam, ſeu decretorij

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 13 sur 567

eadem ratione dicãtur, quòd iis ſcilicet veluti ſentẽtia feratur, & de morbo decernatur. Decernere enim iudicare eſt & ferre ſententiam, vnde areſta curiæ decreta etiam appellantur. Plinius tamen lib. 18. cap. 28. alia ſignificatione decretoriũ vſurpare videtur, cùm caniculam decretorium vuis ſydus eſſe, & alio loco, circa Vergilias quatriduum oleæ eſſe decretorium dicit. Dictione ſignificãte caniculã, de futuro vuarum, quatriduo circa Vergilias, de futuro oleæ prouentu ferri poſſe iudicium. Qua ſignificatione ſi cui in arte Medica Decretorium etiam vſurpare viſum fuerit, Decretorij dies dicentur non ſolùm illi, quibus de morbo decernitur, ſed & illi, quibus de futuro tempore, id eſt, die ægritudinis iudicandæ iudicium fieri poteſt. Sic dictio non ſolùm Criticos dies propriè dictos, quibus ſcilicet morbus iudicatur, ſed & δεκτικὰς etiam, ſeu ἐπιδεκτικὰς, id eſt, indices & ſpectabiles, quibus, quid die Criſimo proximo futurum ſit, iudicium ferri ſolet, comprehendet.

©BIUM

AVCTORVM NOMINA,
quorum fide & testimonio hæc ter-
pta nituntur.

Ægineta
Aratus
Aristoteles
Augustinus

Caro
Celius Rhodig.
Celsus
Cicero
Columella
Conciliator

Diodorus Siculus
Diogenes Laërtius

Gellius

Hesiodus
Hippocrates
Homerus
Hyginius

Iberon. Junius
Ioannes Prus Mirand.
Io. Franc. Mirandula.
Iosephus
Isacius

Lactantius
Linius

Macrobius
Mar. Ficinus
Martialis
Mosches

Nicephorus Callist.

Oppianus
Ouidius

Plato
Plinius
Plutarchus

Suetonius
Suidas

Theodorus Gaza

Valerius Max.
Varro
Virgilius
Vitruuius.

AVCTORVM NOMINA,
quorum fide & teſtimonio hæc ſcripta nituntur.

Aegineta
Aratus
Ariſtoteles
Auguſtinus

Cato
Cælius Rhodig.
Celſus
Cicero
Columella
Conciliator

Diodorus Siculus
Diogenes Laërtius

Gellius

Heſiodus
Hippocrates
Homerus
Hyginius

Iheronymus
Ioannes Picus Mirand.
Io. Franc. Mirandula.
Ioſephus
Iuuenalis

Lactantius
Liuius

Macrobius
Marſ. Ficinus
Martialis
Moyſes

Nicephorus Calliſ.

Oppianus
Ouidius

Plato
Plinius
Plutarchus

Suetonius
Suidas

Theodorus Gaza

Valerius Max.
Varro
Virgilius
Vitruuius.

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER PRIMVS,

Ioanne Lalamantio Hæduo Interprete.

Capitis primi ſumma.

DOcet non admodum fidendum eſſe ijs magnorum morborum ſolutionibus, quæ ſubitò ſine ſolutoriis ſignis, id eſt, aut copioſis excretionibus, aut inſignibus abſceſsibus fiant: quòd ſcilicet tales ſolutiones ſuſpectæ ſint, & recidiuam minentur. Eóque vult eum qui ita conualuiſſe videatur, in officio ſuo contineri, nec ita arbitrio ſuo relinqui, vt illicò ad priſtinam victus conſuetudinem redeat, aut quid eorũ faciat, quæ ægroto planè ſanitati reſtituto Medicus permitteret. Addit & hoc, Magnam in ægrotantis corpore perturbationem, & quæ terrorem aſtantibus afferat, ob ſymptomatum & multitudinem & vehemẽtiam, illas vel excretiones, vel abſceſſus ſolere præcedere. Inde inuehitur in eos (Sophiſtas innuens) qui neque excretione, neque abſceſſu morbos ſubitò ſolui fatebantur: vel ſi faterentur, ſymptomata tamen quæ commemorauit, concurrere inficiarentur: aut ſi ipſum etiam admitterent, Criſim tamen idipſum negarent appellari. Sub capitis finẽ, quaſi Sophiſtæ morbos per criſes iudicari præcedentibus ſymptomatis, excretionibus, & abſceſsibus negare non poſsint ſine ſtultitiæ opinione, cùm id euidens ſit ſenſui, & quotidie appareat, ponit ſibi de re cum illis conuenire: de nomine tantùm eſſe cõtrouerſiam, quam cùm negligendam ſciat & paſsim doceat, tandem nomen ipſe rei imponit, quale ſcilicet impoſitum antè fuit ab adſtante illo idiota, quiſquis is fuit: qui ſymptomatum videns vehementiam, neſcius eius quod fieret, exclamauit, quòd ægrotus iudicaretur, capitiſque diceret ſententiam: aptè admodum, quanquam neſcius, vocem de medio foro ad morborũ criſes transferens. Eam rem Galenus ſeruata prima nominis impoſitione, Criſim, id eſt, iudicium nominat. Definitque ſubitam eam eſſe in morbo, ſeu ad ſalutem, ſeu ad mortem mutationem.

CAPVT I.

QVotquot [1] morborum, non eorum dico qui paulatim imminui, ſed eorum qui ſubitò quieſcere conſueuere, ſolutiones fiunt, ne illæ omnino quò fidæ ſint & firmæ, aut copioſam aliquam excretionem, aut [2] inſignẽ abſceſſum requirunt. Nam qui morbi citra hæc quieſcũt, [3] illi ſanè reuerti ſolent. [4] Quare animum diligenter adhibere conuenit, ægrúmque modis omnibus obſeruare, ne quid eorum, quæ ijs qui fidè conualuerunt, vel in cibo, vel in potu, balneis, motu, vel in alijs quibuslibet cõcedimus, ipſum agere permittamus. [5] Nam ſi, qui quieuit morbus, ſimplex & exiguus fuerit, ſorſan [6] ob tam exactam victus rationem ita plane ſedabitur, vt poſteà nunquam reuertatur. At ſi quiſpiam de malignioribus extiterit, etiam hac obſeruata victus ratione redire poſſit, ſed tamen non ita cum ſummo diſcrimine. Quòd ſi quaſi fidè ſolutus ſit, neglectui deſpectuique habitus fuerit, multò hic grauior quàm ab initio euadet.

1 QVotquot morborum. τῶν νοσημάτων αἱ λύσεις ὅλαι, μὴ κατὰ βραχὺ μειωθέντων, ἀλλ' ἐξαίφνης παυσαμένων γίνονται &c. Morbi omnes in vniuerſum aut acuti ſunt, aut diuturni. Acuti propriè iudicari: diuturni, ſolui dicũtur. Aliquando tamen per abuſionem ſolui de acutis etiam vſurpatur, vt ex hoc loco apparet, quo Galenus λύσεις ἀντὶ τῦ κρίσεις. ſolutionis nomen pro nomine Criſeos videtur vſurpaſſe. Eam differentiã aſsignat Gale. libro Criſeon primo, cap. 20. libr. ſecũdo, cap. 11. item tertio capitib. 3. 5. 7. & huius commentationis libri 2. cap. 5.

2 Inſignem abſceſſum requirunt. Ἄπεπτος ἀσήμως ἢ ἀφανὴς δίεσι). In Venetiano Aſulanij codice ita ſcriptum reperias: in Baſiliẽſi Oporino, ἀφανὴς, eodem tamen ſenſu, cùm illud per ſincopem ab hoc factum videatur. ἐπιφανὴς poſteà dicet proximo ſecundo capite, & in ſupradictorum item anacephaleoſi: infrà cap. 5. Hęc quanquam vix notatu digna videbantur, eò tamen adſcribere placuit, vt variorum codicum lectionem indicarem.

Illi

Illi ſanè reuerti ſolent. ὑποτροπιάζειν φιλεῖ, praua ſcilicet & inutili retenta in corpore materia, non autem ſecreta & expulſa. 3
Nam ſi quæ à morbis poſt Criſim relinquuntur, recidiuos morbos facere conſueuerunt, vt Aphor. 12. comment. 2. quid de ea, non quæ reliqua eſt, ſed quæ tota in corpore aſſeruatur peccante & morbifica materia expectãdum eſt? Cum ergo morbifica materia praua ſit, & à corporis, in quo continetur, natura aliena, niſi profectò copioſè & tempeſtiuè per loca conferentia vacuetur, recidiuos morbos cauſatur. Ceterùm Baſilienſis Oporini codex ſic male hoc loco ſcriptũ habet, ὡς ὅσος γε ἐξήρασώνησαν pro ἐξήρασώνησιν, quo modo ſcriptũ habet Aſulanus codex, & rectè, iiidem verò ferè verbis idem repetit libro 3. Criſeon capite 2.

Quare animum diligenter, &c. Repentinũ omne Naturæ inimicum. Tenuem ergo victum & exquiſitum in morbis acutis, in 4
quibus ſcilicet conueniat, ſi vel Medicus ægroto præſcripſerit, vel ægrotus ſibi, & morbus interea iudicatus eſſe, vel cum ſolutoriis ſignis vel etiam abſque illis videatur, ibi non, vt de repente ceſſauit morbus, ita & de repente ad pleniorem victum, & conſueta, ſed paulatim redeundum eſt. quod docebat Galenus commentario in Aphor. 51. ſecundo: & comment. in primum libru de Victus ratione acutor. cùm ita dicebat, Contingit interdum vt tanquam ſoluto integrè morbo ægri confidant, cibentúrque inde negligentius, & eius quæ per circuitum repetat acceſsionis occaſionem præbeant. Tutum eſt igitur, etiam ſi morbus iudicatus fuerit ad duos vſque dies diligentem victus rationem, qua æger vſus fuerit, ſeruare. Præteritis autem ab iudicatione diebus duobus, iam ſecurum eſt plenius cibare: ſic tamen vt neque tunc mutationem eam quæ vniuerſim & ſubitò fit, efficiamus. & quæ ſequuntur. Quàm periculoſa autem ſit omnis ſubita in ratione victus mutatio, licet diſcere ex Philonis filiæ hiſtoria, quam habes libro 1. Epidem. Conſtitutione 3. Cui cum copioſè ſanguis fluxiſſet enaribus, cóque ſeruari debuiſſet, vt ſeruati fuerant, quibus eo ſtatu aliqua excretio contigiſſet, quia tamen intempeſtiuius die ſeptimo cœnauit, obiit mortem. Intempeſtiuius autem cœnaſſe ipſam interpretor, citius quàm par fuiſſet ad conſuetam victus rationem rediiſſe. Mirum verò eſſe non debet ſi ægrotis repentè immutata victus ratio ſit no-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 19 sur 567

xia & periculoſa,cùm ea etiam ſanos offendant Hippocrati libro 2.de Rati.victac.& Gale.commen.in eundem locum.Cęterum conualeſcentibus ex morbo,ſicuti & ſenibus, debetur ea victus ratio quæ græcè Analeptice & Anathreptice,j. inſtauratrix & altrix dicitur Galeno in Arte parua, & libro 7. Metho. Conualeſcentium,inquit, victus ratio media quædam eſt inter eam quæ ſanorum propria eſt,& quæ ægrotantium.

5 *Nam ſi qui quieuit morbus.* Inter morbos acutos alij ſunt legitimi,magni,& exquiſiti,qui & maligni quoque dicuntur.Alij nothi & ſpurij,qui parui,mites, & ſimplices nominantur.Porrò hi ſpurij dicũtur,quibus de legitimo ſymptomata alia inſunt, alia nõ inſunt.vt cõmen.in libro 4.de Rat.victac. Cauſon,inquit,reperio Medicos febrem appellantes, cùm vrens caliditas ſitiſque inextinguibilis hominem torquet. Quòd ſi ita habet, Cauſon quidem ſimpliciter: exquiſitum verò & legitimum non dicemus.Et commenta.in primum Epid.In legitimis itaque,vt quis dixerit,ardentibus febribus ſurſum latis ad caput ob caliditatis copiam ſuccis,ſanguinis eruptiones fiunt, & delyria.Nunc autem quòd exquiſita febris ardens non fuiſſet,iure ſymptomata non habuit quę febriũ ardentiũ eſſent:& inde multa in eandem ſententiam dicit. Cæterum magni morbi vno modo dicuntur ij,quos Natura vincere non poteſt ſine externo auxilio. Exigui contrà,ij qui ſeparatis cauſis facientibus illicò finiuntur:Natura videlicet ipſos ſanante, vt libr.1. Loco.affect.cap.1. Altero modo magnos vocamus vehementes & malignos. paruos contrà,mites,remiſſos & ſimplices,quantitatem pro qualitate vſurpantes.quo ſenſu Hippo.Prog.2.cap.3.dicit,& mitiſsimæ febres quæ cum ſignis ſecuriſsimis fiunt,quarto die finiunt, vel priùs. At quæ malignitate excellunt, & cum ſignis grauiſsimis accidunt,quarto die occidunt,vel anteà.Mites quidem malignis opponens,ſeu placidas implacidis,Gale.lib.1. Criſ.cap.16.Sed & ex hoc loco ſatis intelligitur μικρὸν νόσημα(ego ſimplex & exiguus conuerti)maligno opponi.Nam poſtquam dixit, Εἰ μὲν γὰρ μικρὸν εἴη τὸ ῥᾳσώνησαν νόσημα.ſtatim ſubdit, εἰ δὲ ζ. τὴν κακοηθεδέστερον,&c.Quod autẽ malignus morbus ſit is, qui omnibus ritè factis nihil iuuetur,conſtat omnibus,Gale.comment.3.in 1.Epide. Maligno ergo morbo μικρὸν νόσημα, ἔυνθες καὶ ἔυτρεπτον etiam Græcis dictum:primùm morbus paruus & mitis,& qui facilè ad bonum

bonum vergat, opponitur. vt comment. 2. in lib. de Rat. vic. acu. quãquam εὐηθὴς per ironiam aut antiphrasim malignus etiam, & κακοηθὴς dicitur, vt lib. 3. Prog. cap. 2.

Ob tam exactam victus rationem. Diæta, seu exquisita victus ratio à Medico præscribitur, vt Natura vacet concoctioni humorum morbum procreantium. vt commẽ. in Apho. 7. & 8. primo. Proinde si morbus exiguus fuerit, Natura humorem peccãtem concoquet, & sic morbo superior euadet. Sin malignior fuerit, etiam obseruata exacta victus ratione, redibit, sed minore tamẽ cum periculo: quòd Natura in cõcoquendis humoribus minus sit habitura negotij. Non obseruata autem ea, multò grauior quàm ab initio iccirco reuertet, tum quòd is vires iam ex his, quæ antea infestabant, fatigatas offendat, tum quòd Natura occupetur in concoquendis cibo & noxijs humoribus. Nam si magnitudine æqualis cum priore morbo is qui redit fuerit, validiores quidem vires ipsum fatigaturum esse certum est, & multò magis imbecilles: vt docet Galenus commentar. 2. in 1. Epid. 6

IT aque *morbi cuiusdam magni & vehementis solutionem firmam* [1] *signa, quæ λυτήρια, id est, solutoria vocat Hippocrates, præcedere oportet. Cuius generis sunt partim* [2] *sudores boni toto manantes è corpore,* [3] *vrinæ multæ, alui copiosæ deiectiones, vomitus multus: partim etiam sanguinis è naribus profusio, vel alia quæpiam eius euacuatio, putà ex ani venis, αἱμοῤῥοΐδας vocant, aut etiã ex vtero: nec non* [4] *in glandulis, quæ ponè aures sunt, abscessus, aut in alia quadam* [5] *ignobili particula, aut etiam articulis. Cæterùm quibus nullo eiusmodi signo apparente morbus visus est quieuisse, de his Hippocrates, vndecunque admirabilis, generali quidem sermone hunc in modum pronunciauit,* [6] *Quæ sine signis, & obscurè finita sunt, ferè reuertuntur. Particulatim verò &* [7] *in ipsis Aphorismis, & opere prognostico. Nec verò minus etiam in Epidemiis edocuit* [8] *quinam morbi, ex his qui reuertuntur, sint exitiales: quinam item hoc ipsum habent, quòd sine exitio simpliciter reuertunt: ad hæc quinam sint* [9] *quos curare possimus, &* [10] *quos ne reuertant, prohibere. Sanè nos de his ipsius sententiam alibi explicauimus.*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 21 sur 567

7 *Signa quæ λύσιμα Hippo. vocat.* Capite 10. lib. 3. Progn. his verbis, σκόπεισι δ' ἂν ὀι πυρετοὶ πανόνται μὴ σημείων γενομένων λυτηρίων, μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισιν ὑποστροφὴν πεποιέχεσθαι καὶ τουτέοισιν. Oportet autem signa hæc λυτήρια, vt integrè morbum soluant, copiosè, die critico, & per loca conferentia fluere.

8 *Sudores boni.* Sudor est tenue excrementum in corporis habitu collectum, ex ipso, vnde partes aluntur, succo, per cutis subiectæq; caruis spiracula in roris formam à spiritu maiore impetu irruente confertim erumpens, vt lib. 1 Sanit. tuē. Ex qua definitione licet intelligere sudores omnes esse violentos, & proinde præter Naturam: vis quippe à spiritu interno infertur in sudoribus criticis. Quin & sudores etiam ij, quibus per balnea, & vehementes exercitationes, caloresque æstiuos toti diffluunt homines, causas consequūtur violentas, vt commē. primo Aphor. 15. Omnis præterea temperatura siue sit absoluta illa ad pondus, siue illa quæ ab ea perfecta & omnium excessuum media declinat, præter Naturam sudat: excepta frigida, & humida, quę, quia necessariò tenuem humorem parit, secundū Naturam, sed suam tamen sudat. Cæterùm in morborum crisibus multi sudores fiunt, dum tota simul & confertim humiditas excernitur: vt cōmentarij 3. Aphorismo 6. Quod autem eodem Apho. & Apho. etiam 61. commentarij 7. Galenus docet sudores manare non posse sine ambiētis nos aëris calore, & sine superuacua aliqua humiditate in corpore contenta, priùs illud ad sudores non criticos refertur: nam sudores critici interni caloris impetu foras prorumpunt: posterius tam ad criticos, quàm nō criticos. Quòd si qua parte corporis sudor est, ibi morbus, vt Apho. 38. commē. 4. sudores profectò toto manantes è corpore, indicant morbū æquè ad omnes corporis partes pertinere: qui, si multi sunt, multitudinem humorum: sin pauci, eorum paucitatem ostendunt. Qui autem sudores boni sint & laudabiles, videas prog. 1. ca. 11. & commen. 4. Apho. 36. Copiosi verò sudoris causas quinque assignat Galen. libr. 3. de Symptomatum causis, in fine capitis 9. Corporis scilicet raritatem, excrementi tenuitatem, eiusdem abundantiam, facultatis retentricis imbecillitatem, & expultricis robur.

9 *Vrinæ multæ.* Vrina est humorum in venis contentorum serum,

rum, vt cõmenta.3.in 1. Epide. ſeu humor tenuis & aquoſus facultate Renum à ſanguine ſegregatus, illúcque per Vreteras in Veſicam, & ab ea rurſum foras ad voluntatis & rationis impenum excretus, vt lib.5.de vſu par. Eius per morborum Criſes copioſa mictio, redundantium humorum maſſa ſanguinea contẽtorum vacuationem arguit: quæ eadem ratio eſt copioſarum deiectionum vomituũ, hæmorrhagiæ, hæmorrhoidarũ, & menſium, per quæ omnia ſuccorum toto corporis habitu contentorum malitia excernitur à facultate, quæ cuique particulæ ineſt, alienorum expultrice, vt lib. 3. de Facul. nat. ſi igitur Natura validè per vrinam corpus expurget, abſceſſu eum liberabit: eo ſcilicet humore, qui alioqui in Articulos prolapſurus erat, per Veſicam euacuato, vt commenta. 4. in Aphoriſ. 74. Et per deiectiones quidem, aut vomitus (illud inferioris, hoc ſuperioris ventriculi orificij eſt actio) tum ſeſe exonerat Natura, dum in ventriculum tanquam in locum aliquem communem & publicum promptuarium humores ſibi moleſtos & graues reponit: à quibus tandem irritatus & ipſe, alterutra via ipſos foras propellit, per ſupernam quidem, ſi humores leues ſint, & ad os ſuperius repant: per infernam verò, ſi graues ſint & in fundum ventriculi peſſum eant; vt cap. 10. lib. 3. Criſe. Hæmorrhagias verò, hæmorrhoidas, & menſes eadem ipſa Natura inuehit, dum facultate expultrice agens vehementius, magnum & vehementem arteriarum motum efficit. eorum quæ moleſta ſunt depellendi ſtudio, vt comment. 7. Aphor. 21. Rumpuntur verò etiam, & aperiuntur venæ præter cauſam iam dictam, præ ſpiritus & ſanguinis copia ipſas inflantis & diſtendentis. Communem verò hanc cauſam in omni humorum illapſu tenere oportet, quòd calidiores ſucci in ſublimiores corporis partes irruant: frigidiores verò, deorſum, vt comment. 1. in 1. Epide. Obſeruatione porrò dignum eſt, quòd licet Hippocra. hæmorrhagiæ nomine intelligat eam, quæ per nares fit, ſanguinis eruptionem, vt loco etiam mox citato: ſolet tamen ſæpè Galen. hoc nomen pro ſanguinis, è quacunque corporis parte fluat, profluuio vſurpare. Vnde hoc loco non ſimpliciter αἱμορῤῥαγίαν dixit, ſed addidit ἐκ ῥινῶν. Porrò hæc omnia ſi tempeſtiue fiant, ſanitatem pollicentur: ſi intempeſtiuè, periculum minantur, vt 1. ad Glauconem. Et quòd ad propriam eorum naturam attinet, ſymptomata dicuntur: quia tamen mutationem ſubitam ſignificant,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 23 sur 567

ſigna Criſima. j. decretoria ſolent appellari, vt commentar. 1. in Aphoriſ. 12.

10 *In glandulis quæ ponè aures ſunt abſceſſus.* εἰς τὰς ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἀδένας ἀπόσκημμα. Ex hoc loco apparet ἄπόσασιν & ἀπόσκημμα indifferenter à Gale. eadem ſignificatione vſurpari. Nam vbi in ipſo ſtatim initio dixit, ὧν νοσημάτων αἱ λύσεις θέσει τινὸς ἐκκρίσεως ἢ ἀποστάσεως ἐκ ἀφνὼ, hoc loco pro ἀποστάσεως reponit ἀπόσκημμα. Eſt autem ἀπόστασις, ſeu ἀπόσκημμα humorum irruptio, vt in fine Aphoriſ. 44. commentar. 4. cùm ſcilicet relicta, quam prius obſidebant, parte, in aliam transferuntur & abſcedunt, vnde abſceſſus Latinis dicuntur: niſi fortè malis ita dici, quòd partes, quę prius iungebantur, abſcedant & diſiungantur, materia aliqua vel flatuoſa, vel humida, vel ex vtraque mixta locum mediũ occupãte, vt 2. ad Glauco. Et hæc affectio tumorem concitans ἀπόσκημα dicitur: Humorum irruptio ἀπόστασις καὶ ἀπόσκημμα. Hoc autem abſceſſus genus, de quo nunc agitur, Hippocrati κατ' ἀπόθεσιν. j. per repoſitionem dicitur, quem potiſsimum fieri in morbis longis docet Gale. commenta. 2. in 1. Epide. & in Articulos firmari: fieri verò etiam nonnunquam in acutis, Natura humorem noxium per Criſim in partem aliquam regerente. Nam aliud abſceſſus genus facit idem Hippocr. & loco ſuprà citato, & comment. etiam 3. in 6. Epid. quod ipſe κατ' ἔκχυσιν. j. per immiſsionem vocat, dum ſcilicet humores mordaces ad Renes, Veſicã, Ventrẽ inferiorẽ, & cætera corporis emiſſaria, necnon etiam & ad fiſtulas confluũt, & diarrhæas, dyſenterias, tineſmos, lienterias, & id genus alia cauſantur. Iis autem parotides. j. ſecundùm aures abſceſſus (quæ etiam ἐπάχθεμα appellare Hippocratem docet Gale. comment. 4. in 6. Epide.) fiunt quibus coaceruati ſunt ſucci multi, craſsi & crudi, qui propter vehementiam, acrimoniámque, & febrilis caloris abundantiam ſurſum ad caput ferũtur. Dein cum eos in aurium glandulis reponit Natura, Parotides dictæ fiunt, vt commen. 1. in 1. Epid. & Apho. 74. commen. 4. Quibus autem abſceſſus in Articulis fiant, vide Aphoriſmos 31. 32. & 44. comment. 4. item Prog. 3. cap. 10. Iccirco autem fluxiones in Articulos decumbunt, quia ſi ſpatia ſuperuacuis recipiendis idonea faciliáque habẽt. vt cap. 12. lib. 2. Progno. Cæterum abſceſſus omnes recipiuntur aut in partem maximam quidem, ſed non momenta

mentaneam:qui & optimi eſſe cenſentur, aut in neque momentaneam neque maximam, aut in momentaneam & maximam ſimul,vt lib. de inæquali Intemper.

Ignobili particula. Ex vtilitate ſtatuendum eſt quæ pars in animantis corpore princeps ſit habenda,quæ minimè. Nam quæ partes referuntur ad vitam,eæ principes ſunt habendæ,quę autem vel ad vitam commodiorem vel ad prędictorum duorum conſeruationem ac ſalutem ſpectant,eę ignobiles. Et ea quidem ignobilior magiſque diſcedens à principis pręſtantia,quę patiente principe minus compatitur facilè : quæ autem hac facilius principi parti laboranti compatitur, hæc illa etiam eſt nobilior, vt libro 6. de vſu par. νύξια καὶ ἄκυρα μόρια Græci dicunt. 11

Quæ ſine ſignis. τὰ ἀσήμως ξαεωνήσαντα φιλυπόσροφα. Crediderim legendum, τὰ ἀλόγως ξαεω. &c. vt in comment. cap. 2. tertij Progno. vnde huc tranſlatum eſt hoc enuntiatum. Quòd ſi tamen hanc lectionē recipis,& ἀσήμως legere placet,certe hanc dictionem per ἀσαφῶς licebit interpretari:cum aliàs ἀσήμως iudicari dicantur, quæ nullo contemplabili aut prænuncio die iudicantur, vt proximo cap. 2. & c. 10. lib. 3. Criſeon. 12

In Aphoriſmis, & opere Progno. Aphoriſ. 27. commenta. 2. his verbis, Non ſi quid in morbis acutis prętereationē fiat, leuius fidere oportet. Quo loco Galen. Cum vehemens morbus inquit,hominem inuadit,qui poſteà mitior de-repente fiat & facilior,nullo vel ſudore,vel vomitu,vel alui deiectione vel ſanguinis eruptione corpore vacuato, nec vllis etiamnum apparentibus ſignis coctionis, eiuſmodi tum morbi facilitati parum fidere oportere putat Hippocra. In opere verò Progno. loco paulò antè citato, putà capit. 10. libro 3. Si quibus febris deſinit, non cum indiciis ſolutionis,neque diebus decretoriis,recidiuam expectare oportet. 13

Quinam morbi ex his qui reuertuntur ſint exitiales. Id eſt, in quibus morbis exitialis ſit recidiua, in quibus minimè. Certè eas ophthalmias nullo exitio reuertiſſe conſtat,quas lib. Epide. primo plurimis reuertiſſe & ad Autumnum deſiiſſe commemorat,ſicut & diurnas nocturnáſq; ſemitertianas, tertianas ex- 14

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 25 sur 567

quiſitas,quartanas erraticas:quos morbos eodẽ loco pleriſque ægrotantium ait bono admodum ordine, cum intermittentiis ad dies ſeptendecim fuiſſe iudicatos.Nam cùm dicit,cum intermittentiis, oſtendit antè quidem iudicatas imperfectè,ſed à reuerſione ſecundo iudicatas & perfectè. Particularibus verò exemplis, ſi licet agere,nullo exitio fuit recidiua Herophonti, qui tertius eſt deſcriptus ægrotus Epide. primo. Cleonactidę, qui ſextus eſt:cui cum febris ſeptuageſimo die inducias dierum decem dediſſet,octogeſimo rediens cum rigore, ſudore multo, vrinis ſedimentum rubrum habentibus & leue, perfectè fuit iudicatus. Nullo item exitio fuit recidiua ei mulieri quæ ibidem decima tertia eſt:ſicut & Melidiæ quę decimoquarto & vltimo ordine eiuſdem primi Epide. adſcripta eſt. Item & duobus fratribus qui eadem hora ſimul febricitare inceperunt. Item & ei qui in Dealcis horto iacebat,qui tertius eſt,conſtitutione prima Epide.3.Duo verò fratres in conſtitu.3. Epide.primo Cherioni prętera & item Anaxioni nullo exitio rediit morbus. Ille ſecundus eſt,hic octauus conſtit. 2. Epide.3.Cum exitio verò reuertit,Harmocrati, qui ſecundus eſt ægrotus conſti. primę tertij Epide. Pario item,qui primus eſt conſtit.3. Epid.3. & mulieri in Thaſo,quę ottogeſimo obiit.

15 *Quos curare poſſimus.* Morbos curabimus, &, modò omnino maligni non ſint,ne reuertant inhibebimus, ſi & ipſi oportuna, & ægroti, & miniſtri fecerimus docente Hippo.cùm in Aphoriſmis paſsim,tum in Epide.libris.

16 ***Et ne reuertant prohibere.*** καὶ κωλῦσαι πάλινδρομῆσαι. Reuerti morbos multis modis Græci dicunt. πάλινδρομεῖν, ὑποστρέφειν, ὑποστροφὰς ποιεῖν, φιλυποστρόφους εἶναι, ὑποστροπιάζειν. πάλινδρομεῖν tamen alia ſignificatione vſurpat Gale.commen.in caput 12.lib. 2.Progno.de Abſceſsibus loquens, quos ſi in eum locum vnde commoti ſunt,reuertuntur, πάλινδρομεῖν dicit.

AT *nunc de ijs morbis* 17 *qui ſimul cum ſolutorijs ſignis deſierunt, qui & iudicati eſſe quoque dicuntur, mihi dicendum eſſe arbitror, cùm illa ſint cognitu neceſſaria illis, qui vtilis quippiam & boni de diebus criticis ſunt*

ſunt intellecturi. Nam excretiones, aut abſceſſus, qui in illis morbis fiunt, non mediocris ægroti corporis [18] præcedit perturbatio. fit ſiquidem ſæpe vt ægrotus [19] in dyſpnœam repentinam incidat, [20] deliret, [21] caliginem vel ſplendores ob oculos verſari putet, [22] illachrymet, oculos rubentes habeat, [23] temporum grauitatem aut etiam dolores in collo percipiat: interim etiam fit vt caput doleat, vel [24] tenebroſa quædam & obſcura oculis offundi ſibi putet. vel cordis, id eſt, ſtomachi, vellicationem & morſum ſentiat, vel [25] inferius labrum quaſi tremulum ac intrò contractum habeat, aut vehementi rigore concuſſum. Quinetiam & pleriſque [26] hypochondrium attollitur: ferunt & nonnulli difficilius, ſubſiliunt, [27] frigidam expetunt, & [28] vehementius ſolitò ſe vri incendique dicunt. Quibuſdam etiam [29] ipſorum acceſſio quoque & maturius incipit, & longior fit & vehementior. [30] Et hæc coma, [31] & aliud quoddam, atque aliud ſymptoma concomitatur. Atque hic iam [32] vniuerſos, qui adſunt, in metu poſitos eſſe maximo videre licet: audiréque dicentes, quòd ægrotus nihil ab illis differt, qui in iudiciali foro capitis dicunt ſententiam, & de vita periclitantur. Vnde mihi ne adfuiſſe quidem eiuſmodi ægrotantium perturbationibus Medicorum nonnulli videntur: alioqui neque inquirerẽt quid Criſeos vocabulo ſignificaretur, neque an res ita fieri néene poſſet. [33] Vtrum enim morborũ ſubitas quaſdam ſolutiones cum excretione aliqua, vel abſceſſu fieri dubitant? An hoc quidem vidiſſe ſe confitentur, alia verò ſymptomata, quæ paulò antè recenſui, concomitari ipſas ignorant? An hoc quoque intelligentes, id quod accidit, Criſim eſſe appellandam negant? Quod ſi eſt, non de re profectò, ſed de nomine tantũ altercantur & diſceptant. Nam hoc ipſum fateri ſe neſcire, quòd ſcilicet circa ægrum cordis vellicatione affectum, proſilientem vel deſipientẽ, aut alia id genus patientem, neque ſubitæ quædam perturbationes fiant, neque quòd paulò pòſt ipſas vel ſudore, vel ſanguinis profluuio, vel alio quopiam ſimili eueniente ſecura ſæpe morbi ſolutio conſecuta ſit, id certè vel ab extremo contentionis & cauilli ſtudio, vel ab extrema parum

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 27 sur 567

abeſt dementia. Siquidem hæc non ſunt de ijs quæ rarò contingunt: ſed de ijs quæ quotidie apparent. Nos ſanè ſubitam adeò in morbis mutationem, Criſim, i. iudicium appellamus: ipſámque finire plerunque ad ſalutem, interdum verò etiam ad ægrotantis perniciem dicimus. Quòd ſi quis non hoc, ſed aliud quippiam Criſim eſſe dicit, ac præter hæc contendit, & meam definitionem improbat, nacis iudicium ſuum, non me reprehendit. Præſtaret ſanè iſtos ipſos *reprehenſores & Sophiſtas admiſſa vocabuli ſignificatione & conſtituto quid hoc nomine ſignificaretur, de re ipſa verba facere.* Verùm enim horum inſcitiam contendendique ſtudium ne Iuppiter quidem ipſe ſanauerit. Sed hæc mihi verò & longè quidem plura quàm oporteat, in illos dicta ſint. Iam in eorum rem, quibus aliis tractatio curæ eſt, de propoſita in hoc libro commentatione ediſſeram.

17 *Vt cũ ſimul ſolutoriis ſignis deſierunt, qui & iudicati.* Morbos iudicari, finiri, paulatim imminui, ceſſare, quieſcere, ſolui eadẽ propè ſignificatione dicũt Latini, ſicut & Græci totidẽ ferè dictionibus κρίνεσθαι, παύεσθαι, κατὰ βραχὺ μειοῦσθαι, cui opponitur ἀθρόως παύεσθαι, λύεσθαι, τελευτᾶν, ῥᾳστωνεῖν. Sed quid propriè differant iudicari & ſolui, paulò antè docuimus.

18 *Præcedit perturbatio.* Perturbatur corpus vehemẽter, vbi Natura malũ humorẽ qualitate aut quãtitate peccantẽ à bono ſecernit, & ſecretũ paratúmq; ad excretionẽ tentat foras propellere, quod paulò antè Criſim fieri conſueuit ad bonum, quia ſcilicet plures Criſes ad bonum deſinunt. Vt mirum non ſit mortem ante acceſsionem grauem eſſe, ſi interdiu debeat morbus iudicari: & contrà, diem grauem, ſi noctu. Quòd ſi intempeſtiuè, & ante legitimam Criſim irritetur Natura, & perturbetur corpus, malo eſt, vt cap. 10. lib. 3. Criſe.

19 *In dyſpnœam repentinam.* Galenus in ipſo ſtatim libri de dyſpnœa initio definit dyſpnœã βλάβην τινὰς τῆς ἀναπνοῆς. id eſt, noxam quandam reſpirationis, ſeu animæ ducendæ difficultatem. Eius quanq

quanquam variæ multiplicéſque cauſæ & differẽtiæ ſint, vt eodem lib.& lib.4.Locorum affe.cap.8.eius tamen quæ paulò ante Criſim fit, cuius hîc fit mentio,cauſa eſt,caloris & humoris ſurſum aſcendentis copia,quæ quia breuï quadam quiete opus thoracis intercipit,continenter vel inſpirare vel expirare ægrotantem cogit.

Deliret. Delirare Græci παραπαίειν,παρακόπτειν,παραφρονεῖν, (vnde ipſis παραφροσύνη delirium dicitur) παραλαλεῖν, & παραλέγειν dicunt: quæ verba ſignificant παρὰ λέγον τι ἢ λέγειν ἢ πράττειν.id eſt,quippiam prẽter rationem, ſeu aliena à ratione aut dicere,aut facere.Eſt autem delirium deprauatus aut errans motus imaginationis, quam & phantaſiam vocant, vel etiam rationis,vel horum vtriuſque,vt capit.3.libr. primi de different. Sympt.quo loco ſicuti & lib.2.Loco.affec.cap.3. varias eius cauſas aſsignat. Sed eius, qua de nunc agimus,cauſa eſt abundans calor febrilis è corpore ſurſum humores & vapores acres euehens:quod tamen delirium per Criſim ſedatur. Antequàm autem quis deliret, frequentem atque exiguum: infeſtante verò iam delirio multa varietate inæqualem ſpiritum reddit,vt lib.de dyſpn.& cap.3.lib.5.Loco.affec. 20

Caliginem vel ſplendores.Εκσκότωσιν.Caliginem verti: alij vertiginem,alij vertiginem tenebroſam. Fit cum ſimul quæ cernuntur circumagi videntur, & de-repente ſenſus viſus euaneſcit,putantibus qui id mali patiuntur,ſibi offuſas eſſe tenebras.Hoc autem accidit ore ventriculi morſo & vellicato ab humorum praui tate,vt Apho.17. comment.4.& ob inordinatam etiam ſpiritus flatuoſi ex infernis partibus ſurſum lati agitationem, vt cõment.in lib.4.de Ratio.vic.acu.Hanc autem affectionem ad cerebrum pertinere ex ipſo vertiginoſorum ſenſu manifeſtũ eſt, vt lib.3. Loco.affec.cap.8.Cæterùm marmariges, ſplendores cõuerti,Leonicenus oculorũ hallucinationes,alij ferè omnes ſplendores.Sunt autẽ μαρμάρυγες atomi, ſeu minuta & diuulſa quædam corpuſcula maculis marmorum ſimilia ob oculos ægrotantium concurſare viſa,propria ſigna profluuij ſanguinis e naribus. Tales autem apparent,quòd humor qui horum cauſa eſt, flauus eſt:flauus autem color ad ſplendidum vergit. 21

Illachrymet.Oculi lachrymantur propter cauſam anteà ſæpe 22

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 29 sur 567

dictam,fluxionis scilicet ad superiora copiam,vt 3.Crisi. cap. vltimo. Aliâs si propter retentricis facultatis imbecillitatem lachrymantur,exitiosum lethaléque est, vt Apho.52. commen. 4. & cap.4.lib.1.Progn.quo loco Hippo.oculos candidum rubidũ habere dixit,pro eo quod hoc loco Gale.ægrotos habere ipsos rubentes scribit, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρυθροὺς ἔχειν. Porrò cùm album oculi rubrum apparet,vt eo loco docet Galen.plenitudinem significat cerebri,& meningum: interdum etiam inflammationẽ quæ in eo est.Nã cùm ex illo nerui omnes prodeant, vt quæque pars multorum aut magnorum neruorum particeps est,ita facile affectum principium in sympathiam ipsam adducit, vt in fine capit.12.lib.1. Prognost.

23 *Temporum grauitatem.* Tempora partes sunt capitis ad aures musculis duobus,vtrinque scilicet vno præditæ:hos κροταφίτας Græci vocant.Oritur verò vterque à verticis,frontis, temporis & cuneiformi ossibus,& sensim crassescens desinit in magnum tendonem,cum genæ inferioris coronæ seu acumini infigitur: qui dum tenditur,sursum eam trahit,actum animalis os claudit. Porrò autem si quæ propinqua sunt,quæ communia,& quæ prima,vt inquit Hippo.maximè læduntur promptéque afficiũtur:nihil verò sit cerebro propinquius quàm musculi temporales, neque item alius vllus musculus per plures neruos cerebro communicet,mirum non est si,his solis inter alios læsis,conuulsiones,febres,cari & deliria contingant,vt lib.de vsu par.11. Tẽporum autem grauitas fit ob distentos humore multo & acri sursum elato musculos temporales exacto tactus sensu ob neruorum multitudinem,præditos:quod & idem de ceruicis, capitis & stomachi dolore dici potest.

24 *Tenebrosa quædam & obscura.* Tenebrosa tum & obscura oculis offunduntur,cùm bilis assata vehementius atrum vaporem seu fumum euaporans, humorem purum, & pellucidum oculorum reddit turbulentiorem,vt cap.12.lib.3. Progn. Nam prout humor ascendens & spatium inter Cristallinũ humorem & Vueam intercipiens æqualiter mouetur aut inęqualiter, hũc aut illum colorem habet,ita similem ei,ea quę videntur, imaginem repræsentant,vt cap.2.de Symp.cau.

25 *Inferius labrum.* Mirum non est si affecto ventriculo afficiantur

tur & labia,cùm continua ſit interna ventriculi,ſtomachi, & omnium quę in ore ſunt,tunica:Gale.4.de Vſu par.& lib.11.docet labiorum ſubſtantiam ſolam eiuſmodi extitiſſe, vt eam vel muſculum pro cute,vel cutem muſculoſam quis vocare queat.Nã cum cute nerui ſimul,vt ita dicam,pereunt,cutique per totũ commiſcentur. Vnde cùm bilis internam oris ventriculi tunicam mordet & intrò conuellit,inferioris labij agitationem fieri non eſt mirum.

Hypochondrium attollitur. Partes ſupra vmbilicum nothis vtrinque coſtis ad latera ſubiectę,hypochondria nominantur.Et dextrum quidem, Hepar: Siniſtrum, lienem ſibi habet ſuppoſitum.Hę partes in his corporis perturbationibus quibus de nunc agimus,vaporoſis humoribus ſurſum tendentibus diſtentę attolluntur,ſeu,ſi vis,in tumorem adducũtur, &, vt Greci dicunt, ἀναστῶνται, ἐς ὄγκον ἄγονται, καὶ μετέωρα γίνονται, vt loquitur Hippo.Apho.73.commen.4.Nam inflari,attolli,tendi,contrahi hypochõdrium eadem hoc loco ſignificatione dici intelligo,cùm illa ſeſe mutuò conſequantur.Nam hoc caſu vtris inſtare,ab humoribus vaporoſis inflata attolluntur,ſublata tenduntur, tenſa contrahuntur, quanquam tendi etiam ſine tumore poſſunt. Et licet tenſum laxo, durum ſeu quod in tumorem ſublatum eſt, molli opponi videatur,hoc tamen loco durum cum tenſo coincidit,quòd durum non in propria ſignificatione, ſed pro renitenti hic accipere,& durum tenſione,ſeu,vt dicit Gale.cap.5.lib. 5.Simpl.nimia repletione,non ſiccitate aut concretione, hypochondrium inaudire oporteat. 26

Frigidam expetunt. ψυχρὸν αἰτοῦσι. vt Greci ψυχρὸν ſimpliciter, cùm dicunt ὕδωρ: ita Latini frigidam cùm dicunt, aquam intelligunt.Plautus in Ciſtell. 27

-Ita noſtro ordini
Palam blandiuntur:clam ſi occaſio vſquam eſt,frigidam
Subdolé ſuffundunt.

Vehementius ſolitò. Dum Natura ſiue tempeſtiuè, id eſt, in ſtatu:ſiue intempeſtiuè,id eſt,ante ſtatum inſurgit aduerſus morbum & quaſi indicto duello humores noxios foras propellere conatur,humores mouẽtur,eóque incaleſcunt. Noti & calidio- 28

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 31 sur 567

res facti, calorum etiam febrilem augent, partéſque principes maximè offendunt, vnde non mirum ſi ęgri ſe tunc vehementius quàm anteà vri inflammaríque dicant.

29 *Ipſorum acceſsio maturius.* Acceſsionem maturius incipere tunc dicimus, cùm ipſa horam conſuetam pręuertit, anticipat, & ſi vis, cùm citius venit: ſicut longiorem fieri dicimus, cùm diutius durat, & occupat poſterius. Vehemẽtiorẽ, cũ maior fit. Cęterùm hęc tria ſi concurrant in acuto morbo incrementum morbi demonſtrant, quod vnum per ſe non poteſt. vt lib. 1. Criſ. cap. 3.

30 *Et hæc cωma.* Vetus interpres habet. Et accidit ei Suber. Gunteius conuertit, Ad hęc grauis ſopor, &c. ſed vterque meo quidem iudicio malè: cùm Galeno hic ſermo non ſit de eo cωmate quod barbari Subet, Latini grauem ſoporem, Veternum, profundum ſomnum, & ſenſus ſtuporem dicunt. Quę affectio in expergefaciendo difficultatem habet coniunctam, & quidem tantam vt vix puncti aut vellicati ęgroti expergefiant, quod fit primo ſenſifico, id eſt, cerebro refrigerato, vt Aphor. 3. commen. 2. aut humorum κακοχυμίᾳ, id eſt, malignitate occupato, vt Apho. 1. commen. 2. Non de eo, inquam, cωmate Galeno hîc ſermo eſt, ſed de eo quod vigilandi ſimul & dormiendi impotentiam quandam habet, cùm ſcilicet neque apertis oculis, ſed conniuentibus ęgroti vigilãt, neque item contrà profundis ſomnis, ſed tenuibus detinentur, vt commen. 1. & 2. in 3. Epid. id eſt, cùm ęgroti in medio conſiſtunt exquiſitè vigilantium & dormientium. Et vt prius illud cωmatis genus quod graue, ſeu profundum vocant, communionem quandam habet ad Catochen, vt commen. 2. in 3. Epid. in hiſtoria vxoris Oeceti, & commẽ. item 3. in 3. Epid. ſic poſterius cωmatis genus communionem habet ad Cataphoram. In acutis autem morbis cωma, de quo nunc nobis ſermo eſt, per accidens fit: quia caliditas febris ad caput humores prauos & putrefactos euehit, vt loco iam citato.

31 *Aliud atque aliud ſymptoma.* vt vigilię, ſitis, aurium tinnitus, vrinæ ſuppreſsio, ſurditas, obliuio, adſtantium ignoratio, vt cap. 2. lib. 3. Criſ.

32 *Vniuerſos qui adſunt.* Eadem ferè ad verbum reperias libro 3. Criſ.

Criſ. capitu.2.his verbis.καὶ φόβος inquit, ἐπήρτηκε τοῖς ὁρῶσιν οὐ σμικρὸς.κἂν τούτῳ τις ἰδιωτῶν παρὼν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀναγκαδεὶς ἀνεφώνησεν ὡς ὁ κάμνων κρίνοιτο περὶ τῆς ζωῆς.id eſt ibi metus ingens ſpectantes corripuit,cùm interea Idiota quiſpiam adſtãs re ipſa coactus exclamauit quod ægrotus capitis diceret ſentẽtiam.Et ſubdit, Medicum autem generoſum non decet perterreri.Et cap.8.eiuſdem libri, Sed melius eſt more vulgarium non perterreri.Et inde,Quo pacto non turpe erit Medicum perinde ac plebeium aliquem imminẽte Criſi perterreri, ac obſtupeſcere? Et primo ad Glauco.In his verò ne perterrearis, inquit, etiã ſi delirare ac ſubſilire hominem videas. Hæc enim ſunt humorum ſurſum tendentium ſigna.

*Vtrum enim morborum.*In Aſclepiadem ſophiſtam in vero op- 33
pugnando exercitatũ & omnia ad ſuos ὄγκους καὶ πόρους.id eſt,moles,ſeu incompacta corpuſcula(de his autem cap.1.lib.1.Simplic. & 1.de Sanit.tuẽ.)referentem hoc loco inuehi videtur Galenus, quem eundem nominatim taxat & ijſdem fere verbis quæ hîc habentur,cap.8.libri 3.Criſ.& lib.1.de Morb. diff. ſignificat autẽ hîc Gale.Aſclepiadem ſeu quenquam alium qui ab illo ſtet, de nomine eius quod fit,magis quàm de re ipſa controuerſiam mouere, cùm neque ipſe Aſclepiades, neque quiſquam alius ſanæ mentis quod euidens eſt ſenſui negare poſsit. Eſſe autẽ euidens ſenſui, & de ijs quæ quotidie apparent, adeóque lippis & tonſoribus notum,quod morbi quidam excretione aut abſceſſu iudicentur, præcedántque ea, quæ commemorat, ſymptomata. Quia ergo de re Galeno cum omnibus hominibus, modò qui ſanæ mentis ſint, videtur conuenire, iam rei ipſi nomen imponit, ſubitámque adeo in morbis mutationem,ſiue ea ſit ad ſalutem ſiue ad mortem Criſim ſe appellare dicit. Quam definitionẽ ſi quis improbat,inquit, næ is aliter loquitur ac cogitat, & ſeipſum atque adeo τὴν ἰδίαν ὑπόνοιαν ὁ τοιοῦτος οὐχ ἡμᾶς ἐξελέγχει.id eſt,rationem ſuam potius quàm me reprehendit. Cæterùm ſimilem definitionem adſcribit etiam Aphoriſmo 13. cõmentarij 2.Criſis,inquit,ſubita eſt in morbo ad ſalutẽ aut mortem mutatio. de exacta tamen nominis Criſeos ſignificatione vide cap.7.lib.3.Criſ.

Præſtaret ſanè iſtos ipſos. In Sophiſtas tam multis in locis in- 34

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 33 sur 567

uehitur Gale. quòd rebus neglectis in nominibus vitam traducerent, vt dies me deficiat, si eos hîc adscribere velim. E' tam multis paucos adscribam. Hęc primùm in fine Artis paruę habentur, Sophistę, inquit, rerum differentias contemnunt, plurimum verò temporis in nominibus conterunt, aduersus quos in aliis operibus plura scripsimus. Et libro 3. Crisi. cap. 8. Sophistę nihil vtile inuenire student, sed quę recte inuenta sunt, suggillare. Sed & lib. 1. Loco. affe. Satius est inquit, rerũ differentias intelligere, quàm de omnibus cõtẽdere. Et eadẽ c. 1. li. 2. simp. & passim. Cęterum quòd de nominibus cõtrouersiam mouere non oporteat, docet etiam Gale. ex Platone lib. 2. de differ. feb. his verbis, Ἀλλὰ γὰρ ὥσπερ ὁ πλάτων φυσὶ. καὶ ἀφρονεῖν χρὴ τῶν ὀνομάτων οἷς τοσούτων τε καὶ τηλικούτων πραγμάτων πρόκειται σκέψις. Id est, Sed vt est apud Platonẽ, par est eos quibus tot tantarúmque rerum cura incũbit, de nominibus non admodum esse sollicitos.

35 *Verùm enim horum insciam.* Simili genere dicendi vsus est Galenus Metho. meden. lib. 8. de Diatritariis logiatris loquens. Ne Mercurius quidem ipse, inquit, cum Musis horum stupiditatem sanauerit.

Capitis secundi Summa.

DEfinire primùm oportet, inquit, Plato in Phædro, deinde diuidere: quod docet etiam Galen. lib. 2. de differentiis febr. & j. Metho. Et Cicero de Finib. 4. Definitioni adiunctum esse, ait, vt res in partes diuidatur. Postquam ergo circa finem superioris capitis Galenus quid esset Crisis definiuit, iam inde ab huius initio, quod bonum logicum decet, idipsum nomen in suas differentias partitur & diuidit, tum ordine singulas persequitur.

CAPVT II.

IPSAE *sanè Crises diebus quidẽ singulis fiunt, at neque pares sunt numero, neque similiter fidæ. Quin hoc etiam inter se differunt, quòd aliæ sunt salubres & bonæ, aliæ insalubres & malæ. Item quòd hæ cum pluribus difficilioribúsque symptomatis & maiore cum lucta fiũt, aliæ statim ab initio turò inuadunt. Quinetiam in eo non parua est*

disse

differentia, quòd aliæ deficientes sunt, aliæ perfectæ. Maxima verò in eo est, quòd nonnullæ indicibus diebus & contemplatorijs, quòd futuræ sint priùs sint indicatæ: aliæ repetè et ex improuiso nõ imperitis modò, sed et peritis etiã artificibus sese prodiderint. Tot quidem sunt Criseon differentiæ: tot verò etiam & dierum decretoriorum existunt. In duodecimo etenim & decimosexto neminem vnquam noui iudicatum. In septimo verò, ne numerare quidem omnes possum. In sexto iudicantur nonnulli, sed cum difficilioribus symptomatis, & periculo non mediocri: adhæc absque fide, imperfectè, obscurè, sine signis, & ad perniciem. Cum igitur non solùm mihi, qui tot annos in obseruatione consumpsi, huiusmodi quædam dierum differentia obseruata sit & deprehensa, sed Archigeni etiam diligenter in artis operibus versato, ac insuper huic superiori Tarentino Heraclidi, qui omnes ex vsu & experientia speculationem collegerunt, postremò etiam Philotimo & Diocli aliisque veteribus, tum ante hos vniuersos ijs etiam qui ab Hippocrate diuino, ingenio admirabili fluxerunt, quomodo non quis iure in dierũ numero differentiam quandam esse existimet? Nam quòd in tot annis septimus quidem frequenter simul & absolutè, firmè, tutò, manifestè, præiudicatiuè & salubriter: Sextus contrà iudicare sit visus, id non paruum quoddam discrimen ostendit. Porrò quòd ipse duodecimum nunquam viderim iudicantem, alius autem quispiam rarò simul & imperfectè, non firmè, cum periculo, obscurè, sine signis & malè ipsum eundem iudicãtem viderit: næ id quoque non exiguam dierum differentiam indicat. Permulti siquidem morbi sunt, qui septimo die iudicantur absolutè pariter & securè, tutò, manifestè, cum bonis signis & bellè. At qui duodecimo, rari quidem adeò sunt, vt nobis visi sint adhuc in eo nulli morbi iudicati. Quin si cui aliquando ante nos duodecimo die Crisis visa est euenisse, ea certè vel imperfecta, vel infida, vel periculosa, obscura, sine signis, vel omnino ad malum accidere visa est & deprehensa. Imperfectam voco Crisim, cum ex morbo fuerit quippiam relictum. Infidam seu incertam, cùm morbi recidiua continget. Pericu-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 35 sur 567

loſam quæ cum grauibus ſymptomatis. Obſcuram, quæ citra excretionem, vel abſceſſum quempiã euidentẽ continget. Sine ſignis fieri dicetur, quæ à nullo priore die fuerit indicata. Quòd mala verò in ægri perniciem omnino deſinat, non habeo dicere. Contrà abſolutam voco, quæ in morbo nihil reliqui facit. fidam, firmam, ſecuram, certam, quæ non amplius redit. Tutam. quæ ſine periculoſis ſymptomatis accidit. Sic & manifeſtam voco eam, cui excretio quædam, vel abſceſſus inſignis ac conſpicuus adeſt. Cum bonis & laudabilibus ſignis accidit, quæ ab indice præiudicata eſt. Quòd verò bonam ad ſanitatem deſinere intelligere oporteat, non puto quempiam latere. Sed enim cum hæc ita ſe habeant & appareant, maximam eſſe dierum inter ſeſe differentiam, nemo, opinor, negauerit.

1 CRISES, inquit diebus ſingulis contingunt tam Criticis ſcilicet quàm non Criticis. ſed in illis, multò plures. In his, pauciores fiunt: quo fit vt numero pares inter ſe non ſint, neque etiam æquè fidè. Magis ſiquidem fidæ ſunt, quæ Criticis diebus fiunt: minus fidę quę non Criticis. Similiter quę in illis fiunt, bonę vt plurimum ſunt, cum leuioribus mitioribúque ſymptomatis perfectę & pręiudicatæ. Quę in his, contra, malę, cum difficilioribus ſymptomatis, deficientes ſeu imperfectę, non pręiudicatę, ſed de-repente ſuperuenientes & exercitatiſsimos etiã Medicos fallentes: vt in-vniuerſum Criſeon ſex ſint, quod ad dies attinet, differentię. Idem habet etiam Gale. comment. 4. in Aphoriſ. 36. Non quemuis inquit, dierum numerum ad decernendum idoneũ eſſe experientia ipſa manifeſtò teſtatur. vnde admirari ſubit eos, qui nullam in his differentiam ſtatuunt. Cęterum dies Critici in acutis, impares ſunt: in longis, pares: ſed de paribus & Imparibus pòſt.

2 *Tot quidem ſunt Criſeon.* Criſeon, inquit, ſex ſuprà aſsignatæ differentię ad duas reducentur, ſi tot Criſeon differentias aſsignauerimus quot dierum decretoriorum. Dierum verò Criticorum duę ſunt differentię. Alię ſiquidem Critici ſunt, alij non Critici. Abuſiuè etiam Criticos vocãs eos qui tamẽ Critici non ſunt

sunt:non quòd reuera sint,sed quòd in illis Crisis nonnunquam vi morbi incidat. Tum deinde collatione trium dierum inter se, duodecimi dico,septimi,& sexti, probat quod dixit:nēpe neque numero pares esse Crises quę singulis diebus fiant, neque æquè fidas,bonas,&c.

Archigeni. Hic est ille Archigenes, quem libros decem Fe- 3
brium dignotione,tres de Locis affectis edidisse lib.2.Cris.cap.8. Epistolarum item lib. 15.& librum de Oblęsæ memoriæ restauratione testatur Gale.3.Loco.affect.cap.4.Cuius pluribus memi nit etiam Gale.eiusdem 3.Loco.affect.capitibus 1.2.3. & Paulus Aegine. lib. 7. cap. 8. in Hiera Archigenis, quam habet etiam Mesue lib.3.de Antidotis.Paulus item lib.3.cap.34. in composisione medicamēti ab ipso Archigene compositi ad mammillarum erosionem, sicuti & ad carcinode seu cacœthe vlcera libro 4.cap. 26. Heraclidem autem Tarentinum inter multos Heraclidas nouum ordine facit Diogenes Laër.lib.5.in vita Heraclidis Pontici.Philotimi mentionem reperias lib.3. de Faculta. natura.circa medium,quo loco dicit se de generatione excrementorum Hepatis, Lienis, Vesicæ Fellis, &c. post Hippocratem, Platonem, Aristotelem, Dioclem, Praxagoram, Philotimum dicere nolle. Itē & lib. περὶ πρέμα, vbi causam rigoris vestigat. De vsu partium.8.lib.& 4.Sanitatis tuen.Dioclis multis in locis meminit:nominatim autem in fine cap.7.lib. 1. De Sympto. differen.& lib.1.de Facult. alimen. quo loco Dioclem professione dogmaticum ad Plistarchum de sanitate lib.aliquot scripsisse innuit.Item & lib.3.Loco.affe.cap. 6. & aliquot sequentibus: vt & comment.quoque in Aphoris. 15.lib1. & Plinius lib.26.cap.2. Porrò hæc figura Criseon inter se differentiā oppositam subiiciet ob oculos.

Crisis	Τελέια.	Perfecta.
	πιστὴ, βεβαία, ἀσφαλὴς.	Fida,firma,secura.
	Ακίνδυνος.	Sine periculo.
	Σαφὴ.	Manifesta
	Ἔνσημος.	Indicata.
	Ἀγαθὴ.	Bona,seu laudabilis.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 37 sur 567

& contrà:	Ατελὴς ἢ ἐλλιπὴς	Imperfecta.
	Απιστος	Infida, infirma.
	Κινδυνώδης	Periculosa.
	Ασαφὴς	Obscura.
	Ασημος	Non præiudicata.
	Κακὴ ἢ πρὸς κακῶ	Mala, seu ad malum, & perniciem.

Et per aduerbia.

Crisis hoc illo die contingit.	πολλάκις.	Crebrò
	τελείως ἢ τελέως.	Perfectè
	πιστῶς ἢ βεβαίως.	Fidè, firmè.
	Ακινδύνως.	Tutò, vel sine piculo.
	Σαφῶς	Manifestè
	προδήλως, ἢ ἐυσήμως	Præiudicatiuè, aut cũ signis.
	Χρησῶς, ἢ ἀγαθῶς.	Benè, vel salubriter.

Et contrà:	Επανίως	Rarò.
	Ατελῶς	Imperfectè.
	Αβεβαίως, ἀπιστῶς	Infidè, infirmè.
	Μετὰ κινδύνου	Periculosè.
	Ασάφῶς.	Obscurè.
	Ασήμως	Sine signis.
	Κακῶς	Malè, vel insalubriter.

Cæterûm sub finem capitis Asulanius codex habet scriptũ: Ἀλλό τι μὴν εἴπορ τᾶυθ' οὕτως φαίνε). &c. Sed legendum cum Basilien. codice, Ἀλλ' ὅτι μὴν, &c.

Capitis tertij Summa.

PRofitetur se, quod virum bonum decet, nulla gratia adductum & dixisse antè & pòst dicturum esse de diebus Decretoriis, quæ ipsemet longa experientia vera esse deprehenderit. Quæ quidem eò veriora sibi esse persuadet, quòd cum ijs quæ Hippocrates, Diocles, & cæteri antiqui de dierum Decretoriorum obseruatione scripsêre, conueniãt. Inde inuehitur in Sophistas quosdam, qui idcircò dies Decretorios tollebant, nullósque omnino esse dicebant, quòd de iis inter Medicos nõ conue

conueniret, neque facilè esset iudicare quis horum vera, quis falsa diceret. Ostendit autem antiquos de illis ambigere tantùm, qui non habeant omnes notas Crisεon. In iis verò vniuersos conuenire qui Crisεon omnes notas habeāt: vnde dierum Decretoriorum fides & dignitas stabilitur, & confirmatur. Vt autem ostēdat quinam dies notas omnes habeant, quinā minimè, quatuor veluti dierum ordines facit, & suum cuique pro dignitate locum adscribit.

CAPVT III.

AT dicet fortasse quispiam, nihil verum esse eorū quæ iam dicta sunt, sed nos accepta abs iudiciarijs diebus pecunia ipsos in res medicas introducere, & quasi nothos pueros in verum germanúmque genus adoptare. Nam quo alio beneficio prouocati, nisi argento inescati rem euidentem & apertam falsi argueremus? Neque enim vlla generis propinquitas nobis cum diebus decretorijs intercedit, non conciues sunt, non familiares, vt ipsis nulla mercede opitulemur. Et quid possit esse præstantius, vel illis si decretorij esse iudicentur: vel nobis, si, quòd tales sint, comprobauerimus? Sed enim quemadmodum & cætera omnia, quæ per experientiam cognita sunt, ingenuè patefacimus, quòd scilicet iniquissimum esse putemus veritati tenebras offundere: sic & dierum discrimina iam tradimus vti & vidimus [2]. Porrò cùm præstantissimos Medicos simul & homines, Hippocratem, inquam, Dioclem (sunt enim ambo præstantissimi) item & alios quorum paulò antè mentionem feci, eadem de ipsis statuisse pro comperto habeamus: hoc certè magis nos veritate niti nobis persuademus. At de diebus Decretorijs, inquiunt, non omnes hi inter se conueniunt: sed hi plures, illi pauciores esse dicunt. Item quidam hos, quidam illos decretorios esse asserunt: nō eosdem vniuersi, sed vt sua cuique est opinio. Quid, per Deos, illis hominibus facias, aut quid quæso illis respondeas? [3] Num si de re quapiam obortа dissensio est hanc omnino tollitis, & negatis subsistere? Atqui nunquam id fateamini. Nam quòd accuratiore experientia, peruestigatione ac iudicio huiusmodi opus habeant, apud omnes pro cer-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 39 sur 567

to confeßóque eſt. At quòd nullus eorum qui diſſentiunt, vera dicat, non modò non vos, qui eximij dierum decretoriorum calumniatores & infamatores eſtis, admittitis, ſed ne ij quidem, qui Pyrrhoneam dubitationem profitentur, recipiunt. Quoniam hi non ſimpliciter vniuerſam quamlibet diſſenſionem, ſed eam, quæ inexplicabilis ſit, nec ſatis comprehenſibilis ignorationis, rei ſignum eſſe pronuntiant.

1 CVm homines paſsim aut pecunia corrupti, aut generis propinquitate, aut verò familiaritate adducti multa in alicuius rem comminiſci ſoleant & confingere, Galenus hoc loco, quaſi cum Sophiſtis ludens, à partium duarum, vltimo loco enumeratarum, remotione tandem effectum relinquit: Sophiſtas putare ipſum argento ineſcatum hæc quæ de diebus Decretoriis & dixit & dicturus eſt, eſſe commentum. Deinde quaſi innuens rem tanti non eſſe momenti, vt in ea pecunia verſari debuerit ironicωs infert. Egregiam verò laudem & vtilitatem cum illis ſi decretorij fuerint habiti: tum nobis, ſi quòd tales ſint comprobauerimus. Nihil horum inquã, nos mouit, vt hos dies Decretorios eſſe affirmaremus, illos eſſe planè negaremus. Sed pro noſtro more vt quæcunque ſemper experientia magiſtra vera eſſe deprehendimus literis mandauimus. Ita & quæ de iis, diebus dico Decretoriis, vera eſſe obſeruauimus, etiam ſcriptis tradere voluimus.

2 *Porrò cùm præſtantiſs medicos ſimul & homines.* Græca ſic habẽt. Ὅταν δὲ καὶ τοὺς ἀρίστους ἰατροὺς ἅμα καὶ ἀνθρώπους. ἄμφω γὰρ ἔστιν οἱ πρὸς ἡμᾶς Διοκλέαται καὶ Ἱπποκράται, καὶ τοὺς ἄλλους, &c. tollendum autem inciſum eſt, quod in vtroque codice Græco verbum, ἔστιν, à ſuo nominatiuo ſubdiſtinguit & ſeparat. Eſt enim ſenſus, ἄμφω γὰρ ἔστιν, ἄριστοι ἀληθινῶς, ὅτε Διόκλης καὶ ὁ Ἱπποκράτης καὶ οἱ ἄλλοι &c. Nam quod hæc dicendi forma οἱ πρὸς ἡμᾶς, &c. ſingularem etiam hominem ſignificet, poſtea indicabimus.

3 *Num ſi de re quapiam.* Addenda eſt in vtroque codice Græco interrogationis nota. ἆρα δ' ἀπεφώνησ', τοῦθ' ὅλως οὐκ ἔστιν φάσκειν, eo ſcilicet quo diximus ſenſu. Cæterùm quod rem nõ eò tollere oporteat, quòd de ea dubitetur oriatúrque inter homines controuerſia

ſia, eleganti etiam ſimilitudine docet Galenus libro περὶ προγνώσεως τοῦ παλμοῦ, &c. his verbis, πολὺ δ' ἂν εἴη ἄμεινον, εἰπεῖν ὅτως ἐσιν ἄπορον, ἢ κατὰ τρόπον ἐπιχειρεῖν τὸ πρᾶγμα φανερὸν ἐναργῶς, ἀλλὰ τὴν αἰτίας ὁμολογῆσαι τῶν ἀγνοιαν. τὸ δ' ἀνελεῖν τὸ φανερὸν ὅμοιον ὅτι τὸ μηδ' ὁρᾶν ἡμᾶς ὁμολογεῖν, ὅτε μὴ γινώσκομεν ὅπως ὁρῶμεν. Id eſt, vt verò dubium ré-vera controuersúmque eſſet vnde rigor fieret, longè tamen ſatius erat rem euidentem & manifeſtam nõ conari euertere, ſed cauſæ eius fateri ignorantiã. Nam quod euidẽs eſt ſenſui, propter cauſæ eius ignorationẽ tollere velle, perinde eſt ac ſi quis ne videre quidem nos fateatur, quia, qua ratione videamus, ignoremus. Et li. 2. de motu Muſcul. Non eſt autem æquum inquit, in quibus cauſam non reperimus in iis diſcedere ab iis quæ euidenter apparent. His haud diſſimilia dicet etiam proximo cap. 5.

At qui nunquam id fateamini: ἀλλὰ μὴν οὐκέτ' ἄν ὁμολογήσαιτε. Sic 4
equidem conuerti, vt mihi hoc dicere videatur: Nunquam concesſeritis, inquit, dies Decretorios, iccirco eſſe tollendos, quòd de iis inter Medicos oborta ſit controuerſia. Quanquam & ſic conuerti eodem ferè ſenſu, poſsit, Atqui haud amplius concordes fueritis: cum vos omnes in eo conueniatis, & quaſi vno omnes ore clametis, ea potius accuratiore iudicio, diſquiſitione, & experientia eſſe examinanda, quàm omnino tollenda. Porrò qui Pyrrhonis dogma ſecuti ἐποχὴν, id eſt, aſſenſionis retentionem introducunt, ſeu aſſenſionem à rebus dubiis & incertis cohibent, nihilque comprehendi aut ſciri poſſe dicunt propter continuam rerum omnium cum ſecundum formas ſubſtantiales, tum accidentarias mutationẽ, Pyrrhonij paſsim & hæſitatores dicuntur Galeno. vt lib. 2. de Facul. natu. An hæſitatores, inquit, ac Pyrrhonij quidam in medium proſilietis? Et Temper. 2. Nonne hæc ſunt Pyrrhonis hæſitatio & nugæ immenſæ? Sanè. Gel. lib. 11. cap. 5. dicit illos Pyrrhonios philoſophos σκεπτικοὺς quaſi conſideratores cognomento Græco fuiſſe appellatos. Nihil enim inquit ille, decernunt, nihil conſtituunt, ſed in quærendo ſemper conſiderandóque ſunt, quidnam ſit omnium rerum de quo decerni conſtituíque poſsit. Ac ne videre quoque plane quicquam, neque audire ſeſe putant, ſed ita pati afficíque quaſi videant vel audiant. Hoc verò ab Academicis illos differre putat, quòd Academici quidem ipſum illud nihil poſſe compre-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 41 sur 567

hendi,quaſi comprehendunt, & nihil poſſe decerni quaſi decernunt. Pyrrhonij ne id quidem vllo pacto videri verum dicunt, quia nihil eſſe verum videtur.Fuit autē Pyrrho hic,vt eſt apud Laërtium libr. 9.Helienſis,primùm pictor,deinde philoſophiæ profeſſor, & Scepticorum pater,qui omnia exæquabat, rerúmque delectum tollebat:contra quem iampridem deſitum eſſe diſputari docet Cicero Offici.primo,de Finib.2. & Acade.quæſti. 2. Dicit tamen hîc Gale. Pyrrhonios ſuum illud axioma non in vniuerſum de re qualibet, ſed de ea tantum quæ nec ſatis commodè explicari,doceri,& comprehēdi poſſet,intellexiſſe. Nam controuerſia, inquiebant illi, inexplicabilis & inter homines perpetua,ſatis indicat rem,de qua agitur,comprehendi non poſſe. At cum de diebus decretoriis oborta controuerſia non ſit eiuſmodi,ſed ſit explicabilis, & quæ componi aliquando comprehendíque etiam poſsit,ne Pyrrhonij quidem dicant, nugas planè eſſe,&commenta, quæ de illis dicantur: ſed fateantur ingenuè alios ex his, qui de ipſis diebus ſcribunt, vera,alios falſa dicere.

AN *igitur* [5] *iudicari minimè poteſt,quis de diebus Decretorijs vera,quis falſa dicat? poteſt quidem, ſed non ita facilè. Siquidem id tempus longum & accuratam obſeruationem deſiderat.Nam morborum initia plerunque obſcura ſunt:item & vtrum quo die quempiam Criſis primùm pertentarit & occuparit, is decretorius ſit habendus, an quo morbus primùm diſcuſſus ſit, & ſolutus, conſiderationem quandam deſiderat. Nam alius,credo, alterum ipſorum,alius alterum opinabitur:forſan etiá aliquis neutrum, ſed cum decretorium eſſe dicet,in quem maior pars temporis Criſeos peruenerit.* [6] *Cum verò præter hoc neceſſarium etiam eſſe quis exiſtimauerit, vt decernentem crebrò diem viderit,(priuſquam illum decretorium eſſe pronunciet:) id autem in nonnullis diebus, nimirum in ijs qui rarò vel etiam caſu quodam decernunt,fieri non poſsit,(neque enim eiuſmodi eſt hypotheſis,vt fieri non poſsit,ſi quiſpiam in primos dies rarosincidat) tum deinde priuſquam idem ipſe longam experientiam expectet,ipſos decretorios eſſe pronũciet:unde profectò neceſſe eſt*

veram

veram dierum decretoriorũ historiam turbari. Nam si eum decretoriũ diceremus, in quo quis iudicatus est, facillima sic ipsorum dierum cognitio euaderet, & omnibus ferè decretorijs esse liceret. Quoniam verò non satis est rarò iudicatem vidisse diem, verùm crebrò, ac insuper Crisi etiam adesse oportet ea quæ modò recensui, nimirum vt bona, perfecta, secura, manifesta, & adhæc tuta sit & præindicata constat, sanè vniuersum in Sceriticam dubitationem incidere. Si enim quædam eorum quæ dixi, adsint, quædam verò absint, & præsentia æquentur absentibus, aut verò exiguus sit alterutrorum excessus, certum est nos de huiusmodi die esse adubitaturos, an ne scilicet decretorium ipsum, an non appellare oporteat. Nam vel omnibus, quæ modò dixi, præsentibus, vel plurimis horum & maximis adhuc hærere quasi dies ille non sit decretorius, summa omnino stultitia est. Haud secus, ac si quis nullo etiam horum aut aliquo pauca omnino leuique facultate prædito, præsente hæreret: Cùm certum sit hunc diem decretorijs non esse adnumerandum. Quod si parua quædam eorum quæ ipsi adsunt & non adsunt, differentia sit, certum est nos in dubitationem venturos, hæsitaturósque, an ne hic inter dies Decretorios adscribendus veniat, an secus.

ANigitur iudicari minimè potest. Græca lectio sic habet: 5
Ἆρ' οὖν ἀδύνατον ἐπικρίναι τις ἀλλ' εὖσι πρὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν, ἢ τις ψεύδεται, ἢ δύνατον μὲν ἀλλ' οὐ ῥᾴδιον. Hãc scripturam habet Asulanius codex, nec posterius mẽbrum interrogationis notam habet, quam particula, ἢ, postulare videtur. Basilienſis nec interrogationis notam, nec particulam, ἢ, habet: quam etiam nec vetus interpres agnoscit, nec sensus videtur expostulare. Sic autem scriptum est in Basili. Δύνατον μὲν ἀλλ' οὐ ῥᾴδιον: vt responsio sit eius quæ præcesserit, interrogationis, quod & secuti sumus. Nam ad hoc quæsitum, Cùm vel Pirrhoniis hęsitatoribus tractatio hæc de diebus Decretoriis comprehensibilis sit, imò verò etiam & explicabilis, An cuiquam impossibile esse videatur iudicare & intelligere quis de diebus Decretoriis vera, quis falsa dicat? statim subdit, Posibi-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 43 sur 567

le quidem esse quanquã non ita facilè. Primum propter temporis longitudinem. Deinde propter accuratã, quæ necessaria est, obseruationem: tum propter principij morbi difficilem agnitionem. Postremò quia, Crisi plures dies occupante, alius alium diẽ Crisis esse dicit, nec de vero die inter eos cõuenit. Hæ autem res omnes interturbant historiam dierum Criticorum, & studiosos medicinæ in Soriticam dubitationem inducunt. Cæterùm Sorites ἀπὸ τ σώρου, id est, ab acervo, vnde aliquot interpretes Latini acerualem vocauere, deducitur. Est autem argumentandi genus vitiosum, & captiosum cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur: seu cùm minutatim quis interrogat. Et sanè Soritas vocant, qui aceruum efficiunt vno adducto grano, Ciceroni Acade. quæst. 2. Vt autem Soritæ exemplum tibi ponatur ob oculos: Esto sic, aliquis roget quẽpiam, quem ad singula quæsita fingas respondere. Ecquis dies è tribus, quos fortasse Crisis comprehendat, Criticus est? Ecquid etiam si rarò is iudicat, criticus est? Quid si malè decernit, ecquid sic etiam Criticus? quid si imperfectè, an sic etiam? quid si non tutò, non manifestè, sine signis? quid si maior pars horum adsit? quid si absit? quid si præcipua horũ pars adsit absitue? quid si minus præcipua? ibi vides responso ad singula quæsita dato (id enim postulauit vt fingeres) gradatim minutatimque ab vno quæsito ad aliud transiri. Sed de Sorite pluribus infrà in caput 13. lib. 2.

6 *Cùm verò præter hoc necessarium etiam.* Sic habet vtriusque codicis Græci scriptura. ὅταν οὖν πῶς τοῦτο κὴ τ πολλάκις αὐξα θεάσασθ χάζωμεν ἢν δὲ τοῦτο ἐπί τινων ἡμερῶν ἀδύνατον, ὅσαι ασανίσ κρίνουσιν, ἢ καίά τινα τύχην. ὁ γὰρ ἀδύνατος ἡ ὑποθεσις εἰ γίνοιτ τις ταῖς ασανίαις ἡμέραις πρώταις. ἔπειτα πρὶν ἀναμεῖναι τ μακρὰν κρίσιν ἀποφαίνον) περὶ αὐξῶν ὡς κρισίμων, &c. Crediderim tamen sic legendum. ὅταν οὖν πῶς τοῦτο κὴ τ πολλάκις αὐξα θεάσασθ χάζ μὴν τις, ἢ δὲ τοῦτο, &c. & pro ἀποφαίνον), quod sequitur, ἀποφαίνε) reponendum: sic & sensus constabit, & dilucidior erit oratio. Cæterùm significat Galenus hunc illum diem Decretorium nõ prius esse dicendum, quàm crebrò decernere sit visus. Crebrò autem decernere videri nõ possunt primi, & rari dies, eóque decretorij simpliciter dicendi non sunt: sed cum addito, decretorij rarò aut etiam casu quodam decernentes. Ne si simpliciter Decretorios voces, confusionem patias, & dierum criticorum historiam

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 44 sur 567

ſtoriam interturbes. Primos autem dies vocat eos quos primus terminat quaternarius: vt extremo fine cap. 18. lib. 1. Criſ. Πρώτας, inquit, ὁ ἡμέρας δηλονότι ἡ νοσήματος ἔκβασις ἡ πρώτη τέτρας διορίζει). Raros verò eos in quibus raro contingit Criſim fieri: quales ſunt octauus, & decimus: vt paulò poſt, cap. 5. & quartus in acutis, vt Apho. 36. commen. 4. & lib. 3. Criſ. cap. 4. Primi autem crebrò non decernunt, quia pauci admodum morbi ſunt acuti, adeò vt quatuor primis diebus iudicentur.

IPſe equidem ab adoleſcentia dies Decretorios obſeruare incœpi, vt vel de mea ipſius experientia quippiam de eorum controuerſia ſtatuerem: ſed tamen iam, velut tum ſuperiore memoria, de quibuſdam non poſſum certi quid enuntiare. Et tale quid Hippocrati, etiam viro nimirum veraci, poſt multos annos elapſos videtur accidiſſe, ſi quid ex his quæ primo Epide. habentur licet colligere: quo in loco multos dies in vnum congeſſit, quos in Prognoſtico, & Aphoriſmis decurtare comperitur. Demonſtratum verò nobis eſt alibi, nec iam etiam minus clarum ex ſequentibus euadet, quod Hippocrat. prius libros Epide. ſcripſit, dum ſcilicet adhuc ſpeculationes experimentis exploraret, nec in vniuerſum ſententiam in ijs ferre auderet, & quid certi ſtatuere. Quamobrem ij qui dies Decretorios, perinde ac ſi nulli ſint, ideò tollunt, quòd de illis inter Medicos non conueniat, non adeò operibus artis animum mihi videntur adiunxiſſe. Nam ſi adiunxiſſent, non ſolùm in certis diebus diſcordare eos, qui de ijs ſcripſerunt, ſed & in permultis conuenire cum comperiſſent, ac deinde ſuam experientiam in memoriam reuocauiſſent, alterius naturæ & virium illos, in quibus conueniunt, deprehendiſſent, alterius illos in quibus diſcrepant. Quis enim aut ſeptimum, aut vndecimum, aut decimumquartum, aut alios huius notæ, decretorios eſſe negauerit? Nemo opinor. Itaque omnes antiqui quaſi vno ore de iis ipſis ſtatuere & ferre ſententiam comperiuntur. At verò ſi de omnibus inter ſe conuenirent, exiſtimaret fortaſſe quiſpiam ipſos omnes antiquos ſine iudicio & veritatis diſquiſi-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 45 sur 567

tione dies Criticos eo ipso ordine esse persecutos, quo is descripsit, qui primus de illis ipsis tulit sententiã. Sed cũ in plurimis discordẽt, haud amplius tale quippiam suspicari licet. Imò verò mirari subit eos viros tãto veritatis agnoscẽdæ studio cupidos fuisse. Nã quòd non eosdẽ omnes dicant, sed sint, in quibus discrepent: quòd item neque temerè hoc neque præter rationem fiat, sed quòd qui dies notas omnes Criseon, paulò antè à me scriptas, retinent, eos vniuersi pariter adscribunt. Qui verò ambiguitatem aliquam dubitationémque habent, eo quòd nonnullæ notæ eis adsint, quædam non adsint, haud ita pariter ab omnibus scribantur: id inquam non paruam coniecturam affert, quòd dierum Criticorum natura quædam sit propria & peculiaris. Quos enim per se seorsum vnusquisque nostrum ad talium experientiam deueniens decretorios esse pronunciauerit, eo maximè quòd omnes Criseon notas seruent, eosdem ab illis quoque admissos esse reperias. Sicut contrà, de ijs quos nemo potest experientia diiudicare, esse inter ipsos dissensionem. Itaque nullum ego, hisce prædictis, antiquius aliud esse arbitror de dierum decretoriorum natura & viribus signum, quàm quòd, inquam, & eos dies, qui omnes Criticas notas habent, apud illos quoque reperias & in eo omnes conuenire: De quibus verò quispiam dubitet, de ijs etiam esse controuersiam. Eiusmodi autem controuersia fidem ijs, qui pro confessis habentur, firmam adstruit. Præstaret sanè Sophistas cauillos iam tandem aliquando exosos, de illis diebus, qui omnes Criseon notas habent, suntq; apud omnes in confesso ingenuè quid statuere, de reliquis autem considerationem inire. Siquidem propter dubitationem, quæ in pauciſsimis sit, certitudinem in plurimis adeò conspicuam euertere, summè est absurdum. Age itaque: Nos, siquidem veritati studemus, ipsorum examinationi sincerè manum admoliamur, & primos illos qui omnes triticas notas habent, tanquam pro regula adscribamus. Secundos, his proximos. Deinde tertium quendam, & quartum etiam ordinem statuamus, necnon & cuiusque dignitatem indicemus. Etenim eiusmodi cognitio ad morborum curationes, eorúmque solutiones non leue momentum

tum adfert: sed facit vt ne ſuſpectos eos habeamus, qui fidis diebus ſunt iudicati, ac proinde tenuem ipſis victus rationem præſcribamus: aut verò contrà, ne eos qui per fidis diebus iudicati ſunt, parum cautè nutriamus.

Ipſe equidem ab adoleſcentia &c. Eadem ferè habet etiã Galen. metho. Meden. lib. 9. Non heri, inquit, aut nudiuſtertius, ſed ſtatim ab adoleſcentia philoſophiæ ſtudio capti primùm nos ad eam contulimus: mox patris euidenti inſomnio moniti ad Medicinæ ſtudium venimus, ac per totam vitam re magis quàm verbis vtrique ſtudio incubuimus. Galenus ergo ſomnio paterno monitus ab adoleſcentia totum ſe ſtudio Medicinæ tradidit, & iam inde ab ea ætate dies Decretorios, vt ipſemet hic dicit, obſeruare incœpit, vt de ſua experientia certi quid de ijs poſſet ſtatuere, & notata ipſorum differentia obortam de ipſis litem dirimere. Obſeruaſſe autem ſæpe ſe dicit aliquos dies de morbis iudicauiſſe, quos tum temporis inter Decretorios repoſuerit, de quibus iam tamen & ea ætate qua tunc eſſet, certi quid dicat non habeat. Quod & idipſum accidiſſe etiam docet veri ſtudioſiſsimo Hippocrati, qui aliter de diebus ſcripſit cùm primùm libros Epide. ſcriberet, artíſque ſpeculationes cum experientia coniungeret, aliter multò pòſt tẽpore cùm opus Prog. & Aphoriſmos ſcriptis mãdaret: quibus in duobus operibus, quæ ipſe longa experiẽtia deprehendit, paulò certiùs & conſideratiùs ſcribit. Δεύτεραι γὰρ φρονίδες, iuxta prouerbium, Σοφώτεραι. Porrò quos dies in Epidemis inter Decretorios admiſerit, quos in Prognoſtico, & Aphoriſmis ademerit, ex ſubiecta tabella facilè lector deprehendet. In hac enim dies Decretorios, primùm, Pares, deinde Impares ex Epide. lib. primo. Prognoſticon lib. 3. cap. 3. & Aphoriſmis 36. comment. 4. & aliis paſsim collatos inuicem comperiet. 7

Pares ex	Epid. 1.	4. 6. 8. 10. 14. 28. 30. 48. 60. 80. 100.
	Apho.	14. 34.
	Prog.	14. 20.
Impares ex	Epid. 1.	3. 5. 7. 9. 11. 17. 21. 27. 31.
	Apho.	3. 5. 7. 9 11. 17. 21. 27. 31.
	Prog.	7. 11. 17.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 47 sur 567

Qui igitur putant, inquit hîc Gale. dies Decretorios ob hãc ipſam cauſam eſſe tollẽdos, quòd aliâs aliter Hippocrates, aliâs aliter ego, aliâs aliter etiam anti qui Medicinæ profeſſores de iis cenſuerint, nę ij, inquit, non admodum mihi diligenter in artis operum tractatione verſati eſſe videntur. Nam ſi paulò verſati eſſent diligentiùs, primùm vbi ex Theoria didiciſſent, artis profeſſores omnes in plurimis conuenire, in paucioribus diſcordare: at tum deinde experientiam ſuam ad Theoriam reuocauiſſent, alterius ſanè facultatis illos in quibus conueniunt, deprehendiſſent, alterius illos in quibus diſcrepant. Porrò autem de ſeptimo, vndecimo, decimoquarto, & cæteris eius ordinis inter omnes cõuenit, nec quiſquam Decretorios eſſe negat. De ſexto, octauo, decimo, & ſimilibus, non item vnde facilè colligere licet, aliam eſſe illorum, aliam horum de quibus oritur controuerſia, naturam & conditionem. Imò verò, inquit, ſi de omnibus ſine controuerſia inter Medicos conueniret, inde quiſpiam magis dubitandi occaſionem arriperet, diceretque antiquis hoc cõmentum placuiſſe, ac proinde ipſos eundem in ijs ordinem tenuiſſe, quem tenuiſſet is qui primus de diebus Decretoriis ſententiam ſuam ſcripto mandauiſſet. Sed iam nihil tale ſuſpicari licet, propter obortam de diebus inter authores medicinæ controuerſiam: ſuſceptam non tam altercandi ſtudio, quàm cognitionis & ſcientiæ veríque inueniendi cupiditate. Concludit autem nullum aliud antiquius aut præſtantius argumentum haberi poſſe ad probandum, dierum Decretoriorum non vnam eandémque eſſe vim, & facultatem, quàm quòd & antiqui, & ſuę tempeſtatis medici conueniant, vnóque omnes ore aſſerant, eos dies Decretorios eſſe qui notas omnes Criſeon, quas ſuprà enumerauit, habent. De ijs verò ne inter antiquos quidem conuenire qui non omnes habeant. Sub capitis finem perhumaniter admonet Sophiſtas, vt cauillandi ſtudium deponant, candidè autem pro Decretoriis eos admittant, qui omnes Criſeon notas habent. Reliquos autem de quibus controuerſia eſt conſideratiùs examinent, effectique cauſam per otium veſtigent. Cæterũ de quatuor dierum ordinibus, & eorum dignitate, dicemus proximo capite quinto. Dignitatis autem dierum cognitio ad morborum, vt ipſe inquit, & curationes & ſolutiones non parum conducit. Ad curationes quidem, quia ſi quem parum fidis & minus

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 48 sur 567

minus dignis diebus iudicatum esse nouerimus, ægroto timentes cautius ipsum nutriemus: ne si incautius nutriuerimus, lædamus. Ad solutiones verò quia si fidis & dignioribus quempiã iudicatum nouerimus, ipsi ægroto timebimus, eóque tenuem victum etiam post biduum à morbi solutione imperabimus, cõtrà ac faciendum supra cap. 5. docemus ex Hippocrate. Nam victum tenuem secunda semper valetudine (sub qua comprehendas, licet eos qui perfectè iudicati per biduum iam conualescunt) fugere oportet: vtpote qui naturæ vires & robur imminuat. Quod tamen in sanis aut seruandum est alimentis, aut augendum: non autem frangendum aut imminuendum, vt Aphor. 4. commen. 1.

Capitis quarti Summa.

VT manifestius probet dierum Decretoriorum non eandem esse dignitatem, septimum cum sexto confert: & illum quidem Regi, hunc tyranno comparans, ostendit permagnam esse inter vtrunque differentiam. Nam quanquam vterque Decretorius sit, septimus tamen, vt plurimum, bonus: sextus contrà, vt plurimum, malus esse, ex ipsis symptomatis deprehenditur.

CAPVT IIII.

PRIMVM itaque *omnium decretoriorum dierum septimum dicimus non numero videlicet, & ordine primum, sed viribus & dignitate. Omnes enim decretoriorum dierum notas complectitur. Siquidẽ plurimos iudicat, & integrè: & cum manifesta excretione, aut abscessu: sine vehementi periculo: & vt plurimũ quartus cum præiudicat. Nã si omnino vel vrinarum in eo die, vel sputorũ, vel deiectionum, appetitus, mentis, sensus, vel alterius cuiuspiam eiusmodi manifesta contingat mutatio: certè quin huic similis in die septimo esse offerat, fieri nullo modo potest, bona nimirum, si ad salutem: mala, si ad malum facta fuerit commutatio. Vt plurimum igitur bonæ Crises sunt, quæ die septimo fiunt: etenim hoc ei præter cæteros adest proprium & peculiare. At verò nõnulli etiam in eo moriun-*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 49 sur 567

tur: plerique etiam insignem in deterius mutationem eo die nacti, in sequenti aliquo decretorio die intereunt. Sextum verò diem quanto à septimo deficere, & relinqui multitudine eorum qui in ipso iudicantur, tanto malignitate illum ipsum superare comperio: quasi ex diametro septimo naturam habeat oppositam. Etenim plerique ex his qui in quarto in deterius mutationem accipiunt, sexto moriuntur. Econtrario rursum, si bona contingat in eo die mutatio, septimum expectat. Quod si aliquando, quod rarò tamen fit, bonam transmutationem, quæ quarto die facta sit, sextus dies excipiens iudicare conabitur, difficile dictu est, quantam is perturbationem, periculum, quàm denique non exiguum metum adferat: tantum scilicet quantum si homo iamiam moriturus esset. [2] Nam si in somnum ferantur ægroti, Caro quid simile ipsis euenit: iacéntque penitus cum sensus, tum vocis expertes. Et si aliqua excretio ipsis accidat, animo consternantur, pulsus concidit, decolores fiunt, tremunt, collabuntur: cùm contrà, septimus dies semper pro excretionis proportione ferendi facilitatem adaugeat. Porrò verò cùm sexto die excretiones contingunt, [3] maligna, acria, fœtidáque multa & deiciuntur, & vomuntur. [4] Sudores rari quidem, æquales, & toto manantes corpore, & calidi: quales si quando contingunt, concidunt ægroti vt plurimum, & collabuntur: ac tum timor spectatores huiusce rei ignaros corripit. Est & cum [5] parotidas etiam malignas, aut [6] icterum, aut alium quempiam abscessum alio certamine ad sui solutionem egentem sextus idem dies attulit. Quod si & per vrinas idem aliquando iudicarit, ne has quidē bonas inueneris. [7] Nam crudas, decolores, tenues [8] bonum nullum sedimentū habentes [9], sed interdum quasi testaceum, interdum etiam arenosum, omnino autem inæquale, incoctum, & sola ipsa quantitate iuuantem vrinam comperies, quibus sexto die superuenerit. Hæc sunt diei sexti moderatissima leuissmáque opera, si quis æger saluus sit euasurus.

Prim

PRIMVM itaque, omnium decreto, &c. E quinque mo 1
dis quibus prius & posterius dicuntur Aristoteli in Prædicamentis, duos hic vsurpat Galenus, dicens septimum diem esse ante omnes alios primum (primi autem eadem ratio quæ prioris) non numero quidem & ordine, id est, non secundùm loci situm, quo scilicet naturali serie dispositi sunt numeri, sed viribus & dignitate, id est, præstantia & perfectione. Vt enim situ, seu, si mauis, numero & ordine primus prior est secundo, secundus, tertio, isque & reliqui intermedij septimo: ita illis omnibus ordine prioribus, septimus prior est dignitate & perfectione, id est, δυνάμει & ἀξιώματι, vt Græci dicunt. Sanè non solùm Pythagorici eum ipsum numerum miris laudibus extulerunt, sed & magni quoque nominis Theologi eundem ipsum sacrum esse, & diuinitatis nescio quid habere scriptis suis testati sunt. In his sunt Philo Iudæus, & Iherony-mus: quorum ille in libro περὶ κοσμοποιΐας, id est, de mundi opificio, inter alias, quas enumerat, Septenarij dotes sic scribit, ποσῶ δ' ἐν ἑβδομάδι πέφυκεν εἶναι ἱεροπρεπὴς, ὥστε ἀξιαίρετον ἔχειν λόγον παρὰ τοὺς ἐν δεκάδι πάντας ἀριθμούς. Ἐκείνων γὰρ οἱ μὲν γεννῶσιν ἀ γεννώμενοι. οἱ δὲ γεννῶν᾽ μὲν ἀ γέννωσι δὲ οἱ ἢ ἀμφότερα. καὶ γεννῶσι καὶ γεννῶν᾽. Μόνη δ' ἑβδομὰς ἐν ἀδένι μέρει θεωρεῖ᾽. τὴν δὲ ὑπόκεισιν ἀποδείξει βεβαιωτέον. ἀ μὲν ἓν οὐ γεννᾷ τοὺς ἐξῆς ἅπαντας ἀριθμοὺς ἕνα ἀδένος γεννώμενον τὸ πάρα πᾶν. τὰ ἢ ὀκτὼ γεννᾷ᾽ μὲν ἀπὸ τ δύο τέσσαρα. γεννᾷ δὲ ἀδένα τὸν ἐν δεκάδι. Id est, Tãta verò est septenario numero innata diuinitas, vt hic præter omnes qui intra denarium sunt, eximiam quandam prerogatiuam habeat. Nam ex illis alij quidem gignũt, nec gignuntur. Alij gignũtur & non gignunt. Alij vtrunque: & gignunt scilicet, & gignũtur. Solus autẽ septenarius in horum nullo membro cernitur. At enim propositum demonstratione confirmandum roborandúmque est. Vnitas numeros omnes ordine sibi proximos gignit, à nullo planè ipsa genita numero. Octonarius contrà ex bis sumpto quaternario gignitur: nullum verò numerum ex his qui decade continentur, gignit. Idem etiam eodem loco paulò pòst subdit: μόνος δ' ὡς ἔφην, ὁ ἕπτα ὅτε γεννᾷ οὔτε γεννᾶται. δὶ ἣν αἰτίαν οἱ μὲν ἄλλοι φιλόσοφοι τ ἀριθμὸν τὸν ἑξομιᾶσι τῇ ἀμήτορι Νίκῃ καὶ παρθένῳ, ἣν ἐκ τ τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναφανῆναι λόγος ἔχει. διόπερ Πυθαγόρειοι τὸν ἑπτάμορφον τὸν συμπαντῶν, &c. Id est, Solus verò, vt & prædixi, septenarius neque

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 51 sur 567

gignere,neque gigni etiam natus eſt.ſecundum quam rationem Philoſophi alij numerum hunc Niceæ nulla matre genitæ & eidem virgini,quam etiam ferũt ex Iouis capite eſſe prognatam. Pythagoræi verò rerum omnium principi aſsimilant,&c.Quo loco pluribus verbis ſeptenarium celebrat, dicens præter alia τῇ φύσιν φιλέβδομον εἶναι καὶ χαίρειν τῇ ἑβδομάδι. id eſt,Naturam ſeptenario gaudere. Tandem verò poſt alia multa ſic infert: Διὸ μοι δοκοῦσιν οἱ τὰ ὀνόματα τοῖς γράμμασιν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφημίσαντες, ἅτε σοφοὶ καλέσαι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ ἀπὸ τοῦ περὶ αὐτὸν σεβασμοῦ καὶ τῆς προσούσης σεμνότητος. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ προσθέντες τὸ ἐλλιφθὲν ὑφ' ἑλλήνων στοιχεῖον τὸ Σ. τρανόυσιν. εἰς μᾶλλον τὴν ἔμφασιν ἐτυμωτέραν Σέπτεμ προσαγορεύοντες. ἀπὸ τοῦ σεμνοῦ, ἤτοι παρ' ἐλέχθη, ἢ σεβασμοῦ. id eſt, Quamobrem illi mihi videntur, vt pote ſapientia præſtantes, qui ab initio literis nomina decorauerunt,ſeptenarium numerum quaſi σεβασμὸν & σεμνὸν, id eſt,ſacrum & venerandum ab ea ſcilicet quæ ipſi ineſt cum ſanctimonia & religione, tum maieſtate & diuinitate appellauiſſe. Romani verò,addito eo,quod à Græcis omiſſum erat, elemento, emphaſim veriorem retinentes dictionem S. litera illuſtrant, ſeptem ἀπὸ τοῦ σεμνοῦ καὶ σεβασμοῦ, vt dictum eſt,id eſt,à ſacro & diuino nuncupãtes.Hactenus Philo.Iheronymus verò cum alibi paſsim, tum nominatim libro ſecundo commentariorum in Amos cap.5. his verbis,ſeptenarium numerum eſſe ſanctum, etiam Sabbatum probat, in quo requieuit Deus ab omnibus operibus ſuis. Et iubet ne quid in eo operis ſeruilis fiat, niſi ea tantum quæ ad animam pertinent, & ne in eo onera portemus. Quo etiam loco Iheronymus Galeni, Hippocratis, & dierum Criticorum meminit,in Medicorum meſſem etiam falcẽ ſuam immittens. Quem ego quaſi clypeum ictibus cauillatorum, qui me fortaſſe impeteſſent,quòd ſacra prophanis immiſceam, obtendam. Illis ergo authoribus, ne plurium teſtimonia conquiram,ſeptenarius numerus ſacer eſt, & diuinitatis plenus. Quanquam tamen Philo nominis notationem ſeu etymologiam longius deducere cuipiam videri queat: licet eam etiam approbet Macrob.libro primo in Somnium Scip. His verbis de ſeptenario loquens: Hic numerus heptas nunc vocatur antiquato vſu primæ literæ.Apud veteres enim ſeptas vocabatur, quod Græco nomine teſtabatur venerationem debitam numero,&c. Porrò autẽ Galenus hîc ſeptimum diem primum eſſe dignitate:&

cap

cap.1.libro 3.Progno.eundem omnium fortiſsimum eſſe dicit, quòd is omnes dierum decretoriorum notas, quas ipſe particulatim enumerat,complectatur: & quòd præter cætera,quartus vt plurimum eius ſit iudex. Iudices verò ſeu ſpectabiles dies appellare ſolet Hippocrates,vt docet Gale.comment. ſecundo in Aphor.24.eos in quibus ſignũ aliquod iudicationis in alio quopiam decretorio die futuræ apparet. Sic quartus, ſeptimi:vndecimus,decimiquarti iudex eſt & prænuntius. Sed qui dies iudices ſunt & quare,poſteà oſtendemus, vbi ſeptimanas, ex Hippocratis & Galeni doctrina, in quaterniones digeremus. Fieri autem non poſſe docet hìc Gale.quin,ſi die quarto,vt pote ſpectabili,aliqua fiat & effatu digna mutatio, ſiue ea ſit ad bonum ſiue ad malum,non etiã eadem & ſimilis illi ſeptimo die reſpondeat. Cęterùm ſola ſigna coctionis triplicium excrementorum, die aliquo iudice apparentia, bonas iudicationes die proximo decretorio futuras præſignificant, vt commenta.4.Aphoriſ.71. Cruditatis contrà, malas: eóque magis ſi laudabilis appetentia,in appetentiam deiectam: mens conſtans & ſana in delirantem & inconſtantem,ſenſus inculpabilis in vitium ſuæ functionis,aut contrà,commutentur. Et ſi autem, inquit, ſeptimus vt plurimum ad bonum iudicat, vt & ſextus ad malum, nonnulli tamen ſeptimo moriuntur:vel in eo mutationem in peius nacti, in aliquo ſequenti decretorio die intereunt.Sicut & contra,nonnullos etiam in ſexto,quanquam decretorius ſit & malus, ſeruari contingit. Porrò ſeptimo obierunt, vt particularibus exemplis agam,Adoleſcẽs ille octauus ordine libro tertio Epid.1.qui in mendacium fòro, annos circiter viginti natus iacebat. Mulier item illa quę ibidem ordine decima eſt,& apud Pãtimedem habitabat. Sicut & illa quæ ibidem vndecimum locum habet. Septimo verò die mutationẽ in deterius nacti in aliquo ſequentie decretorio obierunt.Silenus ordine tertius libro primo Epide.die vndecimo:& eodem homo etiam ille qui ibidem duodecimus eſt.Sicut & mulier illa quę in mendacium foro decumbẽs decimoquarto mortua eſt. Sexto cõtrà, ad bonum iudicata eſt: Lariſſæa illa virgo duodecima ordine Conſtitutione tertia tertij libri Epide.Sicut & quarto die mutationem in deterius nacti ſexto obierunt.Philiſcus primus ægrotus Conſtitutionis tertiæ libro primo Epide.& Dromeadæ vxor, quæ eodem loco vndecima eſt ordine. Indicatio autem in quartum diem non incidit,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 53 sur 567

niſi celeriter admodum morbus moueatur vt Aphoriſmo 71. comment.4. Quod ſi morbus celeritati magnitudinem coniunctam habuerit,& adhæc κακοήθης ſeu malignus fuerit,ſanè quarto die mutationem in deterius accipiet. Per eiuſmodi enim morbos vires admodum frangi debilitaríque etiam primo quaternario cõſtat. Et quia perſiſtere diutius,& ſufficere non poſſunt, iccirco hominem mori ſexto contingit: ſi verò tantũ celer fuerit morbus,cęterum ſalutaris,quarto die bona aliqua continget tranſmutatio: vt vrina rubra prius non viſa,vt Aphor.71.comment.4.vel etiam alba,item enæorema vel nubecula media,&c. quę ſi tantundem etiam temporis,id eſt,tres dies acceperit,& vires ad ſeptimum ſufficient,erit eodem ipſo Criſis ad bonum futura. Ideò autem bonam tranſmutationem, quæ quarto die facta ſit,ſextus, iudicare præoccupans & tentans,id non ſine periculo & perturbatione efficit,quòd natura,vt alio loco dicemus, intempeſtiuius inſurgat, & quaſi bellum indicet prius quàm vires recuperarit, & valida recreataque fuerit: quo tempore nondum ſuperior,imò ne vix quidem par viribus cum morbo,difficultatem in eo profligãdo habet. Huc accedit quòd neque tum cõcocti ſunt humores,neque dies eſt decretorius,ſaltem bonus. Qua ratione dixit Hippocra. Febricitantibus ſi ſexto die rigores fiant, iudicationem habent difficilem, Aphoriſ. 29. commentar. 4. poteſt & id cælo referri acceptum. Sed de hoc poſteà, libro tertio.

2 *Nam ſi in ſomnum ferantur ægroti.* Si ſomno,inquit,inter has perturbationes corripiantur ægroti, perinde afficiuntur ac ſi Caro (noſtri ſoporem dicunt) oppreſsi tenerentur. Fit autem Caros cùm ab humore pituitoſo anterior cerebri pars,primò ſola,deinde tandem etiam per conſenſum &media & poſtrema compatiuntur. Vnde functiones trium animæ facultatum vitiari contingit. Quo fit vt qui ita affecti ſunt, neque ſenſu, neque motu, neque etiam voce frui poſsint, ſpirandi tamen facultate illæſa manente,quo inter alia differt ab Apoplexia. Niſi enim à cerebro,tanquam principio,ad organa ſenſuum: & contrà,niſi ab his ad cerebrum ſpiritus plurimus tranſmittatur,& ad ipſum etiam alteratio, quæ in vnoquoque fit ſenſorio,perueniat, nihil amplius animal ſentiet. Cæterùm ſi anterior dũtaxat cerebri pars afficeretur,ſola linguæ notio vitio careret. Proinde haud ἄφω-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 54 sur 567

νοι, id est, muti essent. Sed quia posterior etiam cerebri pars per consensum, vt dixi, etiã afficitur, à qua septima neruorum coniugatio linguam mouentium procedit (nimirum quâ cerebrum desinit, & spinalis medullæ est initium) iccirco muti fiunt, vt lib. 4. Locorum affect. cap. 2. & de vsu part. 9. Porrò si aliqua excretio, vt vomitus, alui fluxio, hęmorrhagia: sudor ægris contingat die sexto, λειποψυχοῦσι, id est, animo consternãtur, exoluuntur, & in animi deliquia incidunt. Nam λειποψυχεῖν, λυποθυμεῖν, ἐκλύεσθαι eadem significatione vsurpari liquet ex Galeno, primo ad Glauco. Ideo verò consternantur animo, vel quia immodica fit vacuatio, quæ vires deijcit: vel quia humores qui vacuantur, sua acrimonia mordent & rodunt partes per quas feruntur, & dolorem vehementem excitant. Pulsus verò ἀσφυκτεῖ, id est, cõcidit, perit, aboletur & vix sensibilis est, cum fit languidus, paruus & rarus: qualis scilicet solutarum virium esse solet: Perit autem corde affecto, eóque languente vitali facultate, quæ pulsus est causa efficiens. Decolores itidem fiunt spiritu & sanguine intro reuocatis. Sicuti etiam tremunt: quia crassi & lenti humores facultatis vias ita obstruunt, vt parcior spiritus affluat. Tremor verò motus est ad contraria, facultate scilicet sursum: grauitate verò deorsum & in contrarium trahente, vt lib. 2. de causis Sympto. cap. 3. Denique collabuntur, quia neque pes, neque manus, neque vllum aliud membrum propter vias spirituum interceptas, suum facit officium.

Maligna, acria, fœtidáque &c. Malignæ deiectiones sunt quæ exitium propter humorum malignitatem portendunt. Acres, quæ exedunt & vlcerant: fœtidæ, sunt graueolentes putredinis indices. Maligna ergo alui deiectio est, nigra, liuida, pinguis, fœtida. Vrina maligna seu exitialis, aquosa, fœtida, nigra, crassa. Vomitus pessimus porraceus, liuidus, niger, omnium colorum particeps vt progno. lib. 2. cap. 3. 4. 6. 7. & Apho. item 21. commen. 4. & sequentibus. 3

Sudores rari quidem. Ἱδρῶτες δὲ σπάνιοι μὲν ὀι ὁμαλοὶ καὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος, καὶ θερμοὶ πᾶν εἰ γένοιντο δὲ πεῖρα τοιοῦτοι δηλοῦσθαι τὰ πολλά. Rarò quidem inquit, sexti diei sudores æquales sunt manantes è toto corpore, & calidi. Qui si tamen tales aliquando contingant, æquales inquam, & cætera, tantùm abest, vt ad bonum, 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 55 sur 567

ſeu perfectè iudicent morbum(quod tamen die Critico in ſalubribus morbis præcedentibus ſignis coctionis ſolent efficere)vt per eos ægroti concidant, & viribus defecti in ſyncopen incidant. vnde intelligitur eos ſudores contrarios eſſe ijs, qui à virtute robuſta per morborum Criſes fiunt,& reſoluto totius corporis habitu prouenire:vnde ſyncope,vt libri 3.de Sympto.cauſis cap.9.Sudor tamen calidus multus, manans è toto corpore ſexto die, cum larga è naribus hæmorrhagia Lariſſæam illam virginem,cuius paulò antè memini,quę duodecima eſt Conſt.3. lib.3.Epid.iudicauit.Sed notat Gale.commentario in eum locũ, morbum debuiſſe reuerti. Idq; Hippocratem tanquam nouum & rarum in ea ſignificauiſſe.Iccirco autem non reuertiſſe docet ibidem Galen.& quòd muliebris vacuatio diebus poſt Criſim maneret,& quòd nulla eſſet partis principis phlegmone, neque, item maligna eſſet plethora. Cæterùm ad verbum διανόπτου), ſubintellectus de communi nominatiuus, οἱ νοσοῦντες, præponi poteſt, hoc ſenſu: Aegroti viribus defecti collabuntur, &c. vel adſcriptus in contextu nominatiuus, οἱ ἱδρῶτες, vt ſenſus ſit: Si ſudores æquales calidi, & è toto corpore manantes ſexto die fiant,illi certe frequenter διανόπτου), ὀκκάει ῥέουσι. id eſt, interrũpuntur,nec aſsiduè,aut continenter, dum integrè morbus iudicetur,fluunt,vt fieri aſſolet tali ſudore die Critico erumpente. ὁμαλὸν autem ſudorem,id eſt,æqualem dicit,qui æqualiter prodeat è ſingulis corporis partibus:non copioſior ſcilicet è capite, brachijs, pectore, q̃ è pedibus:aut ex illis, quàm è reliquo corpore,vel æqualiter,vt ſit omni tempore talis,dum morbus iudicetur,vt de æqualibus ſedimentis paulò pòſt dicemus. Guinterius διανόπτου) τὰ πολλὰ conuertit, plurimum afficiunt ægrotos,vt intelligat tales ſudores noxam afferre ſolere.Vetus interpres dixit.Et ſi fuerit ſudor talis,abſciditur multoties.vt ille ſuperiorẽ noſtram,hîc poſtremam interpretationem ſequi videatur.Sed ſequentia faciunt vt priore modo conuertendum putẽ. Nam iccirco timore corripi adſtantes dicit,quòd ægroti defecti viribus,collabantur.

5 *Parotides maligne.* παρώτιδες,ἀπόστασεις εἰσὶν καθ' ἀπόθεσιν εἰς τοὺς πόρους τοὺς ὦτα,ἢ ὑπὸ τοῖς ὠσὶν ἀδένας.id eſt,parotides ſunt humorũ abſceſſus ſeu decubitus per repoſitionem ad glandulas quæ ad aures ſeu ſub auribus ſunt. Et ſi autem fiunt ab humore craſſo, crudo,

crudo,lento,vt ſuprà cap.1.diximus,tamen hæ quæ per acutiores morbos fiunt,vt commen. in caput 6.lib.2.Progn.ab humore minus craſſo fiunt.Malignæ autem ſunt, quia ſexto die, qui Decretorius,ſaltem bonus,non eſt, eueniunt, vel malignas dicit,id eſt,dolentes,duras,magnas,& quas virtus ferre non poſsit. nam tales tumores mortem breui affuturam ſignificant, vt libri 1.Prog.cap.13.

Aut icterum, aut alium abſceſſum alio certamine ad ſui ſolutionem egentem. Icterus aliàs fit hepate, ſchirro,inflammatione,vel obſtructione affecto,aliàs obſtructis etiam meatibus veſicæ,fellis, aliàs ab imbecilla eiuſdē facultate modo attractrice,modo expultrice:vt cap.4.lib.3.de cauſis Sympt.Fit etiam interdum vbi humores in corpore tranſmutantur & corrumpuntur,haud aliter ac ab epoto veneno:vt Loco.affec.cap. 7.lib. 5. facultate ſecretrice tum ſuo munere probè fungi nequeunte ob excrementi prauitatem quæ conſiſtit in multitudine,craſsitie & lentore eiuſdē,& de hoc ictero nobis hîc ſermo eſt. Nam vbi per febres acutas flauæ bilis excrementum à ſanguine non ſeparatur, quia ſcilicet multus eſt,craſſus & lentus,non eſt mirum tunc vniuerſum corpus auriginoſum euadere:Natura humorem illum cōtriſtantem ad cutim reponente iudicatoriè, eo modo quo per abſceſſus humores etiam alios in partem aliquam Criticè ſolet reponere. Icterum autē ante ſeptimum diem criticos ad cutim effundi non poſſe docet Hippocr.Apho.62.Commen.4. & Galenus in eum locum.Cæterùm abſceſſus ij alia lucta ad ſui ſolutionem egent,quorum contumax eſt & concoqui difficilis materia,vtpote frigida,craſſa,lenta:maximè ſi exiguus exiſtat calor natiuus, eóque facultas ſit imbecilla. 6

Nam crudas,decolores &c. Vrinæ crudę,decolores,tenues ſunt per magis & minus. Ea autem crudiſsima eſt, quæ aquoſa non ſimpliciter,ſed cum addito,aquoſa quæ mingitur celerius dicitur,vel etiam pellucida & alba vt Aphor.62.comment.4. Nam quatenus aquoſa eſt,deſperatæ coctionis accidens eſt & venenoſæ naturæ paſsionē ſignificat: quatenus verò celerius mingitur(affectus διαβήτης ἢ ὕδερος ἐς ἀμίδα dicitur)facultatum retentricis & alteratricis extinctionem ſignificat. Hac verò minus cruda eſt,quæ aquoſa ſimpliciter dicitur, quæ non aliud malum 7

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 57 sur 567

quàm cruditatem arguit. Hac item minus etiam cruda eſt; quæ tenuis & alba eſt. Cui proxima eſt quæ mixtam habet formam vini tenuis & albi. Decolor quoque maximè eſt alba & aquoſa, quæ nullum liquorẽ ſeu ſi mauis, ichorem ex bile flaua ſuſcepit. Vrinas enim aut ſanguinis aut bilis ſeroſa ſuperfluitas tingit. Rurſus hac minus decolor eſt, quæ bilis aliquantum, & item hac minus quæ paulò plus bilis accepit. Hæc autem duo ad vrinæ colorem ſpectant. Tenuis vrinæ eadem ratio eſt. Nam tenuis maximè ea eſt, quæ etiam ſi multo tempore quieta ſteterit, nullam ſecretionem recipit, cùm nulla in ea pars ſit craſſa, quæ per ſecretionem fundum matellæ petere, ſupernatante leui portione poſsit. Hac minus tenuis eſt, quæ poſtquam micta eſt, reſidendo tandem craſſeſcit. Hac item minus tenuis eſt, quæ tenuis & ſubruffa eſt, aut ſubflaua. Nam ea quâ tenuis, cruda eſt. quâ ſubruffa iam concoquitur, eóque aliquid quod ſubſideat, & craſsius fiat, habere incipit, ſeu mediocriter conſtans & compactum vt Commen. 4. in Aphor. 77. Et ſecundum eam rationem Hippocr. dixit. Progn. 2. cap. 6. Donec ruffa fuerit vrina ac tenuis, morbum crudum ſignificat, conſiſtentiam ſcilicet talem improbans, non colorem.

8 *Bonum ſedimentum nullum habentes.* Bonum ſedimentum debet eſſe album, leue & æquale per totum tempus dum morbus iudicetur: vt capite ſupradicto. Non bonum, contrá. Eſt autem ſedimentum (ὑπόστασις Græci dicunt) id quod in vrina peſſum it, & in fundum vaſis deſcendit. Sicut quod medium locum tenet μετέωρμα illis, noſtris ſublimamentum. Quod verò ſupremum locum, illis νεφέλη, nobis Nubes dicitur. Porrò verò vrina nullum ſedimentum habens, eorum eſt qui tenui victu. Quæ multum, eorum qui pleniori. Quæ paucum, eorum quæ moderato vſi ſunt, vt loco ex Prog. paulò antè citato. Aequalia autem ſedimenta ſunt, continua & nulla parte diuulſa: ſiue quorum partes omnes ſimiles ſunt, vel etiam omni tempore talia. Eſt verò æqualitas, coctionis nota.

9 *Teſtaceum aut arenoſum.* Cum ex venis deducatur vrina, & à renibus prolectetur, in his vero percoletur, indéque per canales vrinarios in veſicam tranſmittatur, atque in ea vt receptaculo aceruetur, quicquid in ipſa præter naturã apparuerit: aut venas, aut

aut renes aut veſicam malè habere ſignificabit. ὀστρακώδη autem ψώσασιν (ſedimentum teſtaceum conuerti) teſtis ouorum in minuta confractis ſimilem dicit. Et crediderim hic Galenum ὀστρακώδη dixiſſe, pro eo quod Hippocrates Progno. 2. capi. 6. πεπαλώδη dixit. Nam cùm eo loco Hippocra. omnia mala ſedimenta in vrinis apparentia recenſere videatur, nec tamen ὀστρακώδεις ψωσάσεως meminerit, hanc ſedimẽti ſpeciem (quæ & ipſa mala eſt, vt quæ ſolidas partes inæqualiter colliquari denotet ab abſumente & colliquante febrili calore) ipſum ſub illarum aliqua comprehẽdiſſe eſt veriſimile. Et quia teſtæ ouorum comminutæ, lamarum ſpeciem referũt, ὀστρακώδη καὶ πεπαλώδη ψώσασιν, id eſt, teſtaceam & Lamarum ſpeciem referentem, idem ſignificare putem. Quid autem denotet ψαμμώδης, id eſt, arenoſa hypoſtaſis, docet Hippocrat. Aphoriſ. 79. commenta. 4. Quibus, inquit, in vrina ſubſident ſabuloſa, iis veſica calculo laborat.

DE [10] *multis autem alios in ſyncopen de-repente coniecit,* [11] *aut largo ſanguinis profluuio extinxit, aut euacuationibus immodicis vel etiam* [12] *catoche quadam aut mania multauit. Alios verò in manifeſtam perniciem coniecit, icterum inuehens,* [13] *parotidas non bonas excitans, &* [14] *adhæc maraſmis incurabilibus irretiens. Et quod demum mali genus non ille dies infert?* [15] *Mihi quidem frequenter in mentẽ venit, ſeptimi diei naturam Regi aſſimilare. Sexti verò Tyranno. Ille ſiquidem boni inſtar alicuius principis prouidet & proſpicit ijs qui à ſe iudicantur, vel ſupplicij magnitudinem minuendo, vel victoriam adornando & conferendo. At ſextum diem huic contrarium finxeris: & vel pernicie illius, quem iudicandum cœpit, gaudere, vel eiuſdem ſalute dolere comperies: quæreréque quomodo animum expleat, & malè ægrum qui in ipſum incidit, multet, longóque ſupplicio implicans afficiat. Age igitur. Sermo enim hic mihi ſiſtat prius, quàm aliorũ decretoriorũ dierum omnium naturam explicem. Si quis me roget, ecquid ſeptimus dies Decretorius ſit, deinde verè à me dato ad hoc reſponſo, de ſexto viciſſim itidem roget, quid ei reſpondeam? Nam ſi & huic quoque eandem*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 59 sur 567

nomenclaturam imponam, existimauerit me fortasse aliquis, eius naturam & conditionem septimo similem iudicare. Sin eum ipsum, quòd natura sit illi contrarius, de numero dierum decretoriorum exemerim, inde quis forsan opinabitur, ex eodem ipsum genere esse, cuius sunt duodecimus & decimussextus, quos ante dixi, me nunquam vidisse decernentes. De his sanè, vt & de septimo dixi, apertè quid sentiam pronunciabo. Nam eos, vt pote qui nullas Criticas notas habeant, haudquaquam Criticos esse dixero. Hunc autem eo ipso quòd omnes habeat, decretorium esse affirmabo. At simplicem adeò de sexto die non habeo ferre sententiam. Decernit enim frequenter: sed dolosè & praue. Quapropter si quis me cogat de ipso ferre sententiam, non longis verborum vsus ambagibus, vt paulò antè feci, cum vniuersam eius naturam recenserem, sed summatim complectens. 16 Sextum diem tam malum decretorium esse dixero, quàm septimum bonum assero. De re tamen non simplici haud quaquam par est in simplicem adeò atque angustam enunciationem sese concludere. Nam præter alia & de nominibus quoque imprudentes nonnulli Medici disceptant & controuersias mouent. Hi siquidem subitam in morbis mutationem Crisim esse autumant. Alij nisi addatur & hoc, Ad bonum, nondum Crisim tale quid vocitant. Nonnulli verò horum vtrunque 17 Criseos effectum esse dicunt. Crisim verò esse ipsam perturbationem subitò mutatam cum signo euidenti, ex ipsa quidem morbi natura, non extrinsecus prouenientem, esse arbitrantur. Deinde pluribus de significato contendunt, ne hoc ipsum quidem intelligentes, quòd Medicis rebus neglectis Dialecticorum, Grãmaticorum vel etiam Rhetorum dignam considerationem pertractant. Siquidem Dialectici est, nominum rectam positionem considerare. Rhetorum vel Grammaticorum, an nomen sit in vsu apud Græcos. At id tamen nonnulli Medici faciunt, tantã vel Dialectices, vel Rhetorices, vel Grammatices cognitionem intelligentiámve habentes, quantam asinus lyræ. Hi igitur Medicorum res omittentes & aliena malè tractantes vtrobique grauiter peccant. Nos sanè quomodo quis Medicis nominibus optimè

optimè vtatur, alibi demonſtrauimus: hoc verò præſenti Commentario dierum naturam declarare ſtatuimus. Sophiſtarum nugas & deliramenta ijs relinquentes, qui nugas potius (veluti fieri ſolet in adoleſcentum diatribis & ſcholis) quàm artis opera curant. Dicetur tamen nonnihil in ſequentibus de prædictis nominibus, vt homonymias diſtinguendo, illorum captiones & nodos poſsit quis diſſoluere. Nunc autem hoc ipſo ſcilicet libro, quod & in omnibus alijs fecimus, prius vtilitatem ipſam explicemus. vt illa habita & perſpecta, eáque fruens quiuis abundè, [18] Sophiſtarum deliramenta reprehendere & conuincere condiſcat. Nam præter alia multa, tum & hoc quoque licet reipſa intelligere, nimirum quòd ſine longa ipſorum loquacitate artis candidati poſſunt omnium dierum naturam ex ipſa doctrina conſequi & perdiſcere. [19] At verò omnino ab eorum tam vulgata loquacitate ſe abſtinere impoſsibile eſt: itaque & nos ſuperiori oratione, quanquam inuiti, in ipſam impingentes inſultauimus.

DE-repente in Syncopen coniecit. Συγκόπτει ἐς' ὀξεῖα τὴν ἀθρόαν καὶ ἀπροσδόκητον δυνάμεως. id eſt, virium vniuerſarũ præceps ſubitáque ruina, quæ contingit cùm facultates tres Animalis, Vitalis, Naturalis ita ſimul afficiuntur & condoleſcunt, vt ſpiritus pars reſoluatur, diſsipetur & euaneſcat in auras, pars relicta ſua ſede aliò ſeſe, puta ad ſuum principium recipiat. Fit etiam cùm vna ex his tribus primario affecta, reliquas duas conſortij lege in ſympatheiam adducit, ſed hanc præcedit animi deliquium, nec ita per eam de-repente facultates tres ſimul corruunt. Et ſi autem quæ ſexto die ſyncope fit, vtrouis horum modorum poteſt contingere, tamen & quia dies de ſe malus eſt, & quia non ſimpliciter συνέπτωκεν dixit, ſed addidit αὐτίκα. id eſt, de-repẽte de prima illa precipiti ruina, meo quidem iudicio, locus hic intelligendus venit. 10

Largo ſanguinis profluuio. αἱμορραγίαις λάυροις ἢ κενώσεσιν ἀμέτροις &c. Speciem generi præpoſuit. Eſt enim hęmorrhagia κενώσεως. id eſt, vacuationis ſpecies. Vacuatio verò eo ab excretione (quæ Græcis ἔκκρισις ἢ διαχώρησις dicitur) differt, quòd vacua- 11

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 61 sur 567

tio arte fit, puta purgatione, venæ ſectione, aut ſudoris promotione, & omnes humores æqualiter vacuat Gale. commen. 2. in Aphor. 17. Excretio autem ſponte naturæ, quanquam ſæpe cõfundi ſolet differentia: porrò immodica vacuatio fit, cùm propter imbecillitatem facultatis retentricis partium, tum propter vim expultricem immoderatius per totum corpus motam, & excitantem diarrhœas, lienterias, dyſenterias, hęmorrhagias per nares, vomitum, vterum, hæmorrhoidas, purgationes à partu, vulnus &c. Per immodicas autem vacuationes, quæ omnino præter naturam ſunt, ſiue ſolito ſiue inſolito tempore fluant, ſpiritus haud aliter ſuffocari didicimus, quàm per ſuffocationem ſeu impeditam reſpirationem, admixtione ſcilicet alienæ materiæ tota ſubſtantia contrarię, alimenti itẽ penuria & reſolutione.

12 *Catoche aut mania.* κάτοχὴ, quæ & κατάληψις dicitur, memoriæ reſolutæ vitium eſt, vel ob frigidam poſterioris partis cerebri intemperiem, vel ob frigidos humores in ea coaceruatos, eueniens. Maniam verò ſine febre deſipientiam definit Galen. comment. 2. in 1. Epide. in fine ſtatus 2. Deſipientias autem eodem, ſed multò pòſt, loco fieri docet ob flauam bilem in cerebrum confluentẽ, qua ita exuſta vt iam in nigrã tranſeat, maniam ſeu manioſas deſipientias fieri tradit. Cicero Thuſcul. 3. dicit ſe nõ facilè dicere poſſe vnde *μανίαν* Græci appellent, *μαίνεσθαι* tamen & ἐκμαίνεσθαι (ex quibus verbis *μανίαν* deductam putẽ) illi dicunt: nos furore percitum eſſe, mente moueri, furere & inſanire dicimus, vt furorem & inſaniam confundamus, quæ duo Græcos diſtinguere quidem velle, ſed parum valere verbo eodem loco oſtendit Cicero: quaſi eos rideat, quòd dicant *μελαγχολίαν*, ſeu maniam ab atra tantùm bili cauſari: non etiam ab aliis, vt ipſe vult cauſis, putà iracundia grauiore, timore, dolore, quibus de cauſis non autem ab atra bili Alcmeonem, Aiacem, Oreſtem furore correptos fuiſſe docet. quos quanquam furioſos deberi dicendat ſcrupuloſius: inſanus tamen Aiax etiam ab Horatio dictus eſt Sermo. 2. Satyra 3.

Inſanus quid enim Aiax
Fecit, cùm ſtrauit ferro pecus.

Et alio loco,

Aiax immeritos dum deſipit, occidit agnos.

Vides Aiacem & inſanum & deſipientem contra Ciceronis ſenten

ſententiam ab Horatio dici, quod pluribus etiam docuimus in præfatione Aiacis Sophoclis, cuius totum opus ante Biennium Latinum fecimus. Ridebit autem Græcos, quantùm volet Cicero. Crediderim tamen viros illos in tantum furorem nunquã fuiſſe actos, ni temperamẽto bilioſo cùm eſſent, larga bilis flauæ copia in ipſis per vſtionem in nigram bilem fuiſſet commutata, & melancholiam morbum procreaſſet. De mentis autem commutatione & de ſuo ſtatu deiectione hæc paucis habe, quæ excerpta ſunt ex Apho. 14. Commen. 7. 53. Commen. 5. & Commen. 1. in 1. Epide.

Mens delirat { Leuiter — Λήρει. / Grauius — παραφρονεῖ. / Grauiſsimè — παραφέρε῀. }

Delirium leue, ſeu cum riſu. Fit à ſola caliditate citra nocuum ſuccum, ſimile ei qui ex ebrietate accidit.

Vnde { Λήρησις. }

Vnde { παραφροσύνη, } Delirium graue, ſeu cũ ſtudio. Fit à flaua bile infeſtante, ſeu à ſanguinis fæce.

Nomine caret. Sed dicere poſſumus teterrimum, grauiſsimum, furioſum, immane & audax delirium, ſeu temeraria mẽtis alienatio à bile plus nimium vſta & retorrida.

Tertium verò hoc & vltimum tripliciter diuiditur, magis & minus ſuſcipit. Mens enim παραφέρε῀, id eſt, transfertur, & de ſuo ſtatu vehementiſsimè & grauiſsimè deijcitur,

Et vel { παραπόπλα, — Alienatur. / ἔξισα῀, — Attonita eſt & ſtupet. / ἐκμαίνε῀, — Furit, inſanit. }

Vnde { παρακοπὴ, id eſt, Mentis alienatio. / ἔκσασις, Mentis ſtupor. Aphor. 5. Comment. 7. / μελαγχολίας. Furor ſeu inſania. }

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 63 sur 567

Suidas tamen in dictione λῆρος paulò aliter hac de re ſcribit his verbis: ἐπίτασιν λαβὼν τὸ νῦν. παραφροσύνη λέγεται. ἡ δὲ μέση, λῆρος. ἡ δ' ὑφειμένη, παράληρος. Sed medicorũ opinionem in hoc ſequendam potius arbitror: Suidæ ergo

Mentis affectio & deiectio	Leuis ſeu remiſſa	παράληρος	dicitur.
	Media	λῆρος	
	Intenſiſsima ſeu grauiſsima	παραφροσύνη	

13 *Parotidas non bonas ſuſcitans.* παρωτίδας δὲ κακὰς nunc dicit, quas paulò antè παρωτίδας ἐκ εὐνόθεις dixit eodem ferè ſenſu.

14 *Maraſmis incurabilibus.* μαρασμὸς Galeno initio li. 1. περὶ μαρασμοῦ ἐστὶ φθορὰ ζῶντος σώματος ἐπὶ ζηρότητι. id eſt, corporis viuentis præ ſiccitatè conſumptio. Non mirum autem ſi ad immodicas vacuationes ſequatur Maraſmus, cùm per eas ſpiritus ſubſtantia vacuetur, & alimonia corpori ſubtrahatur.

15 *Mihi quidem frequenter.* Differt tyrannus à rege Ariſtoteli Politicorum 3. ca. 10. quòd Reges ciuium armis, Tyranni externo præſidio ſtipantur. Reges lege & volentibus, Tyranni pro arbitrio nolentibus imperant. Reges à ciuibus cuſtodiuntur. Contra tyrannos ciues præſidio muniuntur. Et Politic. 4. cap. 2. Tyrannidem aberrationem reipub. à regno degenerantem eſſe dicit. Libro tamen 5. eandem adminiſtrationem nõ ſolùm omniũ peſsimam eſſe, ſed & vix inter reſpub. etiam deprauatas numerari poſſe tradit. Feſtiuè ergo Galenus ſeptimum Regi. Sextum Tyranno comparat, quòd is prauè & dolosè iudicet: vt tanquã nouum & rarum notet Hippo. Epid. 3. vt paulò antè dixi, Lariſſæam virginem eo die ad bonum fuiſſe iudicatam.

16 *Sextum diem tam malum &c.* Sextum diem, inquit, Decretoriũ non ſimpliciter & abſolutè, ſed cum addito Decretorium malũ eſſe dico. Neque enim conuenit in conciſam adeò & ieiunam enunciationem in re præſertim non ſimplici, qualis eſt hæc de Criſibus, ſeſe coarctare & includere. Quippe multiplex omnedi ſtinguendum eſt, tollendáque omnino homonymia priuſquam quid enuntietur. Id faciendum eſt in Criſi. Nam cùm ea dictio

variè

variè & multipliciter & ab alijs aliter vſurpetur (alij enim Criſim ſubitam in morbo mutationem eſſe dicunt, alij nõ ſubitam mutationem tantùm, ſed ſubitam mutationem ad bonum, vt ſubitam ad malum mutationem Criſim eſſe negent) cõſtituendum primùm eſt quid ea res ſit priuſquàm ſextum diem aut alium decretorium aut non decretorium eſſe pronũcies: quod ſe paulò pòſt facturum recipit, & in caput 9. proximum item & 5. lib. 2. id negotij reijcit. Nam dierum vſum toto hoc primo commentario ſe conſtituiſſe dicit.

Criſeos effectum. Ἀπότελεσμα, effectum, ſeu id quod efficitur tanquam ab aliqua cauſa efficiente, quaſi velint Criſim, ſeu ſi mauis cum illis de quibus hic loquitur Gal. dicere perturbationem ſubito mutatam cum ſigno quodam euidenti. (Id enim nonnulli, inquit, Criſim etiam eſſe dicunt) cauſam eſſe efficientem. Mutationem autem ſubitam, ſeu ad bonum mutationem: effectum eſſe Criſeos. Pari ſanè acribologia vtũtur qui cauſam finalẽ & finẽ ſeparant, eóq; differre dicũt, quòd finis ſit intẽtionis & propoſiti conſecutio. Cauſa aut finalis ipſa intentio, propoſitum & ſcopus. Pari ratione dicas aëris ſerenitatem ſeu maris tranquillitatem quæ tempeſtuoſa tonitrua & ventos ſequatur, effectum eſſe tẽpeſtatis. Tempeſtatem autem ſerenitatis in aëre, vel tranquillitatis in mari eſſe cauſam efficiẽtem. Et ſane quemadmodum niſi perturbatio in ægroto corpore fuiſſet excitata: morbus per excretionem aut abſceſſum non fuiſſet diſcuſſus. Ita niſi per agitata ventis tonitrua neque tranquillitas in mari, neque ſerenitas in aëre (vtroque horum ſcilicet craſsis vaporibus & exhalationibus tanquam morbo implicito) fuiſſet conſecuta. Perturbationem autem illam ſubitam &c. quam Criſim appellandam cenſet, vult ex ipſa morbi natura, id eſt, ab interna cauſa, non autem ab externa prouenire. Sæpe enim fit vt propinato ægrotanti medicamento purgante, aut prouocato quouis modo ſudore, aut vomitu per helleborum aut alia concitato, corpus vehementer perturbetur. eámque perturbationem ſequatur, ſiue ad bonum, ſiue ad malum mutatio, quæ tamen Criſis dici nullo modo queat, cùm ea mutatio non ab ipſa morbi natura ſed extrinſecus eueniat. 17

Sophiſtarum nugas & deliramenta. De Sophiſtis multis in lo- 18

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 65 sur 567

cis agit.Sed eandem fere,quam hîc ſententiã habet lib. 2.ſimpli. cap.3.his verbis,Sophiſtæ & tẽpus aduleſcentulorum fruſtra terunt,& Sophiſmatis cauilliſque homines ſeducentes eorum ſoluendorum imperitos, falſis eos dogmatis opinionibúſque imbuunt. Et commenta.3. in primũ Epide.Sophiſta vero, inquit, cum de nominibus & ſignificatis contendit,tempus cum ſuum tum aduleſcentulorũ terit.Sophiſtes autem Ciceroni Academi. quæſt.2.is dicitur qui oſtẽtationis aut quęſtus cauſa philoſophatur.Sophiſmata autem contorta & aculeata,fallaces ſeu captioſas concluſiunculas dicit appellari. Etſi autem ex argutiis Sophiſticis, vtpote quæ ad oppugnandam veritatem inaniter excogitentur,nulla ſcientia comparari poteſt, ſunt tamen aduleſcentes etiam à principio iis captionibus aſſuefaciẽdi, vt veram argumentationem à falſa & Sophiſtica queant diſcernere, necnon & Sophiſticos cauillos diſſoluere. quæ ratio mouit Ariſtotelem vt Ẽlenchorum Sophiſticorum lib.conſcriberet.Galenus lib.3.facult.natu.circa medium ſcribit veteres quibuſdam ſuis aſſertionibus diſputationis robur minime adhibuiſſe, quod ne ſuſpicati quidẽ fuiſſent vnquam fore vllos adeò impudentes Sophiſtas,qui rebus euidentibus contradicere conarentur: è iunioribus vero,alios Sophiſmatis quibus victi erant, fidem adhibuiſſe,alios Sophiſmata refellere conatos &c.

19 *At verò omnino, &c.* Difficile factu eſt,inquit,vt quis ſeſe cohibeat ab impetenda,reprehẽdenda & inſectanda illorum nugaci futilitate (id enim eſt,ἀπέχεσθαι τῆς αὐτῶν φλυαρίας) atque adeò factum eſt vt in ſuperioribus in fine ſcilicet capi.1.& 3.ad hos ſcopulos impegerim,& in illis reprehendendis obiter meme occupauerim.

Capitis quinti Summa.

QVænam vtilitas ex differentię dierum agnitione,ad artem Medicam manet, iam inde ab hoc capite ſeſe oſtenſurum profitetur. Ac primum quidem paucis & velut Epilogo ea repetit, quę hactenus dicta ſunt. Deinde vero, quemadmodum antea ſextum cum ſeptimo conferens & vtriuſque naturã ſcrutatus,ſuis tandem vtrumque depinxit coloribus,ita & deinceps reliquorum ab illis ſimili ratione ad viceſimum vſque naturam & vires examinat:tum ordines quoſdam, pro ſingulorum in decernendo virtute,dignitate & excellentia conſtituit, vt intelligi detur,eam morbi ſolutionem quę diebus primi ordinis contingat

tingat,tutiorem eſſe,vtiliorem & magis ex ęgrotãtium vſu,quàm eam, quę diebus ſecundi ordinis cõtingat,& eã item quę ſecundi quàm quę tertij ordinis diebus,& ita deinceps.Ex illa ergo dierum in ordines digeſtione vtilitas & vſus ſine orationis patrocinio, id eſt, ſine nomine Criſeos, è quo Sophiſtę contradicendi anſam arripiunt,ſatis euidenter offenditur.

CAPVT V.

AT 1 verò, fac putes illa exordij mihi inſtar alicuius, extollendæ ſpeculationis gratia eſſe prædicta: vſum verò ipſum & id quod ad artis tractationem conducit,nunc deinceps vniuerſum tractari.Et quod quidem inde vtilitas quæpiam ad artem Medicam manet,etiam ſine appellatione aut nominis impoſitione oſtenditur. Quod autem id verum ſit,non ſtatim apparet, ſed ex ipſarum rerum obſeruatione iudicium & certitudinem expectat. Quare eos ipſos, qui hæc lecturi ſunt,obſecrare peroportunum eſt, vt quemadmodum nos quæ hic ſcripta ſunt, diu admodum obſeruauimus, poſtquam eadem ipſi quoque in ægrotis exploraverint,tum audeant, de dictorum veritate ferre ſententiam,prius autem minime.Rurſum igitur ab ijs dicendi nobis initium faciendum eſt,à quibus in ipſius libri initio incepimus:& quæcunque antè dicta ſunt, ſummatim nobis hic comprehendẽda veniunt, tantum vt memoriã refricemus.Quæcunque verò nondum enarrauimus, ea fuſa ſunt nobis oratione explicanda.Hæc quidem dicta ſunt: 2 Morborum ſolutiones quæ ſubito fiunt, excretionem quandam vel abſceſſum inſignem & conſpicuum requirere.Dierum naturas in quibus illæ fiunt eſſe differentes. Etenim ſeptimum quidem & frequenter ſoluere,& perfectè, & cum fide,ſalubriter,ſine periculo,clarè,& cum præcedentibus inditijs.Sextum verò frequenter quidem & ipſum,ſed non perinde ac ſeptimum, cum & pauciores iudicet, & multitudine eorum quos iudicat,longe abſit à ſeptimo, & ſolutionis modo plurimum etiam differat.Neque enim bonas ſalubréſque ipſas eſſe, verũ magnam partem malignas: & ſi bonas, ne omnino quidem eſſe perfectas. Imò neque ſi perfectas, ſtatim etiam & fidas:quod nonnun-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 67 sur 567

quam morbus, licet planè ſolutus eſſe videatur, reuertatur. Quin etiam hoc quoque dictum eſt, Sexti diei maximè eſſe proprium, vt cum periculo & obſcure iudicet. At tamen Criſis ſine ſignis non ita ſexti diei propria eſt. Sed quartus, vt & ſeptimi, ipſius quoque eſt iudex. Hæc igitur dicta ſunt. Iam quæ reliqua ſunt, iis adijciantur. 3 Septimi naturam decimus quartus imprimis imitatur: proximi his ſunt, nonus, vndecimus, & viceſimus. Proximè hos verò demus ſeptimus & quintus, poſt hos quartus: quem ſequuntur tertius & decimus octauus. At ſexti naturam nullius exactè aliorum dierum imitatus eſt. Quod ſi verò aliquando in octauum diem vel decimum ſubita morbi ſolutio incidat, ſimilis ferè ei eſt, quæ ſexto accidit. Verùm in his rarò ſoluitur morbus, & nec fidè, nec benè, nec perfectè, ſed & præter hæc obſcurè ſimul & citra diei prænuntij notas: vnde ipſi alterius eſſe naturæ à ſupradictis deprehenduntur. Vt autem in iis diebus morbus ſubito non ſoluitur, ita neque in iis quos recenſebimus, duodecimo, inquam, decimo ſexto & decimo nono. Medius quodammodo inter hos ordines, quos iam recitauimus, ordinem dico dierum planè ſubitò non ſoluentium, puta octaui, decimi, duodecimi, decimi ſexti, decimi noni: & eorum dierum, quos ſoluere diximus, puta tertij, quarti, quinti, ſexti, ſeptimi, noni, vndecimi, decimi quarti, decimi ſeptimi, decimi octaui, & viceſimi, decimus tertius maxime mihi videtur eſſe collocatus: nec ſcilicet ita vilis & abiectus, quàm ſunt ij qui ſecundo ordine continentur: nec ita rurſum ſoluere morbos natus, quàm ſunt ij qui primo aſcribuntur. Huiuſmodi quædam dictorum dierum ad viceſimum vſque differentia eſt. Reliquas ordine deinceps percurram, vbi primum hoc quod paulò antè promiſi, in memoriam reuocaro. Nam quicquid ad operum artis tractationem conducit, longo ad inuentionem eget tempore, breuiſſimo, ad diſciplinam. Quicquid præter hoc eſt aliud, id totum vel ſophiſtarum deliramentum eſt, vel aduerſus 4 ipſos controuerſa reſponſio, deliramentum ſanè & ipſa exiſtens. Præſtaret enim ipſos deſpectui neglectuique habere. Sed tamen propter iuuenes qui aliquando cauillis ſophiſticis abs

ratioci

ratiocinatione naturali abalienantur, neceſſario locum habet. Iam itaque quod propoſitum erat apertè demonſtratum eſt 5: nempe quòd ſine nominibus his iudicari, iudicatum eſſe, iudicium decretorium, dierum differentias explicaui: non ratione quadam abſtruſa, vel abditarum rerum dogmate eas introducens, verùm ipſarum ſpeculationem ex ſola diuturna experientia colligens. Porrò quicunque hac omiſſa, vel quomodo Criſim definire oporteat, vel quid cauſæ ſit quamobrem non æquè in vniuerſis prædictis diebus Criſes fiant, inquiret, is certè ſophiſtis contradicendi anſam præbebit, qui eiuſmodi dictis cum contradicunt, rem ipſam ſubuertere ſeſe arbitrãtur, haud alio modo quàm 6 ſi quis videndi cauſis, quas Philoſophi aſſignant, contradicendo, viſum ſe quoque ſuſtuliſſe credat: vel ſi quis de motu quod dicat non habeat, vel etiam de loco, tempore, generatione, corruptione, ambigat, vnà cum verbis res ſe quoque ſuſtuliſſe putet. 7 Haud illis diſſimilis eſt in Criſim & dies Criticos ſophiſtarum dicendi vis & facultas, qui euidens ipſum & id quod apparet, immutare non poſſunt, at ſignificata tranſponunt, & ad definitiones quaſdam reclamant: ac tandem de numerorum natura placita conuellunt: verùm quæ nuper à nobis tradita eſt præceptio ac diſciplina, nihil horum attigit, ſed vtilitatem ipſam, vſúmque breuiter edocet. 8 Cæterùm eadem via & ratione pari dierum, qui poſt viceſimum ſunt, differentias compendio percurriſſem, niſi quæſtio quædam neceſſaria obſtitiſſet, quæ & ipſa 9 Empiricis, qui nihil aliud quàm quod euidenter apparet, recipiunt, perſpecta planè eſt & cognita, non tamen ijs qui tum primum arti ſe dedunt, & eandem excolunt.

AT verò fac putes &c. Inſtitutum Galeni & præcipuus eius ſcopus eſt, in his duobus primis Commentariis dierum differentias ad artem neceſſarias explicare. In tertio, earum cauſas, vt Comment. 4. in Aphoriſ. 36. Quoniam autem eum præcipuum ſui inſtituti ſcopum vixdum adhuc attigit hactenus, ideò id ſibi dari nunc poſtulat: vt quæ ante dicta ſunt omnia pro exordio habeantur, exiſtimentúrque. 1

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 69 sur 567

huic operi,theoriæ magis celebrandæ gratia, quàm quòd ad inſtitutum faciant,eſſe præpoſita,aut alia ratione quàm ab oratoribus exordium cauſis,auditoris magis quàm cauſæ gratia,ſolet adaptari.

2 *Morborum ſolutiones &c.* Hæc tibi eſt anacephaleoſis illa,cuius ego in ipſo ſtatim primi capitis huius Commen. initio feci mentionem in dictione Ἀφνᾶς, pro qua hic ἐπιφανᾶς ſubſtituit. Sic enim hic ſcribit: εἰρὶζ μὲν δὴ πᾶσι, τὰς λύσεις τῶν νοσημάτων ὅσαι ἀθρόαι γίνονται δηλῶν τινὸς ἐκκρίσεως ἢ ἀποστάσεως ἐπιφανᾶς. qua dictione etiam vſus eſt ante in fine cap.2. his verbis: Ἀφανῆ δὲ τὴν χωρὶς ἐκκρίσεως ἢ τινὸς ἀποστάσεως ἐπιφανᾶς. & tribus ferè lineis poſt eundem locum ἀποστάσεως φανερᾶς dicit, vt φανερὸς, ἐπιφανὸς, ἀφανὸς eodem ſignificatu dicantur. Porrò pro εἰρὶζ legendum putem ἔριτ.

3 *Septimi naturam &c.* Duplicem hic tibi dierum ordinem facit Galenus,vnum quidem eorum qui benè,perfectè, & ſubitò decernunt. Alterum eorum qui malè,imperfectè, non ſubitò. Sed primum ordinem rurſum ſubdiuidit in dies præcipuos, minus præcipuos,& item minus;vt ſubiecta figura clarius oſtendet.

Vt plurimum decernunt benè, perfectè, frequenter,ſubitò &c.	Præcipuè	7.	14.	
	His minus	9.	11.	20.
	His item minus	5.	17.	
	His rurſum minus	4.		
	His itē adhuc minus	3.	18.	
Decernunt malè,imperfectè,non ſubitò &c.	Frequenter	6		
	Rarò	8. 10. 12. 16. 19		

Horum tamen duorum ordinum decimuſtertius medium tenere videtur,& vtriuſq; ordinis naturæ eſſe particeps. Quod ad decimum attinet,Galen.in capit.12.lib.3.Progno. eum haud quaquam decretorium eſſe notat. Tertiū verò & nonū decretorios quidē eſſe,nō per quaternarias aut ſeptenarias periodos, ſed ea ratione quòd intercidant. Et de his dierum ordinibus nonnihil dixit ante in fine cap.3. Cæterùm in tertio ordine primi ordinis

dinis,quinto decimumſeptimũ debes adiungere:nõ cum Guinterio,aut vetere interprete decimumtertiũ:cùm Græci codices habeãt:καὶ ταύταις ἐγγὺς ιζ̅. ἢ ε. καὶ μετὰ ταύτας ἡ τετάρτη. Et fidẽ facit maiorẽ Epilogus qui mox ſequitur,in quo cũ vtriuſq; ordinis dies repetit,decimũſeptimũ adſcribit his verbis:μεταξὺ ἢ ὡς τότε τὸ ῥόιχθ τὸ νῦν εἰρημένου παντὸς τὸ μὴ λυουσῶν ἀθρόως ἡμερῶν. τὸ ὀγδόης λέγω καὶ τὸ δεκάτης καὶ τὸ δωδεκάτης καὶ. τὸ ἑξκαιδεκάτης καὶ τὸ ἐννεακαιδεκάτης: καὶ τὸ πρόδηλον εἰρημένου τῶν λυουσῶν, τὸ τε τρίτης, καὶ τετάρτης καὶ πέμπτης καὶ ἕκτης καὶ ἑβδόμης καὶ ἐνάτης καὶ ἑνδεκάτης καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτης καὶ ἑπτακαιδεκάτης καὶ ὀκτωκαιδεκάτης καὶ εἰκοστῆς ἡ τρικαιδεκάτη μάλιστα μοι φαίνεται τετάχθαι. &c. Huc accedit quòd decimumtertium vtriuſq; illius ordinis medium facit,illíque velut proprium ordinem aſsignat. Ad viceſimum ergo vſque diem dierum inter ſe differẽtiam percurrit:reliquas à viceſimo differentias ſe percurſurum pollicens, vbi id in memoriã ſuggeſſerit, quod paulò antè in ipſo ſcilicet ſtatim huius capitis initio ſe effecturum recepit:nimirum re ipſa potius quàm verbis demonſtraturum id quod ad artis opera cõduceret,quod & ipſum præſtitit cùm ordines dierum conſtituit, quibus in decernendo differentia agnoſceretur. Eadem quæ hic habet Aegineta cap.6.lib.2.

Vel aduerſus hos controuerſa reſponſio. ἢ πρὸς τούτους ἀντιλογία. Antilogia,id eſt, obiectorum à Sophiſtis confutatio, ſeu ſi mauis, aduerſaria ad ipſorum obiecta reſponſio neceſſaria eſt, inquit, ne iuuenes falſis Sophiſtarum argumentationibus illaqueati, eorúmque argutijs decepti, ineſcatique rectam & veram argumentandi rationem deſerant,& ad falſam deficiant. Hæc ratio ſæpe mouit Galenum, vt multis in locis in Sophiſtas ageret: ſicuti & ipſe teſtatur lib.1.Natura.facul.Cùm inquit,Neque enim nos ſinunt Sophiſtæ dignas oratione dubitationes, quanquam plurimæ ſunt,aggredi: ſed in ſoluendis ijs quæ proponunt Sophiſmatis tempus noſtrum terere cogunt. Huc pertinent quæ in fine ſuperioris capitis de ijſdem Sophiſtis diximus.Cæterùm Antilogiæ multa extant paſsim apud Galenum exempla: ſed inter alias duæ celebres ſunt lib.de Facul. Natu. primo. Vna & prima, cùm Aſclepiadis abſurdam de vrinæ in veſicam deductione opinionem refellit.Altera cùm Epicurum tractricem facultatem negantem, ſed eam vim atomis attribuentem repre- 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 71 sur 567

hendit. Galenus etiam ἀνλλογικὸν ἄνδρα appoſito epitheto Sophiſtam vocat,& controuerſum hominẽ,omnia etiam quæ certa ſunt in controuerſiam rapientem libr.3.Criſe.cap.8.Et libr.2. de feb.diff.ἀνλλογικὸν λόγον vocat,ϛοφισμάτων ἐπιλυτικὸν,cui ἐπισημονικὸν ἢ διδασκαλικὸν opponit, his verbis: ἔυτε γὰρ ἀνλλογικὸν ἔτε ϛοφισμάτων ἐπιλυτικὸν γνεσησάμην τόνδε τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπισημονικὸν καὶ διδασκαλικὸν.

5 *Nempe quod ſine nominibus his iudicari,iudicatum eſſe &c.* Græca ſic habent:ὡς καὶ χωρὶς τῶν ὀνομάτων τότε κρίνεσθαι, νῦ κεκρίνεσθαι, νῦ κρίσεως καὶ κρισίμου τῆς διήγησιν ἐποισάμην,&c.hic χωρὶς τῶν ὀνομάτων dicit,quod initio capitis dixit,χωρὶς συνηγορίας.

6 *Si quis videndi cauſis &c.* De hoc diximus initio adnotationũ in caput 3.huius.Cæterùm viſio actio eſt ſeu actiuus, qui in inſtanti fit, oculi motus. Cauſa autem ſeu facultas abs qua hæc actio procedit, eſt ſpiritus animalis purus & lucidus,per neruorum opticorum à cerebro in eum vſum productorum cauitatẽ manifeſtam, in humorem chryſtallinum (qui primum eſt, & præcipuum videndi inſtrumentum) & inde foras per radium viſiuum(cuius conus in oculo, baſis in re viſa eſt) in obiectum viſibile,per medium diaphanum emiſſus. Spiritus autem ille nobis connatus, mens etiam Lactantio dicitur cap. 8. libri de opificio Dei,quo loco dicit mentem per oculos ea quæ ſunt oppoſita tranſpicere, quaſi per feneſtras lucente vitro aut ſpeculari lapide obductas.Is ſpiritus mihi cum Virgilio igneus & ſpiritalis vigor commodè dici poſſe videtur, haberéque tantam cum aëre externo puro, luminéque corporis alicuius lucidi illuſtrato affinitatem ſocietatémque, vt ſymboliſantes ambo amicè ita conſpirent, vt neuter per ſe ſine alterius opẽ ſufficiens ſit ad viſionem efficiendam. Neque enim aër quamlibet luminoſus per ſe res viſibiles videt aut percipit:ſicut item eaſdem oculus ſiue radius viſiuus, niſi concurrente & operam mutuam præſtante aëre externo luminoſo, cùm in tenebris nihil quicquam, & ſi apertos oculos teneamus,cernamus: purum ergo, pellucidum, nec vlla re denſa interceptum ſpiritum viſorium internum, ſicuti & aërem externum medium præter hæc, luminoſo etiam corpore illuſtratum eſſe oportet:ſiquidem alterutro alicunde turbulẽto reddito & tenebricoſo,viſionem quoque impediri &

turb

turbari neceſſum eſt. An verò viſio fiat extramittendo, vt cum Platone ſentit loco prædicto Lactantius. An verò intromittendo, vt Epicurus, Ariſtoteles & reliqui Peripatetici cenſent. An verò per σωμάφλαρ id eſt, corradiationem, ſeu ſi mauis, per concurſum radiorum in medium ſpatium coeuntium huic ab oculo, illinc à re viſa, ſeu ab obiecto propulſante & perferente per refractionem ſpeciem rei viſæ in oculum, philoſophis conſiderandum relinquo. Sed de cernendi natura plura vide apud Ariſtot. cap. 2. de ſenſu & ſenſato: & apud Gell. lib. 5. cap. 16. Cęterùm de loco, tempore, motu, generatione & corruptione principiis rerum naturaliũ annexis, pluribus agit Ariſtoteles totis 8. Phyſicorum libris.

Haud illis diſſimilis eſt &c. Quia Sophiſtæ, inquit, id quod euidens eſt & manifeſtum negare non poſſunt, puta alios dies perfectè, abſolutè, benè &c. morbos iudicare, alios contra, ad nominum ſignificationes & definitiones confugiunt. Et cum quis hoc eſſe Criſim dicit, illi contradicendi ſtudio aliud eſſe dicunt. Sicut cum quis hunc illum diem, vt verbi gratia viceſimum in decernendo virtute pollere dicit. Illi alium vt verbi gratia, viceſimum primum dicunt. Sic medicorum placita de numerorum natura conuellunt. 7

Cęterùm eadem via & ratione, &c. Græcus Aſulanij codex habet, ὡσαύτως δ' αὖ καὶ ἀπὸ παχέων ἐμνημόνευσα. malè Baſilienſis, ἐμύνυσα, legit, putem tamen emendandum vtrunque codicem & legendum μνημονεύσαιμι potentiali modo. 8

Empiricis qui nihil. Empirici, vt etiam Gale. docet libro primo, Faculta. natura. rationem negabant, ſenſus recipiebant. Horum neutrum Aſclepiades. Et libro primo Metho. Empirici, inquit, apparere ea dicunt, quæ ſub ſenſum cadunt. Ex quibus locis apparet hunc locum in Græcis codicibus eſſe corruptum. Sic enim habent, οἱ μὲν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὁρμώμενοι καὶ μηδὲν τοῖς φύσει φαινομένοις προσδοξάζοντες, &c. cum tamen legendum ſit, καὶ μηδὲν ἄλλο ἢ τοῖς φύσει φαινομένοις, &c. Cui lectioni ſubſcribit vetus interpres, qui ſic hunc locum conuertit, Qui cautionem medicinæ habent experientia, & non recipiunt aliquid, niſi quod apparet ſenſui: vide quę de Empiricis etiam diximus ex Corne. 9

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 73 sur 567

Celso in fine cap.7.lib.2. Posis tamen & hunc locum de iis qui longa experientia in permultis ægrotis dies Criticos obseruarint,intelligere quibus opponit tyrones rudes in arte & experiẽtia sese tum primum mancipantes.Dicit autem tractationem de morbi principio illis perspectã esse & cognitã,vt pote qui sciant ipsum ab eo die esse desumendum,quo quis febricitare incipiẽs decubuerit,sed non item his qui ad experientiam tum primùm animum adiungunt:proinde capi.7.proximo tyrones in principij & diei Critici præcognitione exercet.

Similiter & dierum post vicesimum. Dierum post vicesimum differentias percurret proximo capite nono.

Capitis sexti Summa.

GAlenus dierum differentias hactenus ad vicesimum vsque percurrit,reliquas à vicesimo eodem ordine percursurus,nisi alia,vt ipse inquit,mage necessaria quæstio occurrisset. Quæstio autem ea est de morbi principio.Nam quia de die Critico imò ne de ipsorum quidem dierum numero constare potest,nisi prius de morbi constet principio, (quomodo enim diem hunc tertium,quartum,quintum,septimum aut vndecimum esse dicas,si vnde faciendum sit numerandi initium,ignores?)Iccirco se de eo morbi dico principio,quasi per digressionẽ à proposito,tractaturum recipit. In eóque capita tria sextum,septimum, & octauum impendit,ac demum capite nono redit ad propositum.

CAPVT VI.

QVAESTIO *autem eiusmodi est quæ vestigat & querit, quódnam tandem morborum sit principium. Nam & permulti eorum qui ægrotaturi sunt,vigilant,& cibos fastidiunt,capitis grauitatem sentiunt, segnésques & ad motum pigri fiunt,toto corpore lassitudinem sentiunt:& id genus sexcenta perpetiuntur. Eáque primùm ipsos inuadunt remisse, augentur verò paulatim magis magísque, ipsis interea etiam obambulantibus & consueta munia obeuntibus: vbi vero à morbo primum victi oppressíque fuerint, tum decumbunt. Quódnam igitur morbo principium assignare opporteat, difficile esse videtur iudicare.Nam exactè primum principium ferè est insensibile*

ſenſibile. At eius temporis quo ægrotus decubuit, principium decubitus quidem eſſe poteſt, ſed non tamen morbi principium. 2 Etenim vel quia nonnulli robuſtiores ſunt, & morbum facilius tolerantes, vel quia in ciuili aliquo negotio occupati ſunt, aut etiam longam viam confecerunt, aut procul abſunt abs ſedibus domeſticis, ob has certè & alias eiuſmodi cauſas nondum poteſt quiſpiam decubuiſſe, at malè tamen eſſe affectus. Contrà, mollis quiſpiam animo, imbecillis, timidus, & leui de cauſa ſuſpitioſus ſtatim decumbit: vtrius igitur horum decubitum, principium morbi exiſtimare oporteat, non facilè quis deprehẽdet. Atqui ſi neque primum exactè principium pro vero principio licet aſſumere, imò ſi neque etiam decubitum, morbi principium ponere rationi conſentaneum eſt, conſtat ſanè nullum aliud tempus quàm quod eſt vel antè vel poſt decubitum morbi principium eſſe conſtituendum. Atenim omnia quæ ſunt ante decubitum, tempora perperam aſſumentur pro morbi principio, cum ipſum primum principium non deprehendatur. Quæ verò item decubitum ſequuntur tempora, multo iniquius, ſi neque huius tempus morbi principium eſt. Huiuſmodi quidem ſunt addubitationes, at ipſarum ſolutiones variæ. Prima & maxima hæc eſt, Quòd ſcilicet multi morbi de-repente inuadunt, vel vnà cum rigore, vel dolore vehementi, nullo planè ſenſibili præcedente ipſos ſymptomate. Et ego morbis aliis quorum obſcura ſunt principia valere iuſſis, decretoriorum dierum experientiam in manifeſtiſſimis colligo. Quippe & cœnatos pleroſque faciléque ſe ad cibum habentes, & exercitatos & lotos de re-pente morbus corripuit, vt & Hippocrates quoque de multis ægris ſcriptum reliquit. Et quemadmodum inquam, ipſemet de aliis ægrotis contra ſcribere conſueuit, quòd ſcilicet priuſquam ægrotare inciperent, etiam erecti & ſtantes grauius habebant. Atqui cum hoc ipſum dicimus [priuſquam ſcilicet ægrotare inciperent] imprudentes veritatem confitemur. Nam in illis ægris tempus illud morbi principium exiſtimandum eſt, cum manifeſtò febricitare incipientes decubuerint. 3 Non enim idem eſt, capitis dolor, & febris, ſicuti nec

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 75 sur 567

insomnia, cibi fastidium, totius corporis grauitas & lassitudinis sensus, verùm vnunquodque diuersum quid à febre existens, febrim denunciat. Tu igitur Sophista mentem his adhibe. Febris verò inuadens ac potissimum acuta neque nos neque idiotam quemquam latere potest, sed finge, si voles, latere quoque. Mirarer profectò si horâ diutius ægrotantem quamlibet saxeum, stupidum & sensus expertem lateret. Statuatur ergo inuasisse hora decima: sit autem verum principiũ, non quod hora decima, sed nona fuerit. quid hoc ad dies Decretorios? Admodum igitur vt vides, eò res Medicæ pereunt & periclitantur, quòd ægrotantium nonnullos hora vna latuit. Sane quemadmodum Medicorum omnium diligentissimus Hippocrates vniuersa hæc cum obseruasset, memoriæ prodidit quòd quamplurimi de-repente nullo antea oborto sibi symptomate, nonnulli vero stantes, & recti grauius habentes febricitare inceperunt, ita & Crises manare & proficisci ab eo primo die quo febricitauit homo, non ab illo quo caput indoluit, vel quippiam eiusmodi passus est, obseruauit. Nam & ab eiusmodi principiis Medici dierum Decretoriorum experientiam colligunt. Verùm si tu ratione contemplabilia principia voles considerare. Forsan ἀεπαθέας, id est, inualetudinis perpetuæ præceptũ attinges. Sed Asclepiadarum Medicina non est eiusmodi. Ratione siquidem contemplatorias febres, neque illi dignoscere neque curare dignati sunt. At sensibiles & manifestæ, potissimum cum acutæ fuerint (in quibus scilicet vel maximè dierum Decretoriorum consideratio necessaria est) neque idiotam quempiam neque Medicum latere possunt. Quid iam vis amplius? vtrum ex his qui de-repente decubuerunt, obseruationem colligere, an ex his qui recti & consueta munia obeuntes grauius habuerunt? Hippocrates sanequidem cum ex vtriusque obseruationem collegisset, ex ambobus eosdem decretorios esse pronunciauit, non vbi primùm quis caput indoluit, sed cum primùm febricitauit, principium morbi statuens. Idem & quisque eorum facit, quibus ars curæ est, 4 non sermones falsi probabiliter contexti. Sanè morborum principium iam omnino Medicis

dicis perſpectum cognitúmque eſt. Quòd ſi quis ſe ab hac appellatione eximit, necdum ſibi ita eſſe perſuadet, ac inſuper nugari non ſolum nos, ſed & Hippocratem, Dioclem, & reliquos quorum paulò antè mentionem feci, exiſtimat, is victoriam Cadmeam vincat.

QVæſtio autem eiuſmodi eſt &c. Politiores Latini interpretes & temporis beneficio humaniores veterem tẽporis iniuria incultiorem inſecuti, libros Galeni perpetua oratione conſcriptos memoriæ credo iuuandæ gratia, in capita digeſſerunt, atque huic ſexto initium vnde & ipſe feci, fecerunt: cùm tamen commodius multò, paulò altius caput incohare potuiſſent, nempe ab eo loco qui fini præcedentis capitis quinti adſcriptus eſt, & ſic habet, ὡσαύτως δ' αὖ καὶ δι' ὰ παχέων μνημονεύσαιμι τὰς μετὰ τὴν εἰκοσήμερον διαφορὰς, ἐὰ μή τις γε καθέξειν ἀναγκαῖος λόγος &c. quod & animaduertens Baſilienſis typographus, qui in excuſis Græcis Galeni libris interuallum quoddam inſtar lacunę ſcriptura vacuum relinquere ſolitus eſt, ad ea loca, vnde Latini interpretes capita ſua incohare ſolent, indicanda. Lacunam etiam ſeu interuallum eo ipſo, quem modo citaui è fine quinti capitis loco, non eo vnde incohaui caput hoc, reliquit: vt intelligi detur ipſum exiſtimaſſe caput hoc ſextum commodius inde incohari potuiſſe. Hęc res fortaſſe in cauſa fuit, vt Guinterius, vir alioqui doctus, hîc hęreret, & malè hunc locum ita cõuerteret. Cæterùm eſt aliquis hic qui roget, quod tandem morborum principium? Græca ſic habent: Ἐσὶ δ' ὅτε τὸν ζητῶν ἢ τις πόθεν τῶν νοσημάτων ἡ ἀρχὴ. Dictio, ὅτε, virum illum bonum fefellit, quæ refert dictionem, λόγος, poſitam in ea litera quam modo è fine capitis quinti huc tranſferri debere dixi. Porrò quoniam principium variè dicitur & intelligitur, exiſtimantibus ſcilicet nonnullis exactè primũ principium (Galenus hic τὴν ἀκριβῶς ἀρχὴν, ἢ τὴν λόγῳ θεωρητὴν καὶ ἀναισθήτου vocat) & illud veluti inſtans quo quis vel rigere, vel inſomnia premi, cibos auerſari & faſtidire, caput dolere, aut ita quomodolibet affici incepit, pro morbi principio eſſe ſumendũ. Alijs verò latitudinem etiam quandam ipſi aſsignantibus, & totum id tempus quod ab illo inſtanti ad decubitum vſque intercedit, principium vocantibus, quo ſcilicet tempore toto prædi- 1

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 77 sur 567

cta omnia ſymptomata mediocria ſenſim ingraueſcunt, affectis tamen taliter rectis & obambulantibus: nonnullis verò contra totum id tempus, quod decubitum præceſsit, negligentibus, ſed decubitum ipſum principij nomine dignantibus atque ita diuiſis ſententijs nomen principij in dubium reuocãtibus, & de eius notione controuerſiam mouentibus. Iccirco Galenus id ſibi dubij prius eſſe ſoluendum ait, quàm inſtitutum perſequatur, & dierum poſt viceſimum differentias percurrat. Obortam verò de eiuſmodi principij notitia controuerſiam ita dirimit: primũ vt neget exactè primum principium, morbi principium eſſe ſtatuendum, cùm id imperceptibile ſit, inſenſibile & latitudinis expers, & quâ tale in conſiderationem venire nõ debere: tum deinde pari ratione refellit eorum opinionem qui decubitum morbi eſſe principium dicebant, aſtruens id tempus, decubitus potius quàm morbi eſſe principium: maximè cùm fiat aliquãdo vt delicatus quiſpiam & ſuſpicioſus prius multo decumbat, quàm ægrotet. Sicut contra vt occupatior aliquis, auarior aut etiam ſemotior abs ſuis, diutius antè ægrotet quàm decumbat. Sic cũ neque principium illud imperceptibile, neque etiam decubitus ipſe morbi principium ſit relinquitur, vt tempus ante vel poſt decubitum pro morbi principio aſſumendum ſit. At iniquè, inquit, & temerè aſſumat quiſpiam tempus ante decubitum pro morbi principio, cùm ipſum primũ principiũ nuſquã deprehendatur. Imò cùm ipſum exactè principiũ & veluti inſtãs pro morbi principio non admittatur, ſed reijciatur & negligatur. Et verò iniquius etiam quis pro morbi principio tempus poſt decubitum aſſumat, cùm ne decubitus quidem ipſe morbi principiũ ſit. Atque hæc ſunt, inquit Galenus, quæ oboriuntur de morbi principio dubia, quæ & ſi multis modis ſolui diluíque poſſunt, prima tamẽ & præcipua ſolutio hæc eſt, quòd ſcilicet multi morbi (& qui ægrotant tem etiam ſi locus, tempus & occaſio ſinant, cogant decumbere) de-repente inuadant, nullo præcedẽte ipſos ſenſibili ſymptomate, quod tempus morbi principium ſit, vtpote quod non imperceptibilem & obſcuram, ſed manifeſtam & ſenſu perceptibilem noxam adferat. Et quidem quod ad me attinet, inquit, non ſoleo ego dies Decretorios examinare aliter, quàm ab ipſo ſenſibili & manifeſto principio ipſos numerandi rationem iniens: valere interea iuſsis & pro morbi principio reiectis, imperceptibili illo & latitudine carente: ipſo etiam decu-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 78 sur 567

bitu, & item temporibus ipsum decubitum vel præcedentibus vel subsequentibus. Id Hippocratem imitatus facio, qui cœnatos quosdam & bene se ad cibum habentes, exercitatos & lotos de-repente morbo correptos fuisse scribit, hoc autem est, vt ego interpretor, ægrotare vehementer, atque adeò decumbere incepisse. Neque enim νοσοῦντας, id est, morbo correptos, sed νυχλοῦντας ὀρθωστάδην eos dicere solet Hippocrates, qui erecti & stantes vel sine vel saltem cum leui febricula, grauius habeant. Galenus ergo ex Hippocratis doctrina id tempus morbi principium esse dicit, quo febris adeò ἄκρως, id est, insigniter facultates lædit, vt homo non amplius rectus stare possit, sed coactus decumbat, si per locum, tempus & occasionē id ei facere liceat. Et abs tali principio docet medicos omnes, qui verè medici sint, non triuiales quidam Empirici, dierum Decretoriorum experientiam colligere. Quin addit etiam, Hippocratem diligentem adeò in artis tractatione fuisse, vt & in ijs qui recti grauius habebāt, & in illis etiam qui de-repente febricitare insigniter & iacere inceperant, dies Decretorios obseruarit: sed deprehendisse tamen Crises pendere ab eo die quo quis febricitare insigniter atque adeò decumbere: non autem ab eo quo grauius habere cœpisset. Quod si verò quis velit etiam morbi principium venari & obseruare in obscuris & insensibilibus morbis (sic vocat eos qui vix & actionē lædāt, & morbi nomine digni sint, sed per quos sanis nobis esse licet) næ is, inquit, prope ad ἀσπαθείαν accedere, & haud procul ab eorū opinione abesse videbitur, qui ἀσπαθείαν amplexati dicunt nos aduersa perpetuò valetudine laborare. Nam vt illi morbos ita isti principium morbi imaginatione potius concipiunt, quàm vllo sensu percipiunt. Est autē ἀσπαθεία perpetua inualetudo, seu nunquàm deficiens affectio, quam ij introducunt, qui omnes homines vrgentibus morbis perpetuò premi dicere malunt, quàm satis amplam latitudinem sanitati tribuere, id est, qui sanitatem solam eam esse dicunt, quę optima sit, inculpata, & omnibus numeris absoluta, in corpore scilicet quod ex æquo omnium quatuor elementorum sit particeps. ἀσπαθείας meminit Gale. Tempera. 3. artis paruæ initio, & libr. 1. Sanitat. tuendæ. Cæterùm Hippocrates Erasinum qui octauus est Constit. 3 lib. primi Epide. à cœna igne correptum fuisse commemorat. Pythiona, qui primus est Constitutione prima, lib. 3. Epid. primo die tremore manuum cum febre acuta ve-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 79 sur 567

xatum. Phreneticum item qui ordine quartus eſt Conſtitut. 3. tertij Epid. primo die febre horrida vexatum iacuiſſe. Sicut & Caluum qui ibidē quintus eſt ordine, de repente femoris dextri dolore cum febre acuta præhenſum narrat. Contrà verò Epid. primo ſcribit idem, Multis ad alteram aurem tumores fuiſſe, plurimis ad vtranque, ſine febre & rectis, quo loco Galenus ὀρθοστάδην ἀνθρώπους φοχλεισθῆ interpretatur, ita tumoribus fuiſſe correptos, vt ne tamen, velut fieri aſſolet in vehementibus morbis decumberent: ſed ſtantes & recti obambularent, conſuetáque munia obirent. Et ibidem: In Aeſtatę, inquit, & Autumno, Lienteriæ, dyſenterię, tineſmi, diarrhœę. & ſequitur, Fiebāt autem hęc multis rectis & febre carentibus. & Conſtitu. prima tertij Epid. Eum qui in Dealcis horto iacebat (hìc tertius eſt ordine) diu grauitate capitis affectum dextróque tempore dolentem, cum occaſione igne præhenſum fuiſſe & iacuiſſe ſcribit. Sicut & Apollonium quoque in Abderis qui decimuſtertius eſt Conſtit. 3. Epid. 3.

2 Εἰ μήν γε καὶ μελανκόλις τις ἦν γνώμην. Sic quidem legit Venetianus codex. Baſilienſis verò, καὶ μήν γε καὶ, & meo quidem iudicio melius ſicut paulò pòſt. Venetia. habet: τὰς πολλὰς νόσους ἀφάνης εἰσβάλλει, cùm tamen ex Baſilien. εἰσβάλλειν legendum ſit. Et paulò etiam pòſt malè ſic ſcriptum habet Venetianus idem codex, ἀ μὲν δ' ὁ τούτης χρόνος ἀρχὴν τῆ νοσήματος ὑπάρχει, cùm legendum ſit ἀρχὴ nominandi caſu non accuſandi. Baſilienſis verò codex emendandus eſt in eo loco quo ſcribit, ἀλλὰ θαυμάζειν' αὖ εἰ πολύν ὥρας λύσει τὸν κάμνοντα καὶ ἀναδηλότατος ἦ. Nam pro λύσει ſcribendum λήσῃ, variata orthographia, ſenſu ita poſtulante.

3 *Non enim idem eſt capitis dolor & febris.* Nempe dolor capitis laſsitudo totius corporis ſpontanea, cibi faſtidium & cætera id genus nonnunquam προφάσεις ἤτοι μικραὶ ἀφορμαὶ ſunt, id eſt, paruæ cauſæ, vt in paulò antè citata Dealcis hiſtoria. Nonnunquam etiam manifeſtè vt Commen. 1. in 1. Epid. Hæc autem per ſe quidem morbum committere non poſſunt, at dum præexiſtunt, veluti præparatio quædam ſunt ad morbum & indicant affectionem quandam morboſam homini eſſe ingenitam, quò reſpiciens Hippo. dixit: Spontaneæ laſsitudines morbos præ-

nunciant

nunciãt, Apho.5.commẽ.2.De his laſsitudinibus vnde caput 7. libr.2. de ſymptomat. cauſis. De capitis dolore ſiue primario, ſiue per conſenſum vide librũ primũ, ad Glauc. Cęterum ἀγρυπνία, id eſt, inſomnia ſeu vigiliæ fiunt propter partis principis ſenſificæ, id eſt, cerebri caliditatem, quæ vel ab intemperie ſola vel ab humore bilioſo redundante orta ſit, vt commenta.in Aphor.3.ſecundo. Ἀνορεξία verò, quam & ἀποσιτίαν vocari docet Gale.comment.4.in Aphoriſ.17.Latini, cibi faſtidiũ & fruſtratam appetentiam dicunt, ſymptoma eſt omnium humorum mordendi vim habentium, & os ventriculi infeſtantium, vnde ἀνορέκτως καὶ ἀποσίτως cibum auerſantes & faſtidientes dici ſolitos docet etiam Gale.comment.1.in 1.Epid.

Non ſermones falſi probabiliter contexti. Periphraſis eſt Sophiſtarum ſermonibus falſis captioſiſque argutiis veritatem emen tientium, & ſic iuuenes circunuenientium & illaqueantium, de quibus & nos diximus ante in caput 4. 4

Victoriam Cadmeam vincat. Νικάτω νίκην ὅτ' Καδμείαν. Victoriam Cadmeam vincat, id eſt, infeliciter ſeu etiam inutiliter vincat, quaſi dicat, Iam quidem vincat, ſed ita vt turpius poſtea, veritate ſcilicet comperta, vincatur. Notat Suidas Καδμείαν νίκην λέγεσθαι ὧν τῶν κακῶς νικώντων, ἢ ὅτε Θηβαῖοι νικήσαντες, ὕστερον ὧν τῶν ὠνιόνων κτισθέντες, ἢ ὅτε Οἰδίπους τὸ αἴνιγμα λύσας, ἔπαθλον τὴν μητέρα ἔγημε, ὡς δὲ αὐτὸς ὁ τὰ περὶ τῶν Θηβαίων συντάξας, ὅτε Κάδμος ἀνελὼν τὸν τῆς Ἀρείας κρήνην τηροῦντα Δράκοντα ἐθήτευσεν Ἄρει ὀκτὼ ἔτη. ἀποδιδόασι δ' καὶ ὧν τὰ ἀλυσιτέλως νίκης, ἐπεὶ Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνίκης μονομαχήσαντες ἀμφότεροι ἀπολόντο. Ἕτεροι δέ φασιν αὐτὴν λέγεσθαι ὧν τῶν νικώντων μὲν τοὺς πολεμίους, πλείονας δὲ τῶν οἰκείων ἀποβαλόντων. Cadmea ergo victoria infelix & infauſta dicitur, vel quòd victores Thebani poſtea à poſteris eorum quos vicerant, victi ſunt, & ſuæ victoriæ pœnas dederunt, vel quòd Oedipus ſoluto Sphingis ænigmate matrem in præmium duxit vxorem, vel etiam vt vult is qui Thebanorum geſta cõſcripſit, quod cum Cadmus draconẽ qui Areum, id eſt, Martium fontem ſeruabat, interfeciſſet, Marti annos octo inſeruiuiſſet, & referunt etiam ad inutilem victoriam. 5

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 81 sur 567

Capitis ſeptimi Summa.

QVia ſuperiori capite ex Hippocratis doctrina docuit Gale. morbi principium hinc eſſe deſumendum cum quis febricitare incipiens decumbit, iam hoc ipſo Tyronem exercet in pręcognoſcẽdo eo die quo Criſis & quidem firma, futura ſit. Nam vbi de morbi cõſtat principio, perfacile eſt obſeruatis per vnum atque alterum diem horis acceſſionis iudicare in quem diẽ Criſis debeat recidere. Cętera ſuo loco.

CAPVT VII.

MIHI [1] *ſiquidem Sophiſtas iam reprehendere non eſt propoſitum, niſi obiter & perfunctorie. Verùm iis qui veritatis ſunt ſtudioſi cognitionem, quam teneo, impartiri. Proponatur igitur nobis, clarioris doctrinæ gratia, talis quiſpiam ægrotus,* [2] *qui decima dici hora acuta febre conflictari incœperit, in quo ægroto Sophiſtis concedendo ratione conceptum & contemplabile morbi principium perquirere* [3] *ipſi nos ſecundum ipſum diem, an ſcilicet aliquod aliud initium acceſſio altera in ipſo faciat ſenſibile & manifeſtũ obſeruabimus. Deinde eodem modo tertium, vt ſiue tertio quoque die, ſiue etiam quotidie acceſſiones fiant cognoſcamus. Et hoc etiam amplius. An ſcilicet paribus diebus an imparibus vehementius exacerbetur. Eſto verò febris quidem continua. Tertio verò quoque die exacerbationes fiant.* 4 *Et tertio quidem die hora vndecima. Quinto verò, noctis hora prima acceſſionem habeat. Septimo, noctis hora tertia. Semper enim acceſſionem duabus horis tardare fingamus. Itaque nona etiã nocte hora quinta, vndecima verò hora ſeptima fiet acceſſio.* [5] *Sed & huic ægroto ſint etiam alia quidem omnia ſimilia per totum morbi decurſum ab initio ad noctem vſque vndecimam.* [6] *Vndecimo verò die coloratiores ſimul vrinæ reddantur & præterea nubeculam quandam eámque albam neque prius viſam oſtendant. Hic primum non mediocris ſpes eſt, iis qui vere Medici ſunt, morbum decimoquarto die iri ſolutum.* [7] *Sæpe tamen contingit vt ſolutio in dierum ſequentium quempiam excidat. Sed id quónam*

nam pacto fiat commentationis de Criſibus proprium eſt. Ideò in eo opere idipſum tractabitur.

MIHI ſiquidem Sophiſtas, &c. Hinc pendet ſententia. 1
Siquis, inquit, in his quæ de diebus Decretoriis dicimus, nugari non ſolum me, ſed & Hippocratē etiam Dioclem & eiuſmodi præſtantes Medicos arbitratur, is victoriam Cadmeam vincat, tantiſperque victoria fruatur, dum aliàs commodius & oportunius à me vinci poſsit. Nam mihi impręſentiarum propoſitum non eſt, niſi obiter Sophiſtas refellere: quin hic, magis do operam, vt veri cognoſcendi cupidos doceam, & quicquid poſt longam contemplationem experientia deprehēdi ſtudioſis patefaciam, quàm vt in Sophiſtis refutandis plus temporis operæque impendam.

Qui decima dici hora, acuta febre conflictari inceperit, &c. τῇ δε- 2
κάτῃ δ' ἡμέρας ὥρᾳ πυρέτ]ειν ὀξέως ἀρξάμενο&. Febre acuta corripi, ac proinde etiam continua. Nam ſi acutos morbos febres vt plurimum comitantur continuæ, vt initio libri primi Ratio. victus, aut certe acuta febris, ſimul erit etiam & continua. δι γὰρ πυρετοὶ συνεχεῖς, ἀχώρησοι τῷ ὀξέων νοσημάτων, vt ipſe etiam Galen. docet commen. primo, in Aphoriſ. 7. porro hypotheſis hæc ægroti eſt non tam hemitritæo vero, id eſt, ſemitertiana correpti, quàm ea febris ſpecie quæ tertio quidem fit die, ſed altero remittitur, quæ propior eſſe videtur naturæ tertianæ exacerbantis, cuius mentionem facit Gale. commenta. 2. & 3. in primum Epide. vbi eam τριταιοφυῆ vocat. Sed de hoc febrium genere poſtea cap. 8. lib. 3.

Ipſi nos ſecundum diem &c. Haud temerè eſt quod dicit ſe diem 3
ſecundum aut etiam tertiū eſſe obſeruaturum. Simplicem enim affectionem nemo qui (modò perſpicaci ſit ingenio) primo die ex propriis indiciis ignorare poſsit: vt cap. 2. libr. 2. Criſe. Eam verò quæ commiſta eſt, qualis eſt hæc cuius impręſentiarū meminit, non omnibus contingit per initia agnoſcere, quo fit vt abſurdum non ſit ad duplicis affectus meliorem cognitionem duobus opus eſſe diebus, ſicuti & ſi triplex, tribus: vt etiam docet cap. 9. lib. 2. Criſe.

Et tertio quidem die hora vndecima. Ex hoc loco, ſicuti & ex plu- 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 83 sur 567

ribus aliis,colligere licet Galenum,vt diei ita & numeri horarũ initium ab ortu Solis ad eius occaſum,& viciſsim noctis initium ab occaſu Solis ad eiuſdem ortum duxiſſe, eóque horis inæqualibus vſum fuiſſe,nec diem vſurpauiſſe eo quo docet ſignificatu initio lib.9.Metho.Meden.& capitibus 16.lib.1.& 2.lib.2.de Criſib.nimirum pro die naturali,non ſolùm lumen, ſed etiam noctẽ complectente & viginti quatuor horis inter ſe æqualibus conſtante,qua ratione mei Galli diem ſuum partiuntur. Initio tamẽ facto à media nocte.Nõ eo dico ſignificatu vſurpauiſſe, ſed pro die tantùm artificiali ſeu inæquali, nimirum pro eo tẽpore quo Sol motu primi mobilis fertur ſuper noſtrum Horizonta.Sicut & noctem artificialem ſeu inæqualem pro ſpatio quo Sol fertur ſub Horizonte.Et certè cùm dies artificiales ſubinde mutentur, certè horas quæ earum partes ſunt aliquotæ, etiam variari neceſſum eſt.Sic dies quidem naturalis horas vigintiquatuor cõtinet,æquales inter ſe,vtpote quarum ſingulæ minuta ſexaginta contineant,vnde & ἰσημερινὰς,id eſt Aequinoxiales etiam dicuntur Galeno lib.7.& 8.Metho.At diei artificialis ſeu inæqualis horæ καιρικὰι,id eſt, temporales dictæ, interdum plura quàm ſexaginta minuta,vt ab Aequinoctio verno ad Solſtitium. Interdum pauciora vt Aequinoctio Autumnali ad Brumam continẽt,qua ratione Vitruuius Solſtitiales horas dixiſſe videtur in Cancro,omnium longiſsimas.Sicut contrà Brumales in Capricorno,omnium breuiſsimas.Quæ eadem horarum nocturnarũ ratio eſt. In vtroque tamen Aequinoctio,verno dico & Autumnali, horæ inæquales cum æqualibus coincidunt, quòd dies noctibus æquales ſint.Quod autẽ Galenus hic dicit, tertio quidem die hora vndecima,hora vna ante Solis occaſum dicit.Verùm cùm Solis occaſus pro vario anni tempore ſit varius,& hic Galenus de horis inæqualibus loquatur, certè fieri non poteſt, niſi prius de anni tempore conſtet, vt ea hora noſtris horis cõmodè adaptetur. Sed finge ſi placet Aequinoctium alterutrum eſſe, Solémque ingredi Arietem aut Libram, & tertio die hora vndecima inæquali inuadat acceſsio, ea vndecima noſtrę quintæ à meridie reſpondebit.Sicuti ſi Brumam mediam fingis dum Sol eſt in tropico Capricorni: tunc ea vndecima noſtræ tertiæ horæ à meridie reſpondebit.Si Solſtitium æſtiuum fingere lubet dum Sol Cancrum ingreditur, eadem vndecima noſtræ ſeptimæ veſpertinæ reſpondebit.Sic pro vario anni tempore eæ horæ

ræ quibus vtitur Galenus,noſtris & quidem variis adaptantur.

Sed & huic ægroto ſint omnia ſimilia &c. Id eſt,per totum mor- 5
bi decurſum nihil omnino innouari deprehendatur in eo quem nuper finxi ægroto,neque in ſignis Criticis,ſymptomatiſve aut etiam ſignis coctionis vſque ad vndecimum diem.

Vndecimo verò die &c. Quia vndecimus decimiquarti eſt iu- 6
dex:vt Apho.24.Cõmẽ.2.Si ſigna aliqua coctionis in vrinis tũ primũ apparere inceperint,cùm in colore, tũ in corpore ipſius, quam conſiſtentiã dicũt,& ad hęc etiam contentis:ſpes ſanè erit morbũ decimoquarto iri ſolutũ.Et in colore quidem ſigna coctionis apparebunt,ſi cùm antea toto morbi tempore vrinæ eſſent,verbi gratia,albæ eóque crudæ, vndecimo coloratiores:vt puta,pallidæ,ſubruffæ aut ſubflauæ appareant.Nam quæ talem habent colorem iam concoquuntur:vt cap.12.lib.1.Criſ.In corpore verò ipſius ſeu cõſiſtentia vt ſi tenuis anteà cùm eſſet, mediocriter craſſa euadat:vt Comment.in Apho.71.quarto,in cõtentis verò ſi cùm anteà vrinæ ipſæ nulla haberent contenta, eóque cruditatem arguerent, vndecimo tamen tandem nubeculam albam coctionis indicem oſtendant, per νεφέλην autem, id eſt,nubeculam ſiue cum Hippocrate craſsius id quod in vrinis vel medium exquiſite locum occupat, vel deorſum potius quàm ſurſum petit,potes intelligere, vel cum Gale. ὑπεώρημα, id eſt, ſublimamentum ſurſum verſus ſupernatans,quod ipſe propriè νεφέλην ſe appellare docet cap. 6.lib.2.Progn. Nam vtrouis repat conſiſtens in media vrina nubecula alba,bona eſt, ſed melior tamen quæ peſſum it, vt docet Galen. Comment. in prædictum Hippocr.locum. Sed quia fortè in contentorum in vrinis mentionem incidi,haud abs re mihi viſum eſt, eorum differentiam tabella oculis ſubiicere.

Contenta in vrinis occupant aut { medium, imum } & dicũtur: { νεφέλαι Hippocr.2 Prog.cap.6. & ἐπινέφελα ἕξα.Aph.71. Cõment.4. Latinis Nubes aut Nubeculæ,& hæ aut ὑποστάσεις Græcis, Latinis ſedimenta.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 85 sur 567

Medium exquisitè locum tenent
A medio deorsum tendunt { Galeno γνεωφήματα, Latinis sublimamenta.
A medio sursum ἔνεφελα propriè Galeno.

Cæterùm consideratione dignum est quod postquàm Gale. Comment. 4. in Apho. 71. quæsiuit vtrum quarto die nubecula alba conspecta, futuram septimo Crisim indicet, in alio verò quopiam indice, si appareat, non indicet. Respondet sæpe esse visum, Crisim non solùm tribus diebus (dies autem periodorum Criticarum intelligit) sed pluribus indigere, si vndecimo talis nubecula apparuisset, quòd scilicet tardior iudicatio morborum solutionibus aliquid admetiatur & Crises tardiores efficiat. Ita vt cui die septimo apparuisset, is decimoquinto esset iudicatus, & cui decimoquarto, is vicesimo, & cui rursum vndecimo, is decimoseptimo, vel etiam nonnunquam vicesimo fuisset iudicatus.

7 *Sæpe tamen contingit vt solutio &c.* Manifesto aliquo signo coctionis die vndecimo apparente, tum vltra decimumquartum Crisis differtur, cùm præter causam modo dictam, neque morbi magnitudo, neque motus velocitas festinarint, vt in fine cap. 4. lib. 3. Criseon. Et si quidem anni tempus, ætas ægrotantis & quæcunque his proportione respondent, ad frigidius declinauerint, fortè sperandum est morbi solutionem die vicesimo secuturam. Quòd si mixta signa adfuerint & dies decimusquartus coctionem insigniter auxerit, die decimoseptimo Crisis occurret.

IMpræsentiarum de diebus Decretorijs instituta est oratio. Sed enim persequi id par est, cuius gratia exẽplum assumpseram. 8 Esto enim inuadat decimætertiæ noctis accessio 9 hora quotacũque cum rigore. Fit siquidem vt ipsa & 10 horam consuetam præoccupet, & non præoccupet. Vtrunque enim accidit, sed magis tamen alterum nimirum vt præoccupet, cùm scilicet Crisis futura est: esto verò etiam, si placet, 11 molesta & grauis fuerit tota nox decimatertia, quo firmius certiúsque Crisim futuram esse speremus. Fieri enim non potest quin is qui incipiente decimætertiæ noctis accessione ita

ægrot

ægrotauerit,iudicetur. Iam verò vt nihil indefinitum relinquatur, fingamus noctem grauem fuisse. Inuadat autem accessio hora octaua cum vehementi rigore,[12] nulliúmq; aliud ex ijs quæ Crises concomitari solent, adsit symptoma. Sit verò [13] pulsus inordinatus, inæqualis sed motus plures, alti & magni appareant. [14] Talis æger vbi accessio cum rigore inuadẽs vigorem suum recuperarit, sudare statim decretoriè, die videlicet decimoquarto incipit. Sic enim euenit. Decimatertia nocte hora octaua inuadente accessione. Igitur pro euacuationis ratione, facilius iam spiret moueátque sese, pulsus meliores habeat, & ferat facilius: toto quinetiam die per vniuersum corpus æqualiter sudor largus & copiosus manet. Exin ad vesperam in totum febri leuetur. Sanè talis æger tuto iudicatus est, & de-cætero [15] paulatim ipsum recreare cibis metu omni posito, & reficere licet. [16] Nam & dies fida fuit, & omnia signa decretoria concurrerunt. [17] Et quidẽ quòd vndecimo die in vrinis nota quædam decretoria apparuit, signum fuit Criseos, quæ laudabiliter indicata merito nuncupari possit. Quod verò & nox accessionem præcedens grauis fuerit, & accessio cum rigore, pulsuum agitatio decretoria, sudores boni, hac ratione signum fuit Criseos manifestæ meritò nuncupatæ. Quod autem sine periculis horrendis euenerit, eatenus tutæ Criseos signum fuit: vt & etiam perfectæ, quòd febrem perfectè discussérit. Bonæ verò signum fuit, cùm ob prædictam causam, tum quòd sine periculo fuit. Quid igitur restat amplius ad Crisim testimonio confirmandam? Huc mihi iam animũ adhiberi velim, & in eam considerationem veniendum, quòd ea Crisis fida securáque est, & quod nullus subest metus recidiuæ. Vnde hoc compertum habemus? [18] Nempe ex eo quòd singula alia vel vno quopiam, vel duobus, vel pluribus, quæ euenerint, egent: sed non tamen vniuersis. At quo fida sit Crisis omnibus simul collectis & coeuntibus est opus. Quo in numero est etiam diei natura & cõditio. [19] Nam si omnia alia, quæ modo retuli, euenissent: ac in decimumquintum diem Crisis incidisset, ea sanè non perinde secura fuisset. Exquisita igitur fides à die stabilitur & confirmatur. Et

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 87 sur 567

hæc etiam dierum Decretoriorum vtilitas.

8 *ESTO enim inuadat decimætertiæ noctis acceſsio.* Nempe decimatertia nox ſibi locum vẽdicat in iis acutorum acceſsionibus, quæ tertio quoque die exacerbantur, & ægrotum fatigant. Acuti enim imparibus iudicantur. Cum ergo à terio in quintum, ſeptimum, nonum, & vndecimum impares omnes, ægrotum oratione deduxerit, apte poſt hos dies decimumtertium ſubſtituit.

9 *Hora quotacunque cum rigore.* Ex hoc loco ſicuti etiam ex eo qui mox ſequitur, quo ponit acceſsionem inuadere hora octaua cum vehemẽti rigore, manifeſte apparet τριταιοφυῆ febrem, vt ante monui, hic per hypotheſim fingi potius, quam hemitritæum, quod huic horror, qui per plurimam totius acceſsionis partem extendatur. Illi rigor ſit proprius, quẽadmodum & tertianæ exquiſitæ, ad cuius naturam propius accedit. Huc etiã pertinet quod hemitritæus lethalis eſt, & periculoſus, vt commenta. 3. in primũ Epide. & Galen. hic febrem ſalutarem fingit.

10 *Horam conſuetam præoccupet.* Acceſsionẽ prẽoccupare ſeu anticipare, quod Græci προλαμβάνειν dicunt, eſt eam ſolito citius inuadere. Sicut tardare ſeu non anticipare, quod μὴ προλαμβάνειν ἀλλ' ὑστερίζειν dicunt, eſt eam ſolito tardius venire, & de futuro tempore poſterius aliquid occupare. Anticipatio autem morbi, incrementum præindicat, ſi quidem acceſsionum adſit longitudo, morbíque præterea magnitudo & mos concurrant, vt ca. 2. libri primi Criſe. Contra acceſsionis tardatio, declinationem. Porrò verò anticipat tardátve acceſsio, nec eandem periodum ſtatámque horam ſeruat, cum eius cauſa fixa firmatáve minime eſt, quæ & ipſa cauſa eſt, quamobrem iudicatu facilis aut difficilis morbus fiet, vt Aphor. 12. commenta. 1. Cæterum potius anticipat acceſsio cum Criſis futura eſt, quòd morbus ab incremẽto properet ad ſtatum, in quo etiam ſunt vehementiora. Et vero Criſim vel in ſtatu, vel paulò ante ipſum fieri nouimus. vt ca. 6. lib. 3. Criſ.

11 *Moleſta fuerit tota nox decimatertia.* Si moleſta fuerit tota nox decimatertia, Criſim eo certius futuram ſperabimus. Iuxta Apho. 12. cõm. 2. Quibus Criſis fit, nox ante acceſsionẽ grauis eſſe ſolet.

ſolet. Moleſtior autem die nox eſſe ſolet, quòd ſomnus per eam quæ euenit turbationem & natuiæ cum morbo luctam, eo tempore quo nobis eſt dormiendi neceſsitas, interrumpatur.

Nullúmque ex his quæ Criſes concomitari ſolent, adſit ſymptoma. 12
Symptomata quæ Criſes concomitari ſolent, eóque concomitantia dicuntur, ſunt vigiliæ, ferendi difficultas, delirium, ſitis ingens, inquietudo, & cætera id genus, quæ à morbo non ſunt inſeparabilia, neque eius eſſentiam conſtituunt, ſed tantum proprias differentias, cóque cum morbo ſimul interdum inuadunt, interdum ſuperueniunt, nonnunquam vero abſunt. Et hæc de ſua natura ſymptomata proprie & ſunt & dicuntur. Quatenus vero mutationem aliquam adfuturam ſignificant, ſigna etiam Criſima ſolent appellari, vt commentario in Aphoriſm. 12. primo.

Pulſus inordinatus, inæqualis. Non abs re vtrũque coniunxit cũ ἀταξίαν vt plurimum ſequantur anomaliæ, id eſt inæqualitates. Rarò enim pulſum æqualem inordinatum reperias. Porrò pulſus inordinatus eſt, cùm nulla prorſus ſeruatur percuſsionũ periodus. Inæqualis præſertim in motu eſt, cùm arteria modo velocius, modo tardius, modo languidius mouetur. Porrò inęqualem fieri pulſum in pluribus quidem Criſibus, præcipuè tamen in his quæ fiunt non ſine periculo & lucta, multò verò magis cùm bilioſi humores ad ventriculum confluunt ipsúmque grauant & mordent, Galenus docet lib. 3. Criſ. cap. vltimo. Motus autem plures, id eſt celeriores, vehemẽtiores, maiores: totenim ſunt pulſuum à motu differentiæ. Magni ſunt aucti in omnem dimẽſionem qui non paruam indicant offenſionem, ſicut inæquales & inordinati, vires grauatas & preſſas à materiæ copia & inflãmatione: tales autem pulſus paulò pòſt Decretorios vocat. 13

Talis æger vbi acceſsio cum rigore. Subiecta formula partes acceſsionis particularis, quarum ſingulis horas quatuor attribuimus, tibi ponet ob oculos. Eſto ergo ex hypotheſi, aliquis decimatertia nocte hora noctis octaua exacerbante acceſsione febrili corripiatur. Sit verò verbi gratia nox quæ intercedit inter diem dominicam duodecimam Martij & diem Lunæ decimamtertiam eiuſdem, hora illa octaua noctis, nobis erit ſecunda à media no- 14

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 89 sur 567

ctę, quæ ſecundum Galenum ad decimamtertiam noctem pertinet, cum is diem ab ortu Solis incohet, nobis ea ipſa hora ad decimumquartũ refertur, cum diem à media nocte incipiamus. Sed en tibi formula acceſsionis.

Galeni more		Noſtro more		Galeni more		Noſtro more.	
Horæ principij	8	2	à media nocte.	Horæ ſtatus	4	10	Meridies diei Lunæ.
	9	3			5	11	
	10	4			6	12	
	11	5			7	1	
Horæ incrementi	12	6		Horæ declinationis	8	2	
	1	7			9	3	
	2	8			10	4	
	3	9			11	5	

Medici tamen neque ab ortu Solis aut eius occaſu, ſicut neque à meridie aut media nocte diei ſui (quod ad Criticorum rationem attinet) principium faciunt, ſed abs quacunque diei hora qua ægrotus febricitare & decũbere inceperit, ſecundũ quam rationem, ſi ægrotus quiſpiam acuta febre conflictari inceperit, vt ipſe huius capitis fingit initio, hora diei decima, id eſt, ſecundum noſtrum morem duabus horis ante occaſum Solis ſeu hora quarta à meridie, certè dierum ægritudinis ſupputatio inde incipiet & eadem hora deſinet, quantumuis anticipet aut tardet acceſsio. Cæterum quatuor horæ quæ ſtatui attribuuntur, ſũt æc quibus fingit ęgrotũ ſudare decretorie incipere, die videlicet decimoquarto. Quatuor vltimæ quæ declinationi adſcribũtur, eiuſdẽ decimiquarti diei horæ pomeridianæ ſunt, quibus fingit ægrotum facilius ſpirare, mouere ſeſe, &c. tum ſub veſperam circiter horam decimam aut vndecimam in totum febre leuari: id autem eſt vna aut duabus horis ante occaſum Solis, & noſtro more quarta aut quinta, poſito quòd in Aequinoctio alterutro ſimus.

15 *Paulatim ipſum recreare cibis.* De ratione victus eorum qui iudicati ſunt perfectè, diximus in fine cap. 3. huius commen.

16 *Nam & dies fida fuit.* Nempe decimumquartum ſuperiori c. 5. inter

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 90 sur 567

inter dies primæ notę, vt qui vt plurimũ, benè, perfectè, frequenter, & subito decernunt, repoſuimus.

Et quidem quòd vndecimo die &c. De his omnibus quæ hic di- 17
cuntur diximus ante in fine cap. 2.

Nempe ex eo quod ſingula alia. Nempe vt Criſis verbi gratia 18
εὐσημως, id eſt, laudabiliter ad bonum indicata dicatur, vno tantum indiget ſigno, vt verbi gratia, ne à propoſita hypotheſi diſcedam, nebula in vrinis alba, aut alio coctionis ſigno in ſputis & deiectionibus. Vt vero manifeſta dicatur, vno vel excretionis eget genere vt ſudore multo, vrinis aut deiectionibus copioſis, vel etiam abſceſſu poſt aures aut in aliam particulam. Similiter vt tuta ſit, hoc vno eget, vt ſcilicet ſine periculis horrendis eueniat. Vt vero bona ſit, duobus ſignis eget, vt & febrem ſcilicet diſcuſſerit, & ſine periculo fuerit. Vt vero fida dici queat, prędicta omnia concurrere oportet, & ad illa etiam referre & aucta rij vice addere dici naturam, porrò diei natura & conditio eiuſmodi eſt vt vel Criticus ſit vel non Criticus, vt ante dictum eſt in initium cap. 2.

Nam ſi alia omnia quæ modo retuli. Vt ſi Criſis die iudice præ 19
indicata fuiſſet, ſi nox ante acceſsionem grauis, ſi acceſsio cum rigore, ſine periculis horrendis prehendiſſet, adhæc ſi febris diſcuſſa fuiſſet, haud tamen metu recidiuæ caruiſſet, ſi alio die quàm Critico omnia hæc modo commemorata eueniſſent. Dies igitur ſtabilit & corroborat Criſim, eámque magę fidam facit.

ἡ ὃ γινώσκει. Male ſcriptum habet Aſula. codex, ὃ pro ὁ. negandi aduerbio.

QVOD 20 *ſi quis ſolos ipſos dies omnem vim habere exiſtimat, is certe non ſolum plura ignorat, quàm intelligit, verùm Sophiſtis etiam contradicendi & obſtrependi præbet occaſionem, ſtatim ſiquidem obijcient, Si decimiquarti diei natura & conditio in morborum ſolutionibus fidem præſtaret, fidum certe ipſum eſſe oporteret, etiam*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 91 sur 567

si sine copiosis et laudabilibus sudoribus occurreret. Quàm nugax autẽ & inepta sit illa oratio, ego ne vel ostendere quidem ab initio volui. Sed singulos Medicorum scholas frequentantes tantos progressus in literis feciſſe optarim priusquam Medicos adeant, vt manifestos adeò cauillos & captiunculas possent dignoscere. Siquidem talia deliramenta omnino omne genus remedij euertunt, neque phlebotomiam vnquam auxilio esse demonstrantia (nam si auxilio esset, cur non tandem statim eos quibus secta est vena, in balneum dimittimus, & audacter nutriendos præcipimus, sed in lecto continemus & tenuem victum præscribimus?) neque cataplasmat (siquidem & hoc quoque repletos, lotos & ebrios iuuare oporteret.) Sed neque clysterem, neque ex omnibus remedijs vllum aliud. Similis enim est in omnibus nugacitas. Sed quoniam artem mirabilem adeò & arduam pro veteribus Asclepiadis Lanifices & publicani tractant, par est & nos quoque ipsi suggillatæ & oppugnatæ ferre suppetias, & dicere quod si vnum (siue causam siue signum quoduis intelligere possis) vnius vel efficiens vel indicans esse dicatur, & quis idipsum quod dicatur demonstret esse inualidum, vt pote quod alterius semper præsentia & comitatu egeat, ne is perbelle assertionem illam redarguat, falsámque esse conuincat. Quod si vero plura simul coeuntia aut facere aut indicare dicantur hoc aliquid, næ delirus est qui seorsum vnumquodque ipsorum assumit & eligit. Non enim vnumquodque ipsorum singulatim, tanquam non sufficiens, sed vniuersa simul infirmare & reijcere oportet. Dicas enim ita opinor: Quia singuli seorsim viri hoc tale pondus humo attollere non possunt, quod decem tamen viri sustulerint, nihil ad totius operis consummationem vnum aut singulos quosque adferre. Quid iam vis? Vtrum Decretorios dies fidæ morborum solutionis esse causas an signa? In vtrisque siquidem promptè captiosa ratio deprehenditur. Age prius causas esse ponamus. Sicut & venæ sectionem, clysterem, cataplasma, aliáque singula præsidia sanitatis causas esse dicimus. Atqui vt illorum nullum adeò validum erat, vt sine alijs sanitatem posset restituere, ita nec decretorius

cretorius dies. Rursum igitur, si placet, ipsos dies non amplius causas sed signa esse dicamus, qualia in vrinis, alui recrementis, sputis & alijs eiusmodi sunt. Sed neque certe illorum vllum solum vel salutem vel mortem poterat indicare. Verùm enim si decretorios dies solos neque vt causas, neque vt signa semper aut facere aut iudicare idem censuerimus, sed cum plurimum concursu, nullam amplius vim ipsorum Sophisma & captiosa argumentatio habebit, non enim hæc est decretorium dierum certa & recta probatio, quòd scilicet sine alijs signis decretorijs fidi sint, verùm alia quædam reuera est. Nam si vniuersis alijs signis æqualiter progressis decretorius tantum dies desideretur & deficiat, multum sanè de Criseos fide deciditur. Sin alijs decernendi signis non admodum integris perfectisque, decretorium diem addideris, securæ solutionis morbi spem quandam concipies. Atqui vt hoc quoque solum diebus decretorijs contingeret, puta vt cum ipsis frequēter vel plurima & maxima, vel etiam vniuersa decretoria signa concurrerent, æquum sanè esset vel hac sola ratione dierum decretoriorum propriam quandam naturam esse existimare. Cum autem præter hoc de sua etiam natura, aliquid afferant in medium & conferant, multo sanè magis ipsos secernemus ab ijs qui neque quicquam conferunt, neque cum multis signis decretorijs concurrunt, vt propriam illi quidem, hi verò propriam etiam naturam habeant. Mea quidem sic est opinio. Rursus itaque omissis Sophistis, qui artis Medicæ præstantissima conspurcant, præscriptæ paulò antè clarioris doctrinæ gratia, hypotheseos memores ægrotum illum quem continue febricitantem tertio quoque die accessione oppressum in vndecimū diem oratione deducentes decretorium in vrinis signum habuisse posuimus, deinde decimoquarto iudicatum, nunc non sic amplius. Sed iniudicatum adhuc in decimamquintam noctem perducentes, accessionem quæ in ea accidit similiter cum totius corporis concussione inuadentem fingamus, pari modo & ipsum eundem sudore iudicari ponamus die decimosexto, vt aperte discamus quantam vim & facultatem dies decretorius obtineat. Primum enim-vero esto vt neque

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 93 sur 567

laudabiliter ſudauerit talis ægrotus, neque eum perfectè febris illo die dimiſerit. Imò verò ſi quid præter opinionem nec expectatum euenerit aliud, ſine fide omnino Criſis erit, & ſi quid vel minimum æger peccauerit recidiua morbi continget.

20 QVOD *ſi quis ſolos &c.* Si quis, inquit, ſoli Decretorio diei excluſis omnibus aliis aut cauſis aut ſignis quæ poſsint ad fidam Criſim efficiendam concurrere vim omnem attribuit, nę is non ſolùm indoctior eſt, quàm intelligentior, ſed præter id etiam Sophiſtis feneſtram ad contradicendum aperit, & vt ipſe hîc loquitur, ἀφορμὴν ἀνελογίας παρέχει id eſt, cauillandi præbet occaſionem. Porrò quòd indoctior ſit quàm intelligentior is qui ſoli Decretorio diei vim omnem ſidę ſolutionis morbi attribuit, hinc apparet quod vnum vnius id eſt, vel vnam cauſam efficientem vnius effecti cauſam, vel vnum ſignũ vnius rei indicatiuũ eſſe aſſerit: ad quam tamen rem, vel efficiendam, vel indicandam multæ aliæ cauſæ & ſigna habeant cõcurrere. Sic cùm falſum ille & proponat & enũtiet, ſi quiſpiam alter demonſtret ei enunciatum illud ſtare non poſſe, ſed eſſe falſum infirmum & inualidum, concurſúque aliarum vel cauſarum vel ſignorum, vt verum ſit, indigere: næ is hac via rectè enuntiatum illud falſi arguet, & illum alterum coget agnita veritate mutare ſententiam. Nam vbi plures cõcauſæ ad vnũ effectum concurrunt, non poteſt verè quis vna illarum poſita effectũ inferre, quod fieri tamẽ poſſet, vbi vna tãtùm cauſa vnũ aliquod effectum cauſatur, vt quia, verbi gratia, Sol ſola & vnica eſt diei cauſa efficiens, & viciſsim dies, vnius ſolis effectum, rectè poſsis inferre, diẽ eſſe cùm Sol luceat, & Solẽ lucere cùm dies ſit. Sic quia vteri geſtatio ſolius congreſſus virilis effectum eſt, rectè inferas vterum geſtantem mulierem, cum viro eſſe congreſſam. Cùm ergo ad hoc vnum (quod hic per hypotheſim fingit) effectum, morbi dico fidam ſolutionem, omnes hæ tres cauſæ & ſigna habeant concurrere: (acutum enim & magnũ morbum fingimus, ad cuius ſolutionem vix duo ſufficiant) dies Decretorius, ſigna coctionis, & excretio copioſa aut abſceſſus inſignis, deliret profectò ille qui vno illorum poſito morbum fide iudicatum inferat. Sanè cauſarum efficientis dico, formalis, materialis & finalis, alia neceſſaria eſt, alia ſufficiens. Neceſſariam voco, ſine qua effectus eſſe non poteſt. Sufficientem qua exiſtente non poteſt non eſſe effectum. Effectum verò id voco quod ad

cauſam ſequitur. Sed enim omiſsis tribus aliis cauſarum generibus de ſola cauſa efficiente neceſſaria nobis hic ſermo erit. Nã ſingula hæc: dies Decretorius, ſignum coctionis, & excretio manifeſta, neceſſariæ ſunt cauſæ efficientes, ſed & etiam ſigna. At nullum tamen horum cauſa eſt ſufficiens, vt hìc mihi de ſufficiente cauſa aliquid dicere nihil ſit opus. Verùm enim de illis prius loquamur vt cauſæ efficientis. Deinde verò de iiſdem, vt ſignorum habent rationem. Dico ergo à cauſa efficiente ad ſuũ effectum inferẽdum, negatiue eſſe arguendum, hoc pacto: Dies Decretorius nõ eſt: ergo nõ erit fida morbi ſolutio: & ſignũ coctiõis nullũ adeſt, ergo nõ ſequetur fida morbi ſolutio. Excretio aut etiã abſceſſus inſignis nõ adeſt, ergo fide nõ iudicabitur morbus. Nã profectò ſi cauſa neceſſaria non eſt, neq; etiã eius effectũ eſſe poteſt. Affirmatiuè id inferre non poſsis: dies Decretorius adeſt, ergo ſequetur fida morbi ſolutio: ſignum coctionis adeſt, ergo ſequetur &c. Contrà verò, ab effecto cauſæ neceſſariæ ad ipſam cauſam inferendam, progrediendum eſt affirmatiuè, hoc pacto, Fida morbi ſolutio contigit: ergo dies Decretorius fuit, ergo ſignum coctionis præceſsit, vel, Ergo excretio aut etiã abſceſſus fuit. Nam poſito effectu ponitur & eius cauſa neceſſaria. Negatiuè id concludere non poſsis. Fida morbi ſolutio non eſt, ergo dies Decretorius nõ eſt, vel, Ergo ſigna coctionis non adſunt. Nã fieri poteſt vt fide morbus nõ ſit iudicatus: & tamẽ vel dies fuerit Decretorius, vel ſigna coctionis adfuerint, aut etiam manifeſta excretio. Et ſi autem difficile eſt cùm multæ cauſæ concurrant & conſpirent in vnum effectum, quænam ex omnibus, vel profuerit, vel obfuerit iudicare, vt docet Galen. Commen. primo in Apho. primum: id tamen pro cauſa apprehendendum eſſe, quod plurimũ cõtuliſſe, & vel etiã obfuiſſe videatur, docet Corne. Celſus libri primi procœmio. Ex prædictis ergo apparet tria illa, diem dico Decretoriũ, ſigna coctionis & inſignes excretiones cauſarum efficientium habere rationem: earum verò trium cauſarũ concurrentium effectum eſſe, fidam morbi ſolutionem. Sciendum tamen eſt illa tria cauſas eſſe per accidens. Dies ſiquidem Decretorius per ſe morbum fide non ſoluit, ſed quia vim cæleſtẽ, potiſsimum verò Lunaris circuitus recipit, vt paulò pòſt cap. 8. lib. 3. Sic neque etiam coctionis ſigna per ſe: ſed quia natura materiæ dominatur, eámque ſubigit. Eadem ratio eſt copioſarum excretionum quæ & ipſæ morbum fide ſoluunt

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 95 sur 567

per accidens: nimirum quia per eas vacuatur morbum committens materia. Iam verò habẽt etiam prædicta illa tria signorum, & quidem præcipuorum fidę solutionis morbi, aut infidę rationem. Indicant enim quo vel præsens vel futura Crisis euasura sit. Cæterùm primum & maximum instantis bonæ Crisis indicium coctionibus dat Gale. lib. 3. Criseon cap. 3. secundum dici indicanti: tertium diei iudicanti seu Critico. Sed enim concludendus totus hic est cum Galeno locus: dicendúmque eum parum sanæ mentis esse, qui cùm plura coeuntia rem vnam aut facere aut indicare dicantur, horum quoduis seorsim assumat, & cùm singula suum effectum per se seorsim causari & efficere nõ posse deprehendat, coniuncta etiam & coeuntia simul efficere itidem non posse putet. Et si enim verum sit, quod nullum illorum seorsim fidam Crisim efficere possit, non vtique tamen verum erit, coniuncta omnia non etiã posse. Fieri siquidem potest, vt duo, tria, plura aut pauciora concurrentia id simul efficiant, quod vnumquoduis horum seorsim efficere non possit: & quæ singula non valent efficere, turba valeat. Non oportet igitur singula infirmare & euertere vt verum habeatur, sed omnia simul vt falsum deprehendatur. Quod si singula tamen infirmanda & euertenda putas: tam absurdè facis, quàm si singulatim progrediens sic dicas: Homo hic molem hanc attollere non potest: neque secundus hic, sed neque item tertius hic, quartus, quintus, decimus denique hic. Ergo omnes decem hi molẽ hanc non possunt attollere. Similis enim est in vtroque absurditas. Porrò quam cauillandi occasionem Sophistis præbeat is qui diei Decretorio fide solutionis morbi vim omnẽ attribuat, manifesta de se satis obiectione patefacit. Eiusmodi autem est ex persona Sophistarum obiectio, si decimus quartus, verbi gratia, dies solus morbos fide iudicat, certè sine coctionibus, excretionibus, remediis etiam nullis adhibitis, talis semper erit, & fidam semper morbi solutionem causabitur, quo dicto apparet Sophistas genus omne remediorum, quibus medici vtuntur ad morborum profligationem tollere de medio & neque phlebotomiã, neque cataplasmata, clysteres potus, fotus, balnea, & cætera id genus ad vnum effectum, vtpote fidam Crisim concurrentia quicquam conferre dicere. Et sanè si dies, vt Sophistæ volunt, tantam habet vim vt nullo etiam remedio adhibito, nec concurrentibus etiã aliis concausis fidè morbũ soluere possit, fatendum

dum profecto eſt,temere auxilia morbis adhiberi & concauſas alias deſiderari.Si vero id Sophiſtarum effatum falſum eſt,vt reuera eſt (hoc enim vnum aliquid,id eſt,fidã morbi ſolutionem, auxilia multa,multa etiã concurrentia & facere & indicare dicuntur)næ is plane deliret qui horum vnum aliquod retineat & aſſumat,reiiciat autem & pro nullis habeat alia quę coire dicantur ad rem illam per hypotheſim fictam,vel efficiendam vel iudicandam. Et ſubdit Galenus, Diem decretorium plurimũ quidem poſſe in Criſeos fide,ſed non tamen ſolum,at cum plurium concurſu, ex qua concluſione captioſa & ignaua Sophiſtarum ratio infirmatur & euertitur. Quãtum autem dies decretorius valeat & vt propriã quandam & eximiam naturam habeat,docet alia hypotheſi,qua fingit ægrotum decimoſexto, qui decretorius non eſt, ſaltem bonus vt ante capit.ς iudicari,his verbis, Si die decimoſexto, aut alio non decretorio ſudore quidem,ſed minime tamẽ laudabili morbus fuerit iudicatus,febríſque item ægrotum ſed non perfecte dimiſerit. Imò verò vt etiam ſudor perter ſpem fuerit laudabilis & febris perfecte diſcuſſa,& adhęc vt etiam quid aliud boni præter ſpem & expectationem vel circa reſpirationem, mentem, ferendi facilitatem accidat(præter ſpem autem dico,quia cum dies ex hypotheſi minime Criticus ſit,quídnam boni expectari poſsit?)profecto ſine fide Criſis erit, & vel minimo errato morbi recidiua continget.Cęterum quod in Græcis exemplaribus legitur,καὶ λέγειν ὡς ἔστε αἴτιον ἔστε σημεῖον ὁτιοῦν. Εἰ μὲν γὰρ ἑνὸς ἢ ποικιλικοῦ ἢ ἁπλωλικοῦ ἐστὶν λέγοιτο, δέξαιτ' τις ἀδενὲς αὐτὸ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν, &c.Crediderim dictiones eſſe tranſpoſitas & legendum, καὶ λέγειν ὡς εἰ μὲν γὰρ, ἔστε αἴτιον ἔστε σημεῖον ὁτιοῦν, ἑνὸς ἢ ποικιλικοῦ ἢ ἁπλωλικοῦ, &c.Et circa finem Venetianus habet,ὁπότ' οὖν πῶς τοῦτο καὶ παρ' ἑαυτῇ τὸ σωσισφέρεσιν ὁ πολὺ λῆπτε μᾶλλον,&c.Baſilien.ſine particula negãdi ὁ ſcripſit,quã nec agnoſcit vetus interpres, nec ſenſus poſtulat,vt rectè omiſſa videatur. & paulò pòſt,male vterque codex ſic habet: Εἰ δ'ἄρα τι καὶ παράδοξον ἀπαντήσειεν, ἀλλ' ἄπιστόν γε πάντως, &c. legendum enim eſt, εἰ δ'ἄρα τι καὶ παράδοξον ἀπαντήσειεν ἄλλο, ἄπιστος γε, &c.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 97 sur 567

Capitis octaui Summa.

SVperiori capite tyrones Galenus exercuit in præcognoſcendo die Critico & iudicando fidáne Criſis an infida futura eſſet. Iam quoniam plerumque fit vt Criſis die aliquo decretorio, puta ſeptimo, incipiat, deſinat autem non Critico, vt verbi gratia, poſtridie diei Critici, vt ſi placet, octauo. Docet ei diei Criſim attribuendam, in quem tria hæc, Acceſsio, ſignum decretorium, & Criſis, id eſt, perfecta morbi ſolutio ſimul inciderint.

CAPVT VIII.

RVRSVM ergo eundem ægrotum repreſentantes & in medium producentes, quarto die, vt paulò antè in vndecimo finximus, ſignum decretorium habuiſſe ponamus. Huic adfuturam die ſeptimo Criſim expectare oportet. Nam in ſecunda ſeptimana contemplabilis quidem eſt vndecimus, in prima verò quartus. Et quemadmodum vndecimus decimumquartum, ita quartus ſeptimum qualiſnam erit indicare natus eſt. Inuadat autem ſeptima nocte circa horam tertiam, ſicut prius fingebatur, acceſsio. Rigor item & pulſus ſimiliter etiam occurrant, ac iam nocte deſinente ſudare incipiat, ac toto deinceps die octauo laudabiliter ſudet, poſtremò ſub veſperam febre liberetur. Hic mihi quæſo rurſum animum aduerte. Neque enim leui de cauſa ægrotum in medium produxi. Nam ex prima hypotheſi decimatertia nocte decretorio more acceſsione correptus dein decimoquarto febre ſolutus, non decimotertio, ſed decimoquarto iudicatus dicebatur. Nunc autem quanquam ſudores ſolutorij morbi in totum & integrum diem octauum exciderint, tamen ſeptimo die hic iudicatus eſſe dici debet. Neque enim ſimpliciter acceſsionũ principijs, vt etiam cum decretorijs ſignis inuadãt, animum adhibere oportet, neque cum primum ſudare: aut alio quouis pacto iudicari cœperint (etenim hoc ſolum non admodum fidum eſt) ſed neque etiam conſiderare oportet cum primum febricitare deſierint. Imò verò ne duo quidem concurrentia reliquo altero maiorem

iorem vim & facultatem necessariò habent, verùm tria simul concurrentia omnem dubitationem tollere conspicuum est. Dico verò, Si vno aliquo die & accessio cum signis decretorijs inuadat, & Crisis contingat, & adhæc sequatur perfecta solutio: sin diuidantur hæc, & separatim contingant, solutio primo & maxime determinetur ijs diebus quos indices & contemplatorios appellat. Nam si vel quarto vel vndecimo die indice facto Crisis quoquomodo vel septimum vel decimumquartum attigerit, existimare oportet ipsam illorum esse, & ad illos pertinere. Sin extra illos dies excidat, vt neque in illis incipiat, neque in ijsdem desinat, & perficiatur, constat non amplius dicere licere morbum septimo aut decimoquarto esse iudicatum. Sed alio quopiam die, nempe eo qui totam Crisim in se comprehenderit. Quòd si nullo indice præcedente subito [2] Crisis eueniat duos dies cõplectens, ad has notas respiciẽs, vtriúsnam sit distingues, ad accessionum dico rationem, dierum naturam, numerum Criticorum temporum, & ipsum Crisεως tempus. Ad accessionum quidem rationem, sic, Imparibus diebus si æger grauius laborauerit, propria magis diei imparis Crisis est, quemadmodum si paribus, illius etiam propria, nam in accessionibus vt plurimum Crises fiunt. Ad dierum naturam, hoc pacto, Si ambigatur vtrum ad nonum an ad decimum Crisis pertineat. [3] Si quidem salubris, bona perfecta, & sine periculo est, noni magis est. Si imperfecta, mala, & periculosa, decimi. Iam [4] ad numerum Criticorum temporum (quoniam hæc tria erant proposita, Criticæ accessionis principium, Criticæ motionis principiũ, & ipse finis Criseos) [5] qui dies duo in se tempora conplectitur, is magis crisim sibi vẽdicat. Sic vero et ipsum Criseos tẽpus examinabitur, vtrius diei longius tempus fuerit, illi sane potius Crisis adscribetur. Quin si quatuor hæ notæ in vnum diem introducantur, huic & te Crisim attribuere par est. Sin vna ex his absit & desideretur, sic quoque etiam adhuc adscribes. [6] Sed iam tamen alterum diem ipsius Criseos participem esse putandum est. Quod si æquales notæ fuerint, Crisim quoque vtriusque diei communem esse est etiam existiman-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 99 sur 567

dum. At vero interdum etiam Criſis nõ duos modo dies, ſed & tres quoque attingit. Hic igitur, inquam, habita ratione longitudinis temporis, medius præferendus eſt, non tamen ei vniuerſum adſcribendum. Sed imprimis quidem an ſine indice & cõtemplatorio die Criſis contigerit, conſiderandum venit, quoniam hoc ipſum maximam vim habere iam dictum eſt. Deinde & aliæ quoque regulæ, quas nuper commemorare deſij. perpendendæ & conſiderandæ veniunt. Acceſſionis dico analogia ſeu ratio, dierum natura, temporum Criticorum numerus, & ipſum Criſeos tempus.

1 HIngebat ſuperiori capite Criſim laudabilem, & abs indice & contemplabili vndecimo præindicatam, die decimoquarto contigiſſe, decimotertio ſymptomata præceſsiſſe tantùm tria. Acceſsionem dico cum rigore prehendiſſe noctem grauẽ, & quod tertiũ eſt pulſus inęquales & inordinatos fuiſſe nullis aliis, quæ Criſes concomitari ſoleãt, ſuperuenientibus ſymptomatis quo caſu æger non decimotertio, ſed decimoquarto iudicatus eſſe dicebatur. Iam contra per alteram hypotheſim fingit eundem ægrotum die ſeptimo quẽ quartus præindicarit, hora noctis tertia acceſsione cum rigore & cæteris modo dictis eſſe correptum. Toto autem die octauo, qui ſeptimum decretoriũ ſequitur, laudabiliter ſudauiſſe, & inde eo ipſo octauo ſub veſperam febre fuiſſe liberatum. Reuocat ergo in dubiũ Galenus, & conſiderandum proponit num ſicut in prima hypotheſi dies poſterior, puta decimuſquartus decretorius eſſe dicebatur: non autem prior decimuſtertius ſcilicet, quo ſymptomata Critica inceperant. Ita in hac, an ſeptimus qui, quod ad ſymptomata attinet, ratione reſpondet decimotertio diei præpoſiti exempli, decretorius ſit vocandus, an verò octauus, quo ſudor Criticus & febris ſolutio contigerint, quique ſymptomatum proportione videtur decimiquarti diei primæ hypotheſeos reſpondere. Et reſpondet: Septimo die morbum iudicatum debere dici: non autem octauo, quãquam eo ipſo & ſudor Criticus & morbi ſolutio contigerint, docens non ſolùm cõſiderare oportere quo die inceperit ægritudo, & vtrum cum Decretoriis ſignis, ſicut neque etiam tantùm quo primùm tempore æger febricitare deſierit, quòd horum ſingulorum conſideratio

deratio non admodum fida ſit,imò ne duorum quidem: quippe ſi duo concurrant,vix tertio fortiora fuerint,aut maiorem vim habuerint. Verum trium horum habendam eſſe rationem docet,vt tuto de die Critico pronunciari poſsit. Initij dico acceſſionis,ſignorum Decretoriorũ & ſolutionis febris. Nam ſi tria hæc in vnum diem concurrant,omnis proculdubio tolletur de die Critico dubitatio.Sin autem vnum vel duo ex his vno aliquo die contingant,tertiũ verò illorum vno altero die,vt dubites vtri diei Criſim debeas attribuere:huius dubij, inquit, indices & contẽplatorij dies ſcrupulum eximẽt, huicque dubitationi finem imponẽt,quî autem id fiat,aperta ſatis oratione, & quę explicatione non egeat,declarat.

Criſis eueniat duos dies complectens. Criſis vno tantùm die interdum abſoluitur & integratur,interdum duobus, interdũ verò etiam tribus. Vnum tantùm diem complectitur & occupat ea potiſsimum quæ in peracutis morbis duobus primis quaternariis accidit.Intra quos ſoluitur morbus,vel ad ſalutem vel ad mortem,duos dies occupat,vt plurimum ea quæ duobus ſequẽtibus quaternariis,hoc eſt tertio & quarto morbo acuto tantũ non etiam peracuto exiſtente. Tres dies occupat vt plurimum quæ poſt prædictos quaternarios euenit, vltra quos fatiſcit & languet illa quæ Criſim accelerare ſolet, morborum vehementia.Sed de hoc etiam infra cap.5.lib.2. 2

Si quidem ſalubris,bona,perfecta &c. Noni magis eſt. Nos ſupra cap. 5. nonum diem repoſuimus in ſecundo ordine eorum dierum qui vt plurimum benè,perfectè,&c.decernunt. Decimum verò in eorum ordine qui malè, imperfectè, & id quidem rarò decernunt. 3

Ad numerum Criticorum temporum. Critica tempora tria eſſe dicta ſunt,principium acceſsionis, principium motionis & finis Criſeos, id eſt morbi ſolutio, quæ Galeno dicuntur, ἡ ἀρχὴ τοῦ κριτικοῦ παροξυσμοῦ, ἡ ἀρχὴ τῆς κριτικῆς κινήσεως, τὸ τέλος αὐτῆς τῆς κρίσεως. Criticæ acceſsionis initij exemplum habes in ſuperioris capitis hypotheſi:in qua nocte decimatertia,hora noctis octaua acceſsio anticipans & moleſta cum rigore vehementi prehendere ponebatur. Initij autem Criticæ motionis ſicuti & finis 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 101 sur 567

Criſeos exemplum etiam habes in eadem hypotheſi, in qua cũ die decimoquarto in vigore & morbus & acceſsio etiam particularis eſſent, ſudare decretorie ægrotus ponebatur, facilius itẽ ſpirare, mouere ſeſe, ferre facilius, & pulſus meliores habere & demum ſub veſperam febre omnino leuari. Criticæ autem motionis initium dicit, quo ſcilicet moueri humores incipiunt & vacuari per ſudores, vrinas, alui deiectiones, ſputa, vomitus &c. id genus.

5 *Qui dies duo in ſe tempora.* Putauerit fortaſſe quippiam Galenum hic hærere, & ſibijpſi repugnare, quòd dicat eum diem, qui duo tempora in ſe complectatur, magis ſibi Criſim arrogare, quàm eum qui vnum tantùm tempus ſibi vendicet: cùm tamen hoc ipſo capite contrarium dixiſſe videatur eo loco quo ſeptimo Criſim attribuit, & ſi octauus duo tempora occuparet, Criticæ ſcilicet motionis principium (nam ſudor laudabilis eo die manaſſe fingebatur) & item morbi ſolutionem, ſeu Criſeos finẽ. Sed à calumnia Galenum vindicat locus ille, quo paulò ante dixit, ne duo quidem concurrentia reliquo altero maiorem vim & facultatem neceſſariò habere: ex quo loco licet intelligere non ſemper eſſe neceſſe, vt duo concurrentia ſoli alteri tertio præualeant.

6 *Sed tamen iam alterum diem.* Eum ſcilicet in quem inciderit ea nota de quatuor quæ abfuiſſet, deſideratáque fuiſſet illo altero die quo tres concurrerint. Quod ſi de notis quatuor prædictis duæ vno die eueniant, duæ item reliquæ altero, hoc caſu Criſim vtriuſque diei communem oportet exiſtimare. Quod vero de Criſi tres dies occupante dicit, explicatione non puto indigere. Cæterum hoc loco Galenus ἀναλογίαν παραξυσμῶν dicit rationem & vſitatam inuadentis & prehendentis acceſsionis conſuetudinẽ. Nam morbus acutus vſitata quadam conſuetudine & analogia diebus imparibus, diuturnus paribus ſolet & exacerbari & iudicari.

Capitis noni Summa.

INſtituti Galeni ratio poſtulabat, vt eum dierum differentias ad viceſimum vſque in finem capitis quinti percurriſſet, iiſdem ratione & via eorum etiam qui poſt viceſimum ſunt, differentias percurreret. Sed

Sed cùm alia quæſtio mage, vt ipſe eo loco dixit, neceſſaria occuriſſet, eam per digreſsionem & quidem hactenus tractauit, hac vero pertractata hoc ipſo capite in viam redire & inſtitutum ſuum perſequi conatur, ſed neſcio quo modo tranſuerſus rapitur & curſu orationis in aliud propoſitum deducitur, dierum poſt viceſimum differentias capite tantum proximo tractare aggrediens. Hoc ipſo verò capite, vt nihil quicquam intactum indeterminatumque & vnde oriri queat dubitatio, relinquat, diſquirit, ecquid primus & ſecundus dies, de quibus nullum hactenus adhuc verbum fecit, ſint, vt Diocles voluit, decretorij, an vero minime. Sed quoniam de illis diebus certi quid dici non poteſt, niſi conſtituto prius quid Criſeos nomine ſignificetur, id ipſum nomen Galenus in ſuas ſignificationes partitur & diuidit.

CAPVT IX.

QVONIAM[1] *vero & de his abunde ſatis eſt determinatum, iterum regreſsi in viam, vt prius ad viceſimum vſque dies decretorios enumerauimus, ita tam qui poſt illum ſunt enumerabimus & cõplectemur: non prius tamen quàm iam ad prædicta tantum adiecerimus, quantum & ad præſentem diſputationem conducit, & ne vlla in tam commemoratis quærendi hæſitandique occaſio relinquatur. Quid hoc vero eſt? De primo nimirum in morbis, die vti neque de ſecundo nihil ſuperiore toto ſermone diximus.*[2] *Atqui Diocli etiam hi de morbis decernere viſi ſunt. Quid igitur hac de re ſtatuere oporteat, determinandum eſt.*[3] *Nam ſi præceps ac ſubita in ægrotantis corpore perturbatio morbi ſolutionem præcedens Criſis, id eſt, iudicium nominatur, neque primum diem neque ſecundum, decretorios exiſtimare oportet, quia illa velut fluctuatio ſolutionem præcedens, nequanquam in his manifeſta eſt. Si vero ſolutio ſimpliciter & abſolutè Criſis eſt appellanda, fuerint & hi quoque decretorij. Omnes ſiquidem febres diariæ dictæ ſolutionem partim in primo, partim in ſecundo nanciſcuntur. De dictionis igitur ſignificatione inſtituta hic potius quæſtio eſt, quàm de re ipſa. Siquidem rem ipſam, pleraſque ſcilicet febres primis ſtatim diebus ſolui nemo ignorat. Ad hoc genus quæſtionis illud quoque ſpectat.*[4] *An*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 103 sur 567

vbi coorta perturbatio in morbi ſolutionem finierit, Criſim eſſe factam dicere oporteat, an quando inſignis quædam mutatio acciderit. Quinetiam vtrum ipſum ſolutionis nomen tantum vſurpare oporteat, cum ad ſanitatem æger redierit, an etiam cum mors inſecuta fuerit, etiam ſic adhuc morbum ſolutum eſſe dicere conueniat, diu quæſitum eſt & peruestigatum. Cæterum cuicunque eiuſmodi diſquirere per ocium licebit, poſt alias reſpondebitur. Sed nunc hoc videlicet priore commentario vſum ſolum mihi propoſitum eſt demonſtrare, qui etiam ſine logicis demonſtrationibus ex hypotheſi colligi poteſt. Ponamus enim exactæ ſolutionis perturbationem Criſim ſimpliciter nominari. Aliarum nulla, Criſis abſolutè, verùm quæ ad perniciem deſinit, Criſis mala complexis verbis nuncupetur. Quæ verò inſigne quidem momentum attulit, morbum vero perfectè non ſoluit, ea deficiens Criſis appelletur. At alia quæ inſigne momentum habet in deterius, imperfecta ſimul & mala Criſis dicatur. [5] Hoc modo nominibus vtemur cum ſingulas res propriè & circumſcriptè explicare voluerimus. Verùm interim defectiuis, vt vocant, interpretationibus vtentes, vniuerſas quatuor differentias Criſes nominamus. Citra appoſitionem horum adiectiuorum, bona, mala, imperfecta. Atque hanc deficientem interpretationem apud omnes homines ſatis eſſe in vſu alibi declaratum eſt copioſius. Sed tamen etiam nunc quoque dicetur, quantum ad præſens inſtitutum ſatis eſt. Sane neque Chenicem neque cubitum, neque pedem aut quamlibet aliam menſuram cùm iuſto maiorem minórve fuerit, eodem appellaſſe vocabulo par eſt, quoniam quantitatem certam & determinatam tale quodque nomen indicat. Eſt tamen cum minorem maiorémque quàm conuenit, Chenicem nominamus. Similiter & cubitum & pedem & alias quaſque menſuras. At cum accuratè quid explicamus, non cubitum ſimpliciter, ſed magnum aut paruum cubitum nominamus. Simpliciter verò iuſtum tantum. Eſt verò & cum quædam per egregiam excellentiam generis totius appellationem ſortiuntur & ſibi vendicant, velut cum dicimus tale quid à poeta ſcribi, nullum alium

quàm

quàm Homerum intelligentes, infiniti licet alij poetæ ſint. Eius farinæ eſt & cum dicitur, Apud Comicum eſt. Et item, 6 *Rarus homo eſt, cum homo eſt. Nam agreſtem, ferinum, amentem, ruſticum non ſecundum hominis naturam eſſe putantes, hominis nomen ad integros in hominum genere & perfectos transferimus. Sed an ſic per excellentiam quandam Criſeos nomen vſurpemus, an ſecundum priorem rationem, alterius temporis diſputatio eſt. Quid hoc autem momenti ad opera medicinæ adferat, iam ex præſcriptorum nominum hypotheſi colligi poteſt. Nam quæ notas omnes Criſeon habet, ea Criſis abſolutè vocatur, aliæ cum addito appellabuntur omnes. Iam ſi quis non ſubitæ mutationis perturbationem, verùm ſolam ipſam mutationem Criſim nominare voluerit, bona quidem ſimúlque perfecta ſolutio, Criſis abſolutè vocetur, reliquæ omnes cum addito.*

ABunde ſatis, inquit, ſupra oſtendimus vnde certum morbi ſumi debeat principium, qui dies item Critici fidi qui infidi ſint habendi. Reſtat vt regreſsi in viam dierum differentias à viceſimo eadem via perſequamur, qua ſupra ipſorum eorum differẽtias ad viceſimum vſque ſumus perſequuti. 1

Atqui Diocli etiam hi. καί τοι τοῖς γε περὶ τὸν Διοκλέα καὶ αὐτοὶ κρίνειν ἔδοξαν. Obſeruatione dignum eſt quòd hæc dicendi formula οἱ περὶ τὸν &c. modo ſingularem hominem deſignat, modo hominis, aut comitatum, aut opinionis eius ipſius ſequaces, vt parum referat an hoc loco conuertas, vt Diocli viſum eſt. An vt Dioclis ſequacibus viſum eſt, vetus interpres vtrũque comprehendere voluit, dum ſic conuertit hunc locum, Verũtamen Diocles & eius ſecta putauerunt, quod ipſi de diebus Criſis ſunt &c. Hac etiam dicendi formula vſus eſt ſupra cap. 2. his verbis: ὅταν δὲ μὴ μόνον ἐμοὶ δοκῶ τοσούτοις ἔτεσι παραφυλάττουν τοιαύτης τις ἐνεκεν διαφορὰ τῶν ἡμερῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀρχιγένην &c. & poſt, καὶ τοῖς περὶ Παραντῖνον Ἡρακλείδην καὶ τοῖς περὶ τὸν φιλόλαμέν τε καὶ Διοκλέα καὶ τοὺς ἄλλους παλαιούς &c. 2

Nam ſi præceps ac ſubita. Dies primus, inquit, & ſecundus ſecũ 3

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 105 sur 567

dùm vnam rationem Critici dici poſſunt,ſecundùm alterum nō poſſunt. Et Critici quidem dici poſſunt,ſi Criſeos nomen ea ſignificatione accipias,vt ſolutionem ſimpliciter ſignificet. Dici non poſſunt,ſi ipſum nomen pro ea perturbatione & agitatione(σάλου καὶ ταραχὴν Græci dicunt)quæ Criſim ſolet præcedere,vſurpes. Per ſolutionem autem ſimpliciter intelligere potes, vel eam quæ agitationem Criticam ſequitur, ita tamen, vt ipſam agitationem diuerſum quid à ſolutione eſſe intelligas,vel etiam eam ſolutionem quæ nulla præcedente,aut ſi qua fiat,exigua admodum & cum Criſi vna confuſa & coincidente perturbatione fiat, & ad bonum qualis contingere ſolet in febribus Diariis,ἐφημέρας Græci vocant,quæ de ſua natura vnica tantùm acceſsione conſtant,nec vltra horas viginti quatuor extenduntur. Sed enim,inquit,cùm ad nominum diſtinctionem itur,de dictionis ſignificatione potius,quàm de re quæſtio inſtituitur. Nā quòd febres Diariæ primo aut ſecundo die ſoluātur,nemo ignorat,adeò res eſt omnibus nota. At an ea res Criſis debeat appellari in dubium & controuerſiam rapitur. Hanc autem vt dirimat,nomen Criſeos in ſuas ſignificationes diſtribuit,eóque nomine aliâs ſimpliciter, aliâs cum addito ad vitandam confuſionem vtendum eſſe monet.

4 *An vbi coorta perturbatio.* Similiter quæritur,inquit,an perturbatio,quam ſiue perfecta ſiue imperfecta ſolutio ſecuta fuerit Criſis debeat appellari. An verò quando inſignis quædam mutatio etiam ſine perturbatione acciderit, in reſpiratione, verbi gratia,pulſu,ferendi & mouendi ſeſe facilitate & cæteris id genus. Cæterùm de nominis Criſeos ſignificatione & diſtinctione Gale. multa etiam capitibus primis librorum 1.2.3. Criſeon.

5 *Hoc modo nominibus vtemur &c.* A primo impoſitore rebus ſunt impoſita & indita nomina ad ipſas interpretandas, declarandas & oratione explicandas: ſed cùm res multò plures ſint quàm verba,neque omnibus ideò impoſita ſint nomina, de neceſsitate fit vt vnum nomen pluribus rebus vel affinitatē quandam inter ſe,vel ſimilitudinem habentibus accommodetur. Nominibus ergo vtimur in propria ſignificatione,cùm rem quam ex impoſitione prima ſignificant circunſcriptè & propriè volumus expromere & deſignare. Si quando verò iiſdē neceſſe fuerit in re quam minus propriè aut per translationem etiam ſignificant

ficant, vti:id cum addito facimus,vel ſi ſimpliciter aut ſine addito facimus,per licentiam quãdam aut abuſionem facimus.Exẽplis quod dico Galenus patefacit in nominibus Criſis,Chœnix, Cubitus & pes. Sed quia de nomine Criſis quod dicit, eſt manifeſtum & multis aliis locis explicatum,ad cæteras dictiones aggrediar,quæ explicatione & aliqua luce videntur indigere.Sciẽdum itaque primũ eſt quod Chœnicem (vetus interpres Cafitiũ conuertit)aliâs ſimpliciter,aliâs cum addito dicimus,maximè ſi propriè & definitè loqui volumus. Simpliciter autem cùm dicimus,Atticam Chœnicem intelligimus, quæ menſura ſolidorum eſt,Medimni Attici pars quadrageſima octaua,duas libras menſurales capiens & quadrantem,ſeu vncias tres, quod eſt in vniuerſum vnciæ vigintiſeptem,quam menſuram ſi ad noſtras Gallicas referre quis voluerit,comperiet Chœnicem libras duas Pariſinas cũ drachmis ſex pẽdere,& proportione reſpõdere Cheopinæ Pariſinæ quæ bilibris eſt:additis tamen,vt modo dixi, drachmis ſex.Ita Attica Chœnix & Cheopina (ſic dimidiam pintã vini,ſcilicet menſuram vocant Pariſienſes) Pariſina capacitate drachmis tantũ ſex inter ſe differunt.Hac Chœnice Attica alia quædam maior eſt, quæ Georgica dicitur,Atticam illam ſuperans vna Cotyla,id eſt libra vna & vncia vna & ſemis. Aequius eſt enim vt τοῖς γεωργοῖς,id eſt,agricolis & victum labore quæritantibus plus cibi quàm iis qui ſedentariam & ocioſam vitam viuunt impartiamus.Ergo Chœnix georgica,maior Attica eſt, libráſque tres pendet,ſeu tres ſemiſextariolos Pariſinos (eſt autem ſemiſextariolus quarta pars pintæ Pariſinæ) continet, & amplius vncias duas cum drachmis totidem.Eſt & alia Chœnix prædictis minor capacitate,vt quæ vncias tantũ octodecim cũ drachmis ſex capiat,ſexquiſextariolum Pariſinum æquans drachmis minus nouem,ſeu vncia vna & totidem drachmis:ea mẽſura erat demenſum diurnum eorum qui carceribus concluſi detinerentur ex conſtitutione Honorij & Theodoſij Imper.deſumpta ex lege duodecim Tabularum.Carcere, inquit lex, detentus,ſuo ſi volet viuito.Ni ſuo viuat,qui eum vinctum habebit duas libras farris in dies dato. Duæ illæ libræ farris, quæ & libellæ quoque dicuntur,explent vncias decem & octo cum drachmis ſex:eóque Chœnici huic proportione reſpondent.Cubitus autem ὁ πῆχυς Græcis dictus, medicis id os propriè dicitur, quod inter brachium & carpum ſitum,vehit os aliud minus &

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 107 sur 567

breuius,quod κερκίδα Græci,Latini radium appellant. Ab hoc osse maiore radio & lõgiore,pars ea tota quæ inter brachium & carpum interiacet,cubitus etiam dicitur:vt totum à parte denominationem accipiat. Geometræ,ne longius mensuram,si quando ea opus foret,peterẽt, sed eam in promptu haberent, certas mensuras ex humani corporis partibus desumere voluerunt: cubitúmque paulò aliter ac medici, id spatij vocauerunt, quod est à brachij curuatura ad extremos digitos,quæ longitudo itidem ei respondet,quæ ab eadem brachij curuatura ad medium pectus est:vt duos cubitos totum id spatium capere intelligas, quod est à medio pectore ad summos digitos:quatuor verò cubitos brachiis expansis intercedere à summo vno digito ad alium,quæ quantitas æquare comperitur suam cuiusque longitudinem. Cubitum ergo aiunt capere palmos sex, sed cum palmus alius sit quatuor, alius quinque,alius octo digitorum,fit vt cubitus alius alio maior sit aut minor. Pedis eadem ratio est. Est enim pes Græcus δακτύλων 15. Suidæ,id est, digitorum sedecim, vnciarum duodecim seu palmorum quatuor. Romanus Græco breuior est semuncia. Hæc verbosius dici oportuit, vt intelligeretur quid per iustam Chænicem,iustum pedem, aut cubitum, aut per maiorem minorémve Chænicem,cubitum, pedem Galenus sibi vellet.

6 *Rarus homo est,cùm homo est.* Id est, rari sunt homines qui homines sint,id est viri boni, frugi & prudentes. Huc respiciebat credo Diogenes qui in media luce & refertissima hominibus ciuitate ardente face hominem sese quærere aiebat. Obseruandũ Basilienſem codicem Græcum hoc loco male scriptum habere, χρόνικα γᾶν, pro χόινικα γ'ᾶν.

Capitis decimi Summa.

IAm primùm tandem è diuerticulo redit in viam,& dies Crisimos qui post vicesimum sunt, eo pergit ordine percurrere, quo eos qui vicesimum præcedunt,anteà capite scilicet primo percurrit, vt si hoc caput decimum fini quinti assuas, & transcursis omissíve capitibus intermediis sexto, septimo, octauo, nono huc traiicias, rem & propositum cohærere comperias.

CAP

CAPVT X.

QVINAM *ſunt igitur poſt viceſimum diem decretorij? Hoc enim mihi adhuc propoſitum eſt percurrere.* [1] *Archigenes ſanè quidem Diocléſque viceſimũ primum ante omnes potiſſimum primo loco dignãtur & admittunt. Et verò Archigenes ipſum viceſimo præponit. Mihi tamen ſicut & Hippocrati aliter viſum eſt. At id in ſequentibus demonſtrabitur, viceſimiſeptimi ſimilis eſt ratio. Siquidem ego hũc etiam viceſimooctauo antepono, illi poſtponunt. Habet quoque & triceſimuſquartus vim non contemnendam: & ipſo etiam magis quadrageſimus. His verò minus decernunt viceſimuſquartus & triceſimuſprimus, & multò his adhuc minus triceſimuſſeptimus: ita vt in dierum decernentium & eorum qui non decernunt medio collocatus eſſe videatur, ſed magis quidem eſſe ex eorum numero qui non decernunt. Porrò tota alia dierum caterua quæ inter viceſimum & quadrageſimum intercedit, decernendi eſt expers vniuerſa. Sed audi ipſos ordine iam tibi declaratos. Viceſimuſſecũdus, viceſimustertius, viceſimuſquintus, viceſimuſſextus, viceſimuſoctauus, triceſimus, triceſimuſſecundus, tertius, quintus, ſextus, octauus & nonus. Vniuerſi duodecim ſunt.* [2] *Sed qui dies ſunt ad decimumquartum vſque magnas in morbis fluctuationes & perturbationes adferunt. Proximè ſunt qui ad viceſimum, qui poſt hũc ad quadrageſimum ſuccedunt vniuerſi: hi paulatim vehementiam laborioſumque certamen remittunt: vt & qui poſt quadrageſimũ ſunt omnes prorſus languent, coctione potius & abſceſsibus, quàm Criſibus morbis finem imponentes & ſolutionem adferentes. Fiũt tamen etiam in his diebus Criſes per excretiones, ſed rarò nec laborioſum certamen habent: & vt plurimum Criſes pluribus diebus abſoluuntur, maximè cùm in abſceſſum vertuntur. Cæterùm alios quidem omnes dies qui poſt quadrageſimum ſunt, contemnere planè videtur Hippocrates* [3]*. At ſexageſimi tamen & octogeſimi & centeſimi viceſimi habet rationem.* [4] *Poſt hos dies, morbos alios*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 109 sur 567

mensibus septem, alios annis septem iudicari ait. Alios item vt assolet, in binis annorum hebdomadis & ternis: nec verò desunt etiam qui quadragesimisecundi & quadragesimiquinti, insuper & quadragesimioctaui & quorundam aliorum meminerunt: de quibus vniuersis sermo nobis deinceps futurus est.

1 *ARCHIGENES sanè quidem Diocléque.* Græcè est, τῷ μὲν εἰκοσὴν πρώτην ὁι περὶ τὸν Ἀρχιγένην τε καὶ Διοκλέα, &c. De qua dicendi formula præcedente capite diximus, vetus interpres sic conuertit, Inuenimus autem Archigenem & sodales eius & Dioclem & sectas eius dicentes quod &c. Porrò verò quòd de vicesimo & vicesimoprimo dicit, nos vicesimum superiore cap. 5. inter dies secundæ notæ in ordine noni & vndecimi ex Galeno reposuimus. Restat vt pari ratione in ordinem digerentes eos qui post vicesimum sunt ad quadragesimum vsque, ab iis qui maiorem vim habent ad eos qui minorem pergamus. Ergo à vicesimo ad quadragesimum vim non contemnendam habent seu

Præcipui sunt { 27 κζ′ ; 34 λδ′ ; 40 μ′ } Præcipuorum summa, tres.

Minus præcipui { 24 κδ′ ; 31 λα′ ; 37 λζ′ } Horum etiam summa, tres.

Sed vltimus hic 37. inquam λζ′ Græcis numeris notatus in medio decernentium & non decernentium collocatus esse videtur, magis tamen esse ex eorum numero, vt vult Galenus, qui non decernunt. Inter vicesimum autem & quadragesimum

Non decernunt { 22 κβ′. ; 23 κγ′. ; 25 κε′. ; 26 κσ′. ; 29 κθ′. ; 30 λ′. ; 32 λβ′. ; 33 λγ′. ; 35 λε′. ; 36 λσ′. ; 38 λη′. ; 39 λθ′. } Vniuersi duodecim.

Vt ſi numeros omnes prædictos, præcipuos dico, minus præcipuos & non decernentes in ſuam numerorũ naturalẽ ſeriem diſponas, duos tantum illos abeſſe comperias, quos Archigenes & Diocles in Decretoriorum ordinem referebant, κα, ιϛ κη, viceſimumprimum dico & vigeſimumoctauum. Obſeruandum verò hic eſt vtrunque codicem Græcum, in ordine ſupradictorum numerorum non decernentium male prætermiſiſſe numerum κε, id eſt, viceſimumquintum, qui tertium in ordine locum tenet, vt videre licet. Reponendus igitur venit, ſi ſummam ad duodecim, vt Galenus colligit, velis aſſurgere. Et certe vetus interpres viceſimumquintum non prætermiſit.

Sed qui dies ſunt ad decimumquartum vſque. Cruenta non ſolet 2
eſſe, ſed ne laborioſa quidem pugna aut victoria, niſi ἀϑλητικοὶ, id eſt, aduerſarij & commiſsi gladiatores, pugiles aut luctatores viribus ſint & robore corporis laterũque firmitate prope æquales. Cum ergo morbi ſymptomatúmque vehementia & magnitudo vna ex parte pugnant, ex altera vires robuſtæ, magnas tunc perturbationes in ægri corpore fieri neceſſe eſt, dum alter pugil alteri ſuccumbat. Et ſi quidem citò virtus ſuccumbit, citò mori ægrotantem contingit. Si contra morbus citò dominãte virtute ſuccumbit & profligatur, ſanitas recuperatur. Fit autem vtrũque vel multo tempore ante decimũquartum, vt quinto, ſeptimo, nono, vndecimo, vel eo ipſo decimoquarto, quem acutorũ terminum eſſe ponit Hippocra. Apho. 23. Commen. 2. Cęterùm quo morbus maior eſt & celerior, eo maior fit in ęgro tantis corpore perturbatio. Contra quo mitior & tardior, eo minor & languidior. Quanto enim creſcit dierum morbi numerus, tantò decreſcit ipſius vehemẽtia. Et contrà, Quantò maior eſt morbi vehementia, tantò decreſcit dierum numerus. Et ſi particularibus exemplis probare oportet eos dies qui ſunt ad decimumquartum magnas in morbis adferre perturbationes, qui poſt quadrageſimum ſunt, vehementiam illam remittere, primum comperies Phreneticum qui quartus eſt ordine Conſtitutionis tertiæ tertij Epide. Sicuti & Caluum Lariſſęum ibidem ordine quintum vtrũque, inquam, die quarto obiiſſe. Compẽrias & Philiſtem Thaſium primum Conſti. 2. tertij Epide. Sicut & Eraſinum octauum Conſtitu. 3. primi Epide. & Anginoſam quartam Conſtitu. 2. tertij Epide. quinto die tres illos inquam

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 111 sur 567

obiiſſe Philiſcum primum Conſtit. 3. primi Epide. ſexto. Adoleſcentulum, qui in mendacium foro iacebat, hic quintus eſt Cõſtitu. 2. tertij. ſeptimo. Silenum qui ſecundus eſt Conſtitu. 3. primi, vndecimo. Mulierem illam nonam Conſtit. 2. tertij, decimo quarto obiiſſe. Diem autem obitus cuiuslibet horum magnas perturbationes præceſsiſſe indicatis locis comperies. Contrà, qui poſt 14. ſunt vehementiã illam remittunt, vt in Clazomenij hiſtoria apparet, cui tumores ſecundùm aures die 27. cum dolore coxæ vehementi adfuerunt, & quadrageſimo tandem liberatus eſt. Hic decimus eſt Conſtitutione 3. primi Epid. Qui in Dealcis orto iacebat, tertius ordine Conſtitu. primæ tertij Epid. notis coctionis 24. die apparentibus excretionibus, id eſt ſudore quadrageſimo & ipſe quoque iudicatus eſt. Et Anaxion Abderites tertius Conſtitut. 3. tertij Epid. 27. die cocta multa eduxit. In vrinis hypoſtaſis multa, alba: tandem 34. ſudauit per totum, & penitus iudicatus eſt.

3 *At ſexageſimi tamen & octogeſimi meminit.* Vt ſectione tertia primi Epide. in parium imparũmque catalogo, certè Epicratis vxor quinta Conſtit. 3. primi Epid. octogeſimo obiit. Cleonactides, qui eam ordine ſequitur eodem octogeſimo perfectè iudicatus eſt. Parius in Thaſo primus Conſtit. 3. tertij Epid. centeſimo viceſimo die obiit. Et quæ eum ipſum ordine ſequitur mulier in Thaſo mortua eſt octogeſimo: Heropythus ibidem nonus centeſimo viceſimo perfectè iudicatus eſt.

4 *Poſt hos dies morbos alios menſibus ſeptem.* Id docet Hippo. Apho. 2. Commentar. 3. de morbis puerorum loquens. Pueris, inquit, maximam partem morbi iudicantur, alij intra dies 40. nonnulli intra ſeptem menſes, quidam intra annos ſeptem, alij etiam ipſis ad pubertatem accedentibus &c. Nec verò diſsimilia etiam his habet idem Hippocr. in fine libri de Natura hu. quo loco Galenus, Vult, inquit, auctor morbos qui in vetuſtatem incidunt, & non dierum, ſed menſium circuitu fiunt, hos contrario anni tẽpore quo generati ſunt, hoc eſt ſeptimo menſe finiri: in quo ſi nõ ſoluti fuerint, annuum fieri morbum pronunciat. Porrò annuũ nomen poteſt ſignificare eum qui poſt annum primum ſuæ generationis ſoluitur: poteſt & eum qui ſeptem annorum, vt & ſeptem menſium circuitu finitur. Cæterùm quod hoc loco dicit

Galen

Galen.alios morbos binis annorum hebdomadis & ternis iudicari per binas annorum hebdomadas,annos quatuordecim:per ternas annos viginti & vnum intelligit:quod etiam clarius docet Commen.in nuper citatum Aphor. cùm inquit: Qui verò hunc ſuperãt terminum (de quadrageſimo die loquitur) ſeptenaria ratione iudicationem ſortiuntur,non iam diebus connumeratis ſeptem,ſed primùm quidem menſibus,deinde annis. Et verò morbos qui hoc tempus ſuperauerint, ad decimum quartum peruenire manifeſtum eſt.

Capitis vndecimi Summa.

EXemplis per hypotheſim docet fieri poſſe, imò verò contra multorum medicorum opinionem eſſe perfacilè ei qui in Hippocratis theoria diligenter primum verſatus ſit.Deinde artis tractationi & exercitationi totum ſe tradiderit,diem quo morbus iudicari debeat, & præcognoſcere & prędicere.Theoriã ergo cum vſu,& vt vocant praxi, coniungendam eſſe vult ei qui perfectus eſſe in prædicendo die Critico velit.Quod ſi quis alterutro neglecto,in altero tantũ tẽpus operámque impenderit:is multum quidem à perfectione abfuerit: ſed tamen eius qui in Theoria fuerit verſatus longè melior erit conditio: quàm eius qui vſum & praxim ſine Theoria exerceat. Vult ergo Galen.non prius quemquam ad iudicandũ de die quo futura ſit Criſis atque adeò de morbi euentu,venire,quàm libros Prognn.Hippocratis.Itẽ & ea quę ſparſim de aëris conſtitutione,de ętatibus,naturis,locis & cęteris id genus eidem ipſi Hippocrati dicta ſunt,vnà cum libris etiam de pulſibus à ſe conſcriptis,diligenter euoluerit.Neque verò tamẽ perſpectis etiã & cognitis iis quę in prędictis libris ſcripta ſunt, temerè vult eſſe de morbi euentu pronunciandum: ſed perpendi prius oportere monet, num quod peccatum erratúmvè aut ab ęgroto aut miniſtris, aut etiam medico admiſſum ſit, ſicuti etiam & an exteriora ritè ſint comparata. Hęc enim qui obſeruarit,vix vnquam falſus vates & vanus cõperietur.

CAPVT XI.

PERMVLTIS *ſane quidẽ Medicis fieri haud poſſe videtur, vt dies quo morbus iudicabitur, præſagiri poßit. At re-vera id fieri poteſt, ſi quis accuratè Hippocratis ſpeculatione perſpecta, artem colere ſerio ſatagat. At ſi vel priuſquam hanc ipſam ediſcat, apud ægrotos ver-*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 113 sur 567

ſetur, vel ſi diligenter quidem ipſam didicerit, artis vero vſum & tractationem contemnat, nihilo ſane plus proficiet, quàm ſi fruſtra ægris aſſideat & ludat operam. Longe ſane quidem hic, illo altero qui non ante didicit melior eſt, abeſt tamen permultum ille quoque à perfectione. Quicunque igitur diei de morbo iudicaturi præſcius eſſe cupit, huic imprimis adamuſſim cognoſcenda ſunt omnia,[2] quæ ab Hippocrate in opere prognoſtico tradita ſunt,[3] tum deinde & quæ de conſtitutionibus in alijs libris memoriæ prodidit. Poſtremo & quæ de ætatibus, naturis, anni temporibus & locis tradidit, quorum nonnulla etiam in ipſo Progno. libro tradita ſunt. Hæc poſtquam edidicerit, his ſi demum[4] artem dignoſcendorum pulſuum adiunxerit, perdidicerítque tum facili negotio diem Criſeos præcognoſcet.[5] Certe ſi in morbo acuto nullum periculoſum ſignum habente quarto die inſignis quædam coctionis nota apparuerit ſeptimo die ſanè Criſis occurſura eſt. Atque hæc imprimis & vt plurimum vera, paucis ita explicata ſunt. [6] Cæterum nihil ex hoc ſermone proficiet is, qui lethalia ſigna & periculoſa abs ſalutaribus dignoſcere non potuerit, quanquam ſi & hæc omnia quoque cognoſcat, ſigna autem coctionis ignoret, etiam hinc ille nihil frugis relaturus eſt. Atque huiuſce rei gratia Hippocratis Prognoſticon prælegendum eſſe monui[7] periculoſis ſiquidẽ ſymptomatis præſentibus, ſimul & coctionis nota quarto die apparente, Criſis,[8] ſi paribus diebus acceſſio fiat, ſexto die. Si hunc exceſſerit, octauo expectanda eſt. Si verò imparibus fatiget, ſeptimo. At ſalutaribus ſignis præſentibus, ſeptimo die ſoluetur morbus. Nam lethalia ſigna cum notis coctionis nunquam euenerint. Coctionis autem notæ non minus ſunt quàm periculoſa & ſalutaria ſigna inſpiciendæ. Nam ſi quarto primum apparuerint, ad ſeptimum mors. Dictum vero eſt quòd hoc Criſis mala nominatur. Cæterum lethalium ſignorum & magnitudinem & multitudinẽ hic obſeruare conuenit. Nam ſi & multa & magna ad quartum diem euenerint, de futura morte ex paroxiſmis erit determinandũ iudicandúmque hominem ſexto die, ſi ſcilicet acceſſiones paribus

diebus

diebus inuaſerint, morituru̇m, ſi imparibus, ſeptimo. At vero interdum etiam ſi acceſsiones imparibus fatigent, ſextus, ita affectum hominem iugulat, cum propter morbi celeritatem, tum propter magnitudinem multitudinémque ſymptomatum die quarto ſubortorum. Quamobrem accurate perſpexiſſe oportet ſymptomatum ſecundum vires magnitudinem.[9] Verum quomodo hæc magnitudo ab illa quæ imaginatione concipitur diſtinguenda veniat, in libris de Criſibus ſcribitur. Et omnia in omnibus confundere permiſcerèque non oportet. Sed hic tantum percurrere ea decet, quæ ex illis dierum decretoriorum propria ſunt. At enim cum diligenter admodũ eos qui acuto morbo correpti eſſent, obſeruaſſemus[10] diem quartum ſeptimi ſemper eſſe indicem de ſua natura deprehẽdimus. De ſua autem natura, ita venit intelligendum, ſi nihil rarum & magnum ſiue extrinſecus ſiue ipſa morbi natura aut etiam ægrotãtis habitu intercidat, quartus dies omnino ſeptimi eſt index,[11] ſin quid eorum quæ extrinſecus eueniunt, de quibus nos poſtea præter opinionem euenerit,[12] aut ſi etiam morbus vehementer ad Criſim vel obſcure properet & moueatur, ægrotantiſque vires aut validæ aut imbecillæ fuerint, attendendum hic eſt, diſtinguendúmque periturúſne ſit æger ante diem ſeptimum, an vero poſt ipſum iudicabitur. Si quidem vbi incommodum aliquod extrinſecus præter opinionem nec expectatum ſuperuenerit,[13] & morbus non ſimpliciter acutus, ſed peracutus fuerit, ac præterhæc vires ægri imbecillæ, ſignum malum quod die quarto apparuit, ſeptimum diem non expectat, ſed talis æger ſextanus morietur, præſertim ſi paribus diebus exacerbatus ſit morbus. Quod ſi nihil extrinſecus erratum ſit, & morbi motus haud ita velox, & æger validus,[14] ſi quidem manifeſtum in quarto die malum ſignum fuit, ſeptimo die mors expectanda, ſin obſcurum, etiam hunc quoque excedet. Et ſi acceſsiones paribus diebus fiant, octauanus. ſin imparibus nonanus æger decedet.[15] Quæ porro manifeſta, quæ obſcura ſigna vocitem, in libris de Criſibus dictum eſt, ſed tamen etiam in hoc libro procedente ſermone declarabitur.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 115 sur 567

Prius autem ad ea quæ reſtant diſputanda reuerto. Ergo bonum aliquod euidenter quarto die ſignum appareat, nulla in ægroto ſit periculi ſuſpicio: fieri hic non poteſt quin ſeptimo die morbus iudicetur. Siquidem nihil extrinſecus erratum fuerit. [16] Erratorum autem quædam admittuntur ab ipſo ægroto, quædam ab ijs admirãdis medicis qui putant, nihil ab eo arte dignum geſtum eſſe qui ad ægrotum accedens & ſeſe ſuccingens non vel cataplaſma appoſuerit, [17] vel vnxerit, fouerit, clyſtere indiderit, venam inciderit, cucurbitulas admouerit, confricuerit, cibum exhibuerit & nutrierit, vel quid aliud eiuſmodi fecerit. Hi enim quotieſcunque ad ægrum accedunt, toties peccant. Fieri igitur non poteſt, tot intereà erroribus admiſſis, vt Criſis ſeptimo die, ad quem parata tendebat, eueniat. Siquidem naturæ motus pro ſui ratione certis ſtatíſque circuitibus contingit: impeditur verò & ipſa ab extrinſecus in ſe admiſſis erratis ſtatos ſeruare circuitus. Proinde ita vndequaque admirabilis Hippocrates dicebat, [18] Natura omnino ſufficit. In hanc autem hæc extrinſecus, Cataplaſma, inunctio, fotus totius & partis. Qua ratione & Medicũ, qui reuerà Medicus ſit, naturæ miniſtrum appellat, non pharmacopolam quendam ex triuio. Tantùm enim hic à iuſta miniſtri naturæ appellatione abeſt, vt etiã maximè contrarium nomen ipſi conueniat, dicatúrque iure & hoſtis & inimicus cum naturæ tum ægrotantium. [19] Meritò igitur, cùm quiſpiam nos alicuius ægrotantis euentum iubet prædicere, cum limitatione prædicimus, dicentes hunc talem tali die iri iudicatum: primùm ſi à nobis non ab alio vllo Medico victus ratio præſcribatur. Deinde ſi ipſe nihil peccet, at faciat omnia quæ iniungãtur. Poſtremò ſi nullus magnus error extrinſecus admiſſus ſit, iã quænã ſint hæc quæ extrinſecus errata admittũtur. [20] (Sũ etenim & hoc determinare pol licitus) tempus eſſe dicere fortaſſe videatur, ſi quis æger videlicet incendio in ædibus oborto, aut latronibus inuadentibus, aut fluuio inundante ſubitò cogatur aufugere, quanta ipſi noxa inde adueniat, quorſum attinet referre? Simili modo ſi tegmen aliquod ruere, vel parietem ſentiat, ac de repente teneatur, & fugam moliatur. Item

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 116 sur 567

& ſi per tegulam quippiam defluat, vel pluuia largior oboriatur, quæ poſteà in ægrotantis caput recidat, vel ſi alius quiſpiam quomodocunque ipſum irrigauerit, ita vt locum mutare, vigilare, & timere cogatur, non mediocrem certè & hoc ipſi ei offenſam adfert. Similiter & vicinorum tumultus,[21] aut quæpiam alia eiuſmodi inſomniæ cauſa ipſi ægroto adueniens, vel etiam triſte aliquod nuntium & moleſtum pro damni quod adferat magnitudine etiam exactam accuratámque prædictionis certitudinem corrumpit. Nam quæ inſomnia propter morbum ipſum inter prædictionem & Criſim intercedit, nihil præſagia offendit. Quæ verò extrinſecus inopinata eueniũt, horum nihil præcognoſcit Medicus. Vnde nec quãta ab illis futura offenſa ſit, poteſt conijcere, neque prædictioni pro morbi ratione ante denunciatæ, quicquã adiicere. Hæc itaque ipſa [22] Hippocrates in ipſo ſtatim Aphoriſmorum initio complectitur his verbis: Oportet autem non ſolùm præſtare ſe opportuna facientem, ſed & ægrum & aſſidentes & exteriora. Si placet, inquit, noſtrorum ſcriptorum explorare & examinare veritatem, tu primùm Medice, omnia ritè gere, deinde ægrotus in omnibus ſe tibi præbeat morigerum: nihilque præ intemperantia peccet. Ad hæc adſtantes nihil etiam ipſi ei delinquant: vt ne vel irã, hoc ipſo quòd errant, ægroto concitent: vel mœrorem, eo quod intempeſtiuè quid nuntient, vel etiam noxam, eo quod minus inculpatè & accuratè in apparatu ſe gerant: inferant. Quin apparatus omnis ante Criſeos tempus promptè & expeditè fiat, obſonia pulchrè parentur, quæ miniſterij ſunt, rite præſtentur & inculpate. Eſt inſuper & quartum genus eorum quorum rationem habendam eſſe præcipit. Nominat autem ipſum vno complexus nomine, exteriora. Ac licet id nomen multiplex ſit, ipſum tamen quoque vacare culpa decet. Et enim pluuiæ, tonitrua, fulgura, vicinorum tumultus, canum latratus,[23] inſultus latronum, ruina domus, defluens aqua, fluuius inũdans & irruens, incendia, plagæ inflictæ, atque eius generis omnia exteriorum nomine comprehenduntur.[24] Hæc igitur genera quatuor, quæ particulatim etiam multiplicia ſunt, dum naturæ motus

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 117 sur 567

impediunt, frequenter circuituum ordinem interturbant & interrumpunt. Nam vbi quartus dies manifestum & euidens signum decretorium attulerit: si neque Medicus quid peccauerit, neque æger, neque ministrorum quisquam, imò si neque extrinsecus error vllus admissus sit, septimo die necessariò Crisis occurret. Licet igitur intelligere[25] *non alium esse qui accuratè præsagiat, & qui rectam victus rationem instituat: sed in vnum & idem ambo coire necesse est, futurum alioqui vt alterum ab altero corrumpatur. Sanè quod erratum quodlibet in victus ratione admissum (Sic enim appello hic vniuersam morbi curationem) Crisim impediat, abundè est demonstratum. Quod autem nec proba victus ratio siue status morbi & Criseos præcognitione & præsensione possit præscribi in Commentarijs Methodi medendi demonstratur. Si mutua igitur opera hæc omnino indigent: nõ alius certè Medicus rectè curauerit, alius exactè præsagiet. Verùm quisquis fuerit egregius, is & præsagiet & simul etiam curabit. Sed de his rebus alibi fusius tractamus.*

1 *Ermultùs sane quidem, &c.* Vult Galenus eum qui præscius esse velit diei de morbo iudicaturi, non diligenter modo in Hippocratis Prognosticon libris, de natura humana, aëre, locis, aquis, in libris itẽ de pulsibus à se cõscriptis & cæteris eiusmodi ad theoriam spectantibus, sed etiã in artis operũ tractatione pari quoque diligẽtia esse versatum, cùm neque speculatio (id enim est theoria) sine artis operibus, neque item artis opera sine speculatione quicquam aut certe parum possint. Meliore tamen cõditione eum esse dicit & potiores eius esse partes, qui theoriam prædidicerit, etiã si ea sola contentus artem exercere negligat, quàm eius qui contra sine theoriæ cognitione experientię sese tradiderit. Nam hos Empiricos vocare solet, quos tanto odio prosequitur, vt passim in illos inuehatur. Non negat tamen Galenus illum ipsum qui theoria contentus artem exercere negligat, etiam à perfectione abesse, quod sic effert, Ἐνδεᾶ δ' ἐπ ὀλίγον ὅδε αὐτὸς πρὸς τὸ τέλεον, legere enim malo ὅδε αὐτὸς, quàm cum vtroque codice Græco ὅδ' αὐτὸς.

2 *Quæ ab Hippo. in opere Progno. tradita sunt.* De ægroti scilicet vultu

vultu,ſignis ex oculis, decubitu,vulnerum accidentibus,ferēdi facilitate & cæteris id genus, ex quibus Criſis ne ad bonum an ad malum futura ſit dignoſci poteſt.

Tum deinde &c. quæ de conſtitutionibus. Græce ſcribitur, Δεύτερα δὲ τὰ περὶ τῶν καταστάσεων ἐν ἑτέροις βιβλίοις γεγραμμένα, &c. Notat Gale.in præfatione cōmen.3.in 3.Epid.Hippocratē ſolere appellare κατάστασιν non ſolum ambientis nos aëris temperaturam præter naturam,verùm & omnem etiam cuiuſuis rei ſtatum,idæam, formam ſeu conditionem, vnde ſepe κατάστασιν τοῦ φυτοῦ, τῶν ὡρέων τοῦ ἔτους, καὶ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος, id eſt, conſtitutionem anni, temporum anni, ambientis nos aëris, Imò etiam καὶ τοῦ νόσου κατάστασιν, id eſt,morbi conſtitutionem, id eſt,ſpeciem ſeu conditionē ex partibus talibus & tantis conſtitutam dicimus,vt Aphor.12.commenta.1. Hoc autem loco etſi ſimpliciter & ſine vllo addito τὰ περὶ τῶν καταστάσεων, id eſt,de conſtitutionibus dicit,potes tamen indifferenter intelligere περὶ τῶν καταστάσεων τοῦ νόσου ἢ περὶ τῶν καταστάσεων φυτοῦ,id eſt,de conſtitutionibus morbi,ſeu etiam anni intelligere, cum ex vtriuſque conſtitutione,ſtatu & conditione diem Criſeos poſsis præcognoſcere. Huc accedit quod de cōſtitutione cum morbi tum etiam anni paſsim mentionem facit Hippocrates, vt Aphor.15. commenta.3.& ſequentibus,item totis paſsim Epid. libris. Sicut de Aetatibus,& naturis ibidem etiam multa vt & in libro de natura huma.de locis,aëre,& aquis. 3

Artem dignoſcendorum pulſuum. De pulſibus libros aliquot ſcripſit Galenus, inter quos ſunt libri quatuor περὶ διαγνώσεως,& totidem περὶ προγνώσεως σφυγμῶν, id eſt,de dignotione & prænotione ex pulſibus. In his libris ac potiſsimum in iis de dignotione vult Galenus eum eſſe accurate verſatum qui de Criſi futura bene velit diiudicare:de pulſibus autem nihil tractauit Hippocrates,vel quia in his ſeſe non exercuerat, vel quia eam tractationem non magni eſſe momenti exiſtimabat, quod notat Gale.lib.3.Criſeon capite vltimo. 4

Certè ſi in morbo acuto nullum periculoſum ſignum habente. Haud diſsimilia iſtis etiam docet cap.4.lib.3.Criſeon de primo quaternario loquens his verbis, Oportet igitur mentem adhibere dili- 5

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 119 sur 567

genter nunquid aliquod ſignum manifeſtum coctionis oſtendat. Nam ſi hoc fiat, neceſſe eſt vt ſeptimo die æger liberetur, modo interim nullus error admittatur. Sane ſigna manifeſta coctionis tantam vim habent vt ſi primo die apparuerint, reliquis tamen nullum periculum portendentibus, primo quaternario morbi ſolutionem ſubſequi ſit neceſſarium, quod & loco nuper citato docet. Quid autem per manifeſtũ coctionis ſignum, quod ipſe paſsim σαφὲς, ἀξιόλογον, ἢ ἐναργὲς σημεῖον ἤδη γνώρισμα πέψεως vocat, intelligat, docet cap. 17. lib. 1. Criſeon, de eo ipſo manifeſto die coctionis ſigno loquens, his verbis, Sic autem appello, inquit, ea quæ inter debilia ſunt & perfectę coctionis indicia. Perfecta porro coctio eſt, cum in vrinis verbi gratia ſubſedeat aliquid album, læue, æquale & continuum. Debilis quando ex aquoſa mediocriter ſubpallida, ruffa etiam ac tenuis, & adhęc turbulenta & talis permanẽs apparueruit. Ex his intelligere licet manifeſtum ſignum coctionis medium eſſe inter σημεῖον τῆς τελείας πέψεως καὶ τῆς ἀμυδρᾶς ἤδη ἀσαφοῦς, id eſt, ſignum perfectæ coctionis & obſcuræ ſeu debilis. Alias Galenus πεπασμῶν ἀξιολόγους μεταβολὰς, id eſt, inſignes coctionis mutationes dicit eas non quæ exquiſitę, ſed quæ quodammodo mediæ ſunt inter debiles & perfectas, ſeu quæ propius accedunt ad perfectas.

6 *Cæterum nihil ex hoc ſermone promouebit is qui lethalia, &c.* ὀλέθρια σημεῖα καὶ κινδυνώδη καὶ σωτήρια. Hæc qualia ſint declarat etiam Gale. cap. 14. lib. 1. Criſ. Coctionis, inquit, & cruditatis ſigna alui excrementa, & ſputa & vrinas ſtatuere oportet. Mortem autem atque ſalutem portẽdentia ſunt ea quæ vnà cum iſtis excernuntur & quæ per totum apparent corpus. Quæ cum iſtis autem excernuntur ſunt, Cum alui quidẽ excrementis, glutinoſa, ſpumoſa, pinguia, aquoſa, candida, crocea, liuida, nigra, vt cap. 4. lib. 2. progno. & cap. 11. lib. 1. Criſ. Cum vrinis nebulæ vel ſuſpenſiones nigræ vt cap. 10. lib. 3. Criſ. Item ſubſidentiæ farinæ hordei craſsioris, foliis & furfuribus ſimiles vel etiam nigræ, virides liuidæ, fętidæ vt cap. 12. primi Criſ. & progno. 2. cap. 6. cum ſputis excernuntur viridia, ſpumoſa &c. vt cap. 5. lib. 1. Criſ. per totum autem corpus ſeu etiam per totius corporis partes aliquas apparent, icterus, ſudores, hæmorrhagia, naſus acutus, oculi concaui, extrema frigida, &c. de quibus lib. 1. progno. capitibus 5. & 6. Lethale porrò ſignum præcipuum & ad quod cætera conferri deb

ri debeant, eſt virium imbecillitas vt cap.10.libr.3.Criſ.ſane catalogum ſignorum malorum & lethalium reperias Progno.2. cap.10.quæ licet eo loco de purulentis dicantur,morborum tamen etiam acutorum communia ſunt,Galeno lib.1.Criſe.cap.5. Enimuero ad numerum etiam exitialium & lethalium ſignorum pertinent ſigna decretoria quę non decernunt vt Apho.12. commen.1.Et talis fuit ſudor Philiſci ordine primi conſti.3. primi Epid.quem cùm tertio die ad occaſum ſolis febris acuta prehendiſſet cum ſudore,tantùm tamen abeſt:vt die 4. fuerit iudicatus, vt eo ipſo omnia ſint proritata & tandem ſexto ad meridiem obierit. Quod autem ſigna coctionis Criſis acceleratiõ & ſalutis certitudinẽ ſignificent,diſcas ex Hippoc.Epid.1.& ex capitibus 3.& 5.tertij Criſ. Fit enim tum coctio,cùm natura morboſas cauſas euincit.

Nam & periculoſis ſymptomatis. Κινδυνωδῶν μὲν συμπτωμάτων παρόντων ἅμα τῷ τὰ πέψεως γνωρίσματα τῷ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν φανῆναι &c. Periculoſa ſymptomata ſimpliciter dicta cum ſignis coctionis euenire poſſunt:at periculoſa aut periculoſiſsima vel cum aduerbio κάρτα, id eſt,valde aut admodum periculoſa dicta,quæ eadẽ & ὀλέθρια id eſt,lethalia & exitioſa dicuntur,nũquam,vt mox dicet,poſſunt. Quod autem vtrũque ſignorum tam bonorum quàm malorum genus magis & minus ſuſcipiat, & prauum peius, peſsimum magis & minus dicatur,docet Galen.lib.1.Criſe.cap.13. 7

Si paribus diebus acceſsio fiat,ſexto die. Nempe oportet Criſim in idem tempus cum acceſsione incidere Gale.cap.3.lib.3. Criſ. & Hippocr.Epid.1.morbi,inquit,iiſdem diebus iudicantur quibus & accedunt. Si ergo fingamus periculoſa ſimpliciter ſymptomata adeſſe & ſimul coctionis notam quarto die apparere, die ſexto aut octauo Criſis ad bonũ fieri poterit. Signum enim vnum fortè perſæpe multis debilibus fortius exiſtit: vt cap.13. lib.3.Criſ.Et coctionis nota nunquam malè apparet,vt ex hiſtoria Lariſſeæ virginis in Conſtit.3.tertij Epid.videre licet, & docet etiam Gale.cap.8.lib.1.Criſ.Sed vtrum ſexto an octauo Criſis continget,ex magnitudine & motu morbi dignoſces, quod ſi verò periculoſa ſymptomata quæ ipſe κινδυνωδῆ καὶ ὀλέθρια vocat, multa & magna fuerint, coctionis autem notæ quarto 8

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 121 sur 567

primum die nec antea viſæ,atque ideo debiles apparere incepe-
rint,ſeptimo mors:proinde haud temerè eſt quod hic ſcribit: καὶ
δ' ὀχ ἧττον τὴν ταῦτα σκοπεῖσθαι χρὴ κινδυνωδῶν τε καὶ σωτηρίων. ταῦτα
autem dicit:τὰ τῆς πέψεως γνωρίσματα.id eſt,nec verò minus con
ſiderare oportet ſigna coctionis,quàm conſiderare ſolemus ſi-
gna periculoſa aut ſalutaria.Haud enim aliter ac ſignorum tam
periculoſorum quàm ſalutarium alia minus,alia magis,alia val-
de,aut periculoſa aut ſalutaria eſſe dicimus,ita & ſignorum co-
ctionis alia debilia ſunt,alia manifeſta ſeu media,alia perfecta:
vt paulò ante docuimus etiam ex 18.cap.libr.1. Criſeon: vnde
ſcitè Galen.infert, Διόπερ ἀκριβῶς χρὴ διαγνωστέον ἐστὶν τοῦ κατὰ
δύναμιν μεγέθους τῶν συμπτωμάτων, id eſt, quamobrem accuratè
perſpexiſſe oportet ſymptomatum ſecundum vires magnitudi-
nẽ &c. ſecundum vires autem, id eſt, ſecundum ſymptomatis
cuiuſque naturam.Nam alia ſigna bona ſunt, alia meliora, alia
optima,alia praua,alia peiora,alia peſsima,alia cum viribus for-
tibus ſalutaria,cum debilibus periculoſa. Et ſanè huc reſpiciens
Hippocra.dixit: Oportere ediſcere ſigna omnia, & eorum vi-
res inter ſe conferendo,eadẽ perpendere.3.Prog.cap.39.

9 *Verùm quomodo hæc magnitudo,Græce legitur*, Ἀλλ' ὅπως μὲν χρὴ
τὸ διορίζεσθαι τοῦ κατὰ φαντασίαν &c.Hoc dicit, Symptomatum
magnitudinem ſecundum ſuas cuiuſque vires imaginatione tan
tum delineantes concipimus. At in libris de Criſibus per hypo-
theſim eam ipſam ab intellectu ad ſenſum transferimus & quaſi
oculis ſubiicimus.Artis medicæ Theorica præcepta in imagina
tione conſiſtunt,ſeu intellectu tantùm comprehenduntur. At
tardiorum ingeniorum clarioríſque doctrinæ gratia hypothe-
ſes fingi ſolent, quibus quaſi in rem præſentem ſtudioſos velut
manu deducimus.Porrò autem quæ Criſes ad quam magnitu-
dinem ſymptomatum ſequantur,videas capit.10.lib.3. Criſe. &
particularibus hiſtoriis paſsim in libris Epide.

10 *Diem quartum ſemper ſeptimi eſſe indicem.* Ex Hippocratis do-
ctrina quartus ſeptimi eſt index,vt Apho.24.commen.2. & cõ-
men.1.in tertium Prog.De ſua natura autem,id eſt, quantum in
ſe eſt,& vt loquitur hic Gale.ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, nullo ſiue intrinſecus
ſiue extrinſecus ſuperueniente impedimento, quod & ipſe de-
clarat,cùm dicit:Si nihil rarum & magnum ſuperueniens impe-
diat

diat.Rarum id vocans,quod rarò ſolet contingere. Magnum quod ingentem noxam adfert.Rara & magna ſunt hęc quæ extrinſecus eueniunt,Incendia,fluuiorum inundationes, inſultus latronum,ruinæ tectorum & cætera quæ paulò pòſt enumerat. Nam hæc rarò quidem eueniunt,& ſi quando tamen fortè fortuna eueniunt,magna ægrotãtibus cauſantur incommoda. Sed & intrinſecus etiam quædam eueniunt, quæ & ipſa impediunt, quo minus quartus dies,qualis ſit futurus ſeptimus indicet,quorum alia proueniunt ab ipſa morbi natura, alia ab ægrotantis habitu.Naturam porrò cùm dico,formam ſpeciem, ſeu conſtitutionem intelligo,ſuis quamlibet vniuerſalibus temporibus cõſtantem,quam Gale.paſsim φύσιν ἢ εἶδος.Hippocra.τρόπον καὶ κρᾶσιν vocat.Tunc verò morbi natura impedit, quominus quartus ſeptimi ſit index(quod tamen natura ſua eſſe ſolet) vel cùm morbus eſt exquiſitè peracutus: (nam talis primo quaternario iudicari ſolet)vel cùm acutus quidẽ eſt,ſed vel tardè mouetur,vel vires robuſtæ ſunt:nam talis nono,vndecimo,aut etiã decimoquarto iudicatur:vel etiam cùm eſt diuturnus.Per ægrotantis autem habitum (ἕξιν hic dicit Gale.) hic potes eam quæ tunc ſit acquiſitam per morbum corporis affectionem intelligere,quæ quidem vires vel adeò parum labefactarit, vt adhuc validę ſint,vel prorſus ita deiecerit,vt imbecillas reddiderit: nã illo caſu,morbus vltra ſeptimum progatur,eóque à quarto non præindicatur:hoc verò caſu deiectis nimirum viribus,Criſis ſeptimum non expectat.Quod autem ἕξις ita interpretari poſsit, liquet ex eo quod Gale.duabus lineis poſt dicet, & ægrotantis vires validæ aut imbecillæ fuerint &c.id enim eſt ex ægrotantis habitu,& vt dicit ἐκ δὲ τοῦ κάμνοντος ἕξεως quartum ſeptimũ non præindicare ſicut ἐκ δὲ τοῦ νοσήματος φύσεως,id eſt, ex morbi natura,εἰ τὸ νόσημα σφοδρῶς ἰὼν τὴν κρίσιν ἢ ἀμυδρῶς κινοῖ. ſi morbus vehementer aut obſcure ad Criſim properet: potes quinetiã per ἕξιν,id eſt,habitũ, temperaturam ſeu naturã κρᾶσιν dico καὶ φύσιν,intelligere.Nã hęc nomina ἕξις,κρᾶσις,φύσις,eadẽ ſignificatione vſurpantur Galeno cùm alibi paſsim, tum maxime cap.3.lib.2.Criſeon.Primum enim poſtquam eo loco calidam & ſiccam temporis conſtitutionem, regionẽ item calidam & ſiccam magnum prouentum tertianarum febrium cauſari dixit,ſtatim ſubdit, τί δ' ἔχει καὶ τοῦ κάμνοντος ἡ κρᾶσις ἀνόμοιος; id eſt,quid verò?An non etiam & ægrotantis temperatura? Et

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 123 sur 567

paulò pòſt,de tertiana febre loquens,ὅς γὰρ ἂν ἐν θέρει μὲν γένηται καὶ τότῳ μάλιστα θερμῷ τε καὶ ξηρῷ, τοιοῦτός δὲ ἦν τὸ χωρίον καὶ ἡ τοῦ κάμνοντος φύσις ὁμοία.&c.id eſt,quæ enim tertiana in æſtate potiſsimũ calida & ſicca euenerit,fuerítque & regio talis, & ægrotantis ad hæc natura ſimilis &c. Item cap.4.lib.3. Δεύτερον δ' ὧν τούτοις τήνδε ὥραν τοῦ ἔτους καὶ τῆ τοῦ κάμνοντος ἡλικίαν καὶ τὴν κράσιν &c. id eſt,deinde verò ad hæc & anni tempus,& ægrotãtis ætatem & temperaturam &c. Et ibidem de anni tempore, ætate & regione quartanam cauſantibus loquẽs addit,καὶ ἡ φύσις τοῦ κάμνοντος μελαγχολικωτέρα. id eſt, & ægrotantis natura mage melãcholica,quin hoc loco ita, ἡ κατ' τοῦ κάμνοντος ἕξεως &c. Ex quorum locorum inter ſe collatione ſatis liquet Galenum nominibus κράσεως, φύσεως, κατ ἕξεως indifferẽter vti. Alias habitus firmatam & inueteratam eóque ſolutu difficilem diſpoſitionem ſignificat:vt Apho.28.Commen.4. Verum enim tunc ægrotantis ἕξις,id eſt, habitus natura ſeu temperatura impedit quominus quartus ſeptimi ſit index,cũ ipſa eſt biliioſa,id eſt,calida ſicca,præſertim ſi morbus peracutus eſt, ſi anni tempus, regio & ætas etiam calida & ſiccca ſit:nam hoc caſu morbus ante quartum, aut ipſo quarto ægrotantem,vt plurimũ iugulat, nec ſinit ipſum,qualíſnam ſeptimus ſit futurus indicare.

11 *Sin quid eorum quæ extrinſecus.* Εἰ δέ τι τῶν ἔξωθεν ἀδόκητον προσγένοιτο, &c.ſic legit Venetianus codex : at legendum cum Baſilien. Εἰ δέ τι τῶν, &c. Cæterum quænam ſint ἀδόκητα, id eſt, quæ præter opinionem nec expectata eueniant,hoc ipſo capite aliquot lineis pòſt docet.

12 *Aut ſi etiam morbus vehementer ad Criſim aut obſcure properet.* Hæc ſunt illa duo quę intrinſecus impedire diximus quominus dies quartus ſeptimum indicet,morbi natura, & ægrotantis habitus ſeu temperatura, quæ duo mutatis verbis hîc repetit,ſi morbus, inquit, vehementer vel obſcure ad Criſim properet, quod ad morbi naturam, & ægrotantis vires validæ aut imbecillæ fuerint,quod ad ægrotantis habitum refertur.

13 *Et morbus non ſimpliciter acutus,ſed peracutus fuerit.* Simpliciter ſeu abſolute acuti intra dies quatuordecim iudicãtur,vt Apho. 23.Cõment.2.quo fit vt hîc de his ſermo non ſit,ſed de peracutis qui

tis qui intra ſeptimum iudicãtur,& peracuti abſolute dicuntur, quos definit Galen.Cõmen.1.in Aphor.7. eſſe,qui ſtatim adulti vigeant,per ſtatim autẽ intelligendum ait circiter quatuor primos dies aut paulò pòſt, quod ego interpretor circa quintum aut ſextum,ſeu,ſi vis,intra ſeptimum. Et vero peracutos quoſdam eſſe qui intra quartum iudicẽtur & peracuti exquiſite,ſeu, vt quibuſdam placet,diſtinctionis ab illis gratia,perperacuti dicantur,liquet ex Aphor.6.Commen.5.

Siquidem manifeſtum quarto die ſignum malum fuit. Signum ma- 14
lum in vrinis, nubecula nigra. Sedimentum ſimile farinæ craſſioris aut ſquamarum,tenue item,candidũ, furfureum.In ſcreationibus,ſputum candidum,flauum,glutinoſum,rotundum,viride,ſpumans. In alui deiectionibus, excrementum admodum aquoſum candidum, admodum item croceum,ſpumans, exiguum,glutinoſum,leue,nigrum,liuidum,pingue,fœtidum,verſicolor,vt ſecundi Progno. capitibus 3.6.8.Quod autem in Græcis codicibus ſic legitur, εἰ δ' ἀμυδρὸν, ὑπερβάλλει καὶ περὶ πόνδε, expungenda dictio περὶ, & legendum ὑπόρβαλλε καὶ πόνδε. eo modo quo paulo ante hunc locum dixit, εἰ ἢ πέντῃ ὑπόρβαλλοι, περὶ ἢ ὀγδοίῃ, &c.

Quæ porro manifeſta quæ obſcura ſigna vocitem, in libris de Criſib. 15
dictum eſt. Capite ſcilicet 17. lib.primi.Supra etiam in fine capitis 2.quid manifeſtum quid obſcurum ſignum vocaret, docuit, σαφὲς μὲν ἀμυδρόν σημεῖον, dicit.

Quædam erratorum autem committuntur, &c. Eadem ferè quæ 16
hic,habet etiam in ipſo ſtatim initio libri 9. Methodi Medicorum,inquit,ignorantia peccatur,aut errore miniſtrantium, aut ægrorum intemperantia. Hìc de ſolo eorum medicorum errore agere videtur,qui ne nihil agere circa ægrotum videãtur, res etiam non neceſſarias, imò ne vtiles quidem, aut ad morbum quicquam facientes,moliuntur, in quos inuehitur etiam libr.11. Metho.Non defuerũt,inquit,profecto qui & cucurbitula quoque ipſa ſunt vſi, eo tantum conſilio vt circa ægrotantem aliquid ſemper moliri viderentur.

Vel vnxerit. In Venetiano codice ſcribitur καταλειψήσειεν in 17

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 125 sur 567

©BIUM

Basilien. καταιονήσειν, ita vt mendi sit suspicio. Guinterius vel perfuderit vel adusserit, conuertit, in posteriore dictione secutus veterem interpretem, qui cauterizat, conuertit, & si autem vel καταιονήσειν cum Venetiano, vel κτενίζειν (hoc pexuerit, illud, perfuderit significat) legere sensu integro possis, crediderim tamen καταχρίζειν, id est illeuerit seu vnxerit, esse legendum, coniecturam adiuuat, quod vbi paulò pòst per nomina loquitur, dicit, εἰς δὲ ταύτην (τὴν φύσιν dicit) ἔξωθεν μὲν κατάπλασμα, κατάχρισμα, ἐμβροχὴ ὅλου τε καὶ μέρους, &c. & per verba antè dixit, ἢ καταπλάσειν, ἢ καταιονήσειν, ἢ κλύσειν, ἢ φλεβοτομήσειν, ἢ σικυάσειν, &c. Porrò inter errata quæ committuntur assumptorum per os nullam hic facit mentionem, sed admotorum tantum, admotis enim potius quàm assumptis medicamentis, morbus si fieri potest, abigendus est, quòd omnia fere medicamenta assumpta stomachum lędant, malíque succi sint, vnde factum vt Asclepiades non sine causa eorum vsum sustulerit, & ad victus rationem omnem suam curã transtulerit, docente Celso in proœmio li. 5. Sane hæc omnia cataplasmata dico, vnctiones, fomẽta, irrigationes, clysteres & cætera id genus ad diæteticẽ pertinẽt. Ea enim Galeno lib. vndecimo Metho. autore ex his maxime rebus cõstituitur, cibo, potu, perfusione, cataplasmate, alui ex clystere ductione & cæteris, quæ singula tempestiuè adhibita iuuant, intempestiuè nocent. Et ibidem, Calfacere, inquit, præcordia cataplasmatis aut perfusionibus non est perpetuo tutum, sed in iis tantum ægrotis quibus in toto corpore nullum erat superfluum. Cæteris omnibus extrema pernicies est.

18 *Natura omnino sufficit.* φύσις ἐξαρκεῖ πανταπάσιν. Diuersis verbis sed eodem fere sensu Hipporc. initio, sectionis quintæ lib. 6. Epide. dixit, Naturæ morborum Medicæ. His autem axiomatis significat Hippocrates naturam esse (per hanc autem intelligo hic facultatem corporum dispensatricem) quæ sola morbos sanet, atque adeo quæ sola ad ipsos profligandos sufficiat. Sane Galen. dictum hoc Laconica & Hippocrati consueta breuitate interpretari videtur lib. 1. locorum affec. circa medium, cum scribit naturam morbos exiguos curare, in illis vero profligandis tantum egere externo auxilio, quos per magnitudinẽ ipsa sanare non possit. Natura ergo morbos exiguos sanat, & in his curandis

randis ſola ſufficit. At in magnis morbis externo eget auxilio, vt pote miniſtro, & veluti coadiutore Medico, qui beneficio artis ſalubriũ inſalubriúmque ipſa præeunte & viam monſtrante natura, & ad hæc etiam arte pariter auxilia ſuppeditãte, morbum profligat, & ſanitatem reſtituit. Neque vero par eſt quenquam exiſtimare Hippocratẽ his axiomatis aut artem Medicam tollere de medio, aut Medicos de republ. exterminare, nullóſq; omnino eſſe velle: quod forte intelligeret is qui hoc ipſius effatum ita ieiunè, vt dictum eſt, accipiẽdum putaret. Nam profecto longe alia mens eſt Hippocrati, quàm vt rem tantam, tam ciuitatibus vtilem & neceſſariam è mundo tollere velit. Sed neque etiã turbari aut hærere debet is qui audit aliâs, Naturã eſſe quæ ſanet morbos, aliâs Medicum eſſe, aliâs vero, auxilia. Nam vt hęc effata vera ſunt, ita profecto vere dicuntur & enuntiantur. Sed natura primo & maxime curat morbos, dum ſcilicet Criſi per ſudores, vrinas, deiectiones, ſputa, vomitus & ſimilia noxios humores foras protrudit. Nam morborum Criſes à natura fieri docet Gale. in extremo fine li. 16. de vſu part. Medicus ſecundario ſanat tanquam naturæ miniſter, dum ſcilicet obſeruat quid naturam grauet, quò vergat ipſa, & quà noxium humorem tentet propellere, & dum ſimul cogitat de adhibendo oportune conuenienti medicamento. Tertio loco, morbos curant auxilia à Medico artis præceptis inſtructo adhibita. Auxilia enim ſunt materia quibus finem artis, id eſt ſanitatem conſequimur. Sic tria illa in vnum finem concurrunt, adeo non eſt abſurdum vnius rei plures eſſe cauſas. Siquidem Solem & plãtam generare plantam, & Solem & hominem generare hominem, phyſica conſtantíque ratione dicimus. Cæterum notat Gale. in eum quem modo citaui ex Epide. locum Hippocratem effatis prędictis ſatis aperte indicare ſe non eſſe de eorum cœtu qui naturam artificio carere exiſtimãt, ſed fateri ingenue paſsim eam nõ ſolùm non artificioſam eſſe, ſed plane artificẽ (quod & Zeno etiã facit apud Cicero. 2. de natu. deo.) conſultricẽ & prouidam vtilitatum oportunitatúmque omnium, cõtra falſum Aſclepiadis dogma, qui ipſam inertem impudentiſsime audebat aſſerere. Eſt autem notandum antiquum interpretem in ea ſententia Hippocratis, Natura omnino ſufficit, conuertenda negationem interpoſuiſſe & ſic dixiſſe. Et ſecundum hunc modum dixit Hippocrates quòd natura non eſt ſufficiens, quam tamen

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 127 sur 567

negationem nec ſenſus poſtulat,nec Græci codices habent.

19 *Meritò igitur cum quiſpiam nos, &c.* Δεόντως ἂν νῦν ἡμεῖς ἐπιδόξειέ τις ἀξιώσει ἡμᾶς προφητεῦσαι ἐπί τινῳ ἀρρώστου τὸ μέλλον ἀποβήσεσθαι, μετὰ διορισμοῦ τοῦ προρρήσεως ποιούμεθα. Rogati,inquit, de alicuius ægritudinis euentu,circunſcriptè & cautè, idque meritò reſpõdemus,ne ſi aliter eueniret,ac reſpõderemus,falſi,& vani deprehenſi,mendaciíque conuicti paſsim rideremur.Extrinſecus enim multa ſuperueniunt,quæ naturæ ordinem interturbant & interrumpunt & certum iudicium impediunt. Legendum autem hoc loco μετὰ διορισμοῦ, non cum Venetiano codice μεῖζε διρισμοῦ.

20 *Sum etenim & hoc determinare pollicitus.* Hoc ipſo ſcilicet capite, paulò ante.

21 *Quæpiam alia eiuſmodi inſomniæ cauſa.* Contingit inſomnia vel propter vnum aliquod ex his quæ extrinſecus aduenire mox dixit, vel propter vim magnitudinémque morbi. Illa medici prędictionem impedit,hæc non item.

22 *Hippocrates in ipſo ſtatim Aphoriſmorum initio.* Aphoriſmo primo Commen.1.vbi etiam Galenus docet quid exteriorum nomine intelligat, vt ex eo loco nonnulla paucis immutatis huc traducta ſint. Quàm periculoſa autẽ ſint ea peccata quę vel abs medico vel abs ægroto cõmittuntur,docet etiam noſter hic auctor lib. 3. Criſeon cap. 5. quo loco cùm neminem vnquam vi morbi in declinatione periiſſe ſcriberet,eſſent autẽ quidam qui ſe multos ægrotos periiſſe vidiſſe in declinatione dicerent, ſubdit,Certum eſſe ſibi omnes illos erroribus pręcipue quidem ſuis ipſorum,ſed & etiam medicorum interiiſſe, qua ratione motus Hippocrates Conſti.1.primi Epid.dixit, Circa hæc te exerceas oportet:vt morbis auxilieris & non lædas, in quem locum Galen.Oportet ſiquidem inquit, Medicum ægris auxilium præſtare,aut verò ſanè ſi id minus poteſt,ipſos ſaltem non lædere. Notat porrò idem Gale.id eſſe dictum Hippocrati : propter quoſdam magnæ alioqui eruditionis viros : qui temporibus Hippocratis reprehendebantur,quòd minus oportunè vel venam ſecarent,ægrotos lauarent, medicamentum,vinum, vel frigidam exhiberent.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 128 sur 567

Insultus latronum. ἐφοδείας λῃστῶν. De dictione ἔφοδος dicemus infrà capite 6. lib. 2. 23

Hæc igitur genera quatuor. Medicus æger, aſsidentes, & exteriora, dum naturæ motus ordinatos impediunt, circuituum ordinem interturbant. Cæterum Medicus & æger duo ſunt ex his quæ cum tertio, vt pote morbo, artem perficere & curationem abſoluere docet Commenta. 2. in primũ Epide. Ambos bellum morbo indicere, ipſúmque totis viribus nec vllo interea errato admiſſo oppugnare oportet, ſi ſanitas recuperanda ſit, plerunque tamen fit vt & æger & Medicus ſua caſtra deſerant & ad morbum deficiant. Aeger quidem, dum & ſuo vult indulgere genio, & Medici præſcripta negligere, Medicus, dum vel ignarus eſt & indoctus, vel ita audaculus & temerarius vt quicquid in mentem venerit nulla habita ratione perſonæ, temporis, loci, aſſumendorum aut faciendorum, id experiri conetur. Si ergo vel æger vel Medicus vel etiã ambo ſeſe non præſtiterint opportuna facientes, ordinatos hinc naturæ motus interturbari contingit. Sed enim hæc genera quatuor πολυειδῆ κατὰ μέρος ὑπάρχουσι, id eſt, particulatim etiam multiplicia ſunt. Nam primum, Medicorum alius eſt doctus & experiẽtia clarus, alius pharmacopola quidam è trituio indoctus & inexpertus. Alius audacior in experiundis medicamentis, alius timidior. Aegrorum alius mitis, alius moroſus, alius Medici præſcriptis parens, alius ſibi magis obtemperans. Sic aſsidentium alij officioſi ſunt, alij minime. Alij prompti ad miniſterium, alij tardi. Alij Medici præſcripta ad vnguem ſeruant, alij ægroti iuſsis magis obtemperant. Sequuntur exteriora, quæ & ipſa multiplicia ſunt, infiniti quippe ſunt caſus qui occurrunt & naturæ motus ordinatos impediunt, talia ſunt pluuiæ, tonitrua & ſimilia quæ & hoc ipſo loco Galen. percurrit, & commen. etiam primo in Apho. 1. Quàm periculoſa autẽ ſint ea errata quę ab ipſis ægrotis admittuntur, experientia didici in Ioanne Laurẽtio, Hydropotã cognominato, ciue noſtrate primario, ad ampliſsimum illum nundinarium cãpum, quem D. Lazari vocant, magnificè habitãte. Is anno 1556. Iulij die 7. febre acutiſsima quidem, cæteris ſalutari, correptus eſt. Nam vrinas vel à primo die boni coloris & cum paucis ſedimẽtis, virtute etiam conſtate fecit, vnde à primo die futuram quarto die Criſim & expectabam & prædicebam, tum quia ce- 24

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 129 sur 567

leriter morbus mouebatur, tum quia temporis conſtitutio & ætas (erat enim tum natus annos ad 35.) cum morbo concurrebant. Nec fefellit opinio. Nam eo ipſo quarto vrinas & melioris coloris & cum copioſioribus, albis, leuibus & æqualibus ſedimentis fecit, & adhęc ſub veſperam copioſe ſatis per totum ſudauit, vnde mihi morbus perfectè iudicatus eſſe & re-vera dicebatur. Sed cum ille triumphum ante victoriam caneret, nec ad biduum tantum præſcriptam à me victus rationem ſeruare poſſet, verùm ad priſtinam victus conſuetudinem citius quàm par eſſet redire, ac omnino ſibi obtemperare, per cœnaculum quod habet ſatis ſpatioſum, obambulare, vino os colluere, eius vel tantillum haurire voluiſſet, morbi recidiuam incurrit. Itaque ab eo die, qui erat Iulij decimus, ab initio autē morbi quartus, hominem rurſum in officio continui, & medicamento quod bilem duceret tempeſtiuè propinato, omnibúſque rite factis id ſum conſecutus, vt Iulij 13. ab initio autem morbi ſeptimo, natura quæ ſemper ſuperior morbo fuerat, Criſim tentaret, & ad bonum. Nam & biliosa ex reſiduo clyſtere die ſexto iniecto & deiecit & euomuit, & aliquot horis poſt, ſudauit largiter, ſicque perfecte iudicatus eſt. Itaque cum ille à veſpera ſeptimi diei ad multam noctem octaui à febre immunis bene ſibi habere, vt revera habebat, videretur, ægrè ferret autem aluum ſibi eſſe ſuppreſſum, nec toto die octauo deieciſſe nocte intempeſta ſub mediam noctē, reclamantibus licet aſsidentibus probè toto morbi tempore & diligētiſs. officio ſuo functis, deambulare iterum per cœnaculum, aërem liberaliorē captare, frigida os colluere, ad vomitum ſeſe digito in os immiſſo prouocare, & balanum ſibi imperare voluit, exiſtimans melius ſibi fore, ſi euacuationibus copioſioribus naturā quoquo modo leuare poſſet, ſed tātum abeſt iis omnibus factis vt melius habuerit, vt nono ab initio morbi, die omnia ſint exacerbata, & in tantum, vt ni matute ſuccurſum fuiſſet, & ætas aliquid auxilij attuliſſet, tum actum plane de homine fuiſſet, qui tamen opera, & diligentia D. Petri Dandoſillani Nauarræi medici noſtratis clariſs. tum in cōſilium mecum aſciti ſeruatus, & cautior factus, viceſimo tandem die perfectè iudicatus, etiam hodie ſalubriter degit.

25 *Non alium eſſe qui rectè præſagiat, &c.* Nemo poteſt, inquit, quando & qualis ſit futura Criſis præſagire, niſi & præſcribendę diætæ

diætæ artifex etiam fuerit. Nam vel minimum in victus ratione erratum iudicium omne interturbat, quod docet etiam in fine cap. 5. li. 3. Crif. Neque enim inquit, conueniens victus ratio prę-ſcribi poteſt, niſi ſtatus pręcognoſcatur, neque de ægri ſalute vel morte alio modo manifeſtam habere notitiam cõtingit, ſed neque de Criſi nunquid futura ſit aut omnino non erit: & cum ſit, quanta aut qualis ſit ſciri poteſt, ſi præcognitio ſtatus non habeatur. Quare maximum hoc erit artis opus & cæteris omnibus anteferendũ, ad præcognoſcendum ſtatum exercitatio, &c. Ex his intelligi datur eum qui male victus rationem inſtituet, male etiam de euentu morbi iudicaturũ & futuram Criſim prę-cogniturum, & contrà, eum qui non præcognoſcat futurã Criſim, male victum eſſe imperaturum. Hæc enim mutuis ſtant auxiliis, Bene maléve rationem victus inſtituere, & bene maléve futuræ Criſis diem præcognoſcere. Sic alterum ab altero ſtabilitur, aut vero corrumpitur & deſtruitur. Obſeruatione vero dignum eſt quod Gale. victus rationem non in ſumendis tantum, ſed & in admouendis, educendis, faciẽdis & in ſumma in vniuerſa morbi curatione & œconomia, de qua Comment. 2. in 6. Epide. conſiſtere dicit.

NVNC *ad id quod initio propoſitum erat, reuertamur. Cùm quartus dies clarum aliquod & bonum ſignum attulerit, ſeptimo Criſim euenturam præindicat, nullo ex his interea, quos recenſuimus, errore cõmiſſo. Quod ſi verò quis admitttatur, eius inſpicienda eſt magnitudo. Nam ſi exiguus fuerit, continget etiam ſic ſeptimo die Criſis: at eam tamen deficiet bonæ Criſis aliqua conditio. Dictum verò eſt anteà quòd perfectè, ſalubriter, ſine periculo, & omnia eiuſmodi ad bonas Criſes pertinent. Sin error admiſſus maior fuerit, haud amplius ſeptimo die Criſim fieri permiſerit. Hic itaque diligenter quemlibet animum adhibere par eſt, & offenſæ magnitudinem ſignis colligere.*[26] *Nam monumentis literarum ipſam prodere aut oratione explicare non ſolùm non difficile eſt, ſed & planè impoſſibile. At verò arte diſcipulum inſtruere, vt hæc quoque perfectè intelligat poßibile. Sed huius temporis non eſt hæc tractatio. Mage*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 131 sur 567

ſi quidem propria eſt commentationis de Criſibus. Rurſum igitur ad orationis ſeriem reuertamur, & propoſitam hypotheſim in memoriã reuocemus. Sanè ponebatur ex hypotheſi quarto die [27] morbo acuto exiſtente & natura ſua ſalutari Criticum ſignum manifeſtum & fortè euenisſe: tum & hoc etiam, quòd ſcilicet nullo errore admiſſo bona omnino Criſis ſeptimo die futura præindicabatur: tum quòd ſi planè leuis error admiſſus eſſet, ita quoque & in ſeptimo ſed non tamen exquiſitè bonam Criſim euenturam. Quod ſi magnus adeò eſſet error vt ſeptimo quidem Criſim demeret, in inſequentem verò aliquem transferret, hic magnitudini noxæ attẽdere oportere monebamus. Nam diligens & ſolers huius magnitudinis indagator facilè intelliget in nonúmne diem, an in vndecimũ Criſis recidet. Sanè morbi qui prorſus vacant periculo, ob errata diuturni eſſe ſolent. At qui natura ſua, non ſine tamen periculoſis ſymptomatis ſanitatem pollicentur: ob errata admiſſa lethales fiũt. Quin ij qui prorſus vacant periculo, multis ſubinde & magnis erratis admiſsis, in lethalium naturam degenerant: neque, opinor, mirum. Nam cùm in ſanis grandia delicta lethalium morborum cauſæ exiſtant, quid in ægris expectare oportet? Perſpicuum itaque iam eſt quòd indicum decretoriorúmque dierum [28] ratio, quam nos docuit Hippocrates, non ab alio quopiam examinari poteſt quàm ab eo qui perinde ac ille diætæ inſtituendæ fuerit artifex. Hic enim ſolus erratorum vim examinat pernoſcitque, & ſolus item offenſæ magnitudinem & diem in quem Criſis illabetur & recidet, intelligere poteſt. [29] Vt autem in morbis periculo vacantibus Criſes tantùm tardant quantùm ex erratis interim noxæ ægri acceperint: ita in lethalibus præueniunt & præoccupant. Nam ſi in lethali morbo lethale ſignum quartus dies indicauerit: & in ſeptimũ diem mala præindicata ſit Criſis, interea verò temporis erratum non ita exiguum admiſſum ſit. ſeptimum Criſis non expectat, ſed interim morbus iudicio ſcilicet malo iudicabitur Sed vtrum quinto an ſexto: id cùm ex ipſius morbi celeritate, tum ex offenſæ magnitudine, necnon ex acceſſionum forma interſtinguetur. Nam ſi imparib

paribus diebus ipſæ acceſsiones fiant: & morbus ſit peracutus, erratáque haud admodum exigua in ipſo videlicet quarto committantur, nihil mirum erit hominem die quinto interire. Si verò in paribus acceſsiones fiant: nec morbus peracutus ſit, nec item erratorum magna noxa fuerit: ſextũ expectat. Cæterùm eiuſmodi omnia indicum decretoriorúmque dierum ſpeculationem confundunt & perturbant, quòd ſcilicet pauci medici rectè victus rationem præſcribant, pauci ægri obtemperent, pauci ſuum miniſterij munus inculpatè obeant, adde quòd pauciores etiam ſint, quibus nihil externum ſit aduerſatum. Oportet igitur medicum accuratè cum curandi tum præſagiendi eſſe peritum. Accuratè verò etiam ipſum noxæ magnitudinẽ dignoſcere oportet, vt ſi quãdo diẽ futuræ Criſis prædixerit: ſed interea offendi ægrum contigerit, mutare & ipſe quoque prouidè poſsit prædictionem. Hinc perſpicuum euadit tantùm abeſſe vt is qui puſillo abiectóque animo ſit, ſingula quæ diximus, in ægrotis cognoſcere ſtudeat, vt ne ipſam quidem ſpeculationem ediſcere ſuſtineat.

A M monumentis literarum ipſam prodere. Cùm offenſæ magnitudo magis & minus ſuſcipiat, támque latè pateat vt in infinitum etiam extendatur, eius certè diſciplina ſcriptis mandari non poteſt. Infiniti quippe non eſt ſcientia. Et verò vniuerſalia in diſciplinis tractanda ſunt, particularia prætermittenda. Fieri tamen poſſe docet: vt diſcipulus πχνικὸς, id eſt, artificioſus reddatur, hypotheſibúſque fingendis, (quod paſsim fecit Gale. totis Criſeon libris) offenſæ magnitudo ita ponatur ob oculos, vt ea quæ alioqui erant infinita, ex vna hypotheſi, intelligi poſsint. 26

Morbo acuto & natura ſalutari exiſtente. Græcè legitur, τὸ νοσήμαϛ ὀξὺ τε καὶ πολιτικώτ τῇ φύσιν ὑπάρχονϛ, &c. Πολιτικὸς τὸ νόσημα λέγεϛ μὴ θανατώδες ἤτοι ἀκίνδυνον, id eſt, morbus ſalutaris dicitur minimè lethalis & pernicioſus, ſed periculo vacans & quo ægri liberari queunt, vt Commenta. in cap. 12 & 15. libri 3. Prognoſt. Liquet etiam ex eo quod paulo pòſt dicit: τὰ μὲν γὰρ ἀκίνδυνα τελέως νοσήματα χωνιζειν εἰωθεν ἰατροὶ τοῖς ἁμαρ- 27

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 133 sur 567

τήμασι, τὰ πρόδηλα μὲν ὁ μὴν ἄνευ κινδύνων συμπτώματων ὀλέθρια γίνεται τοῖς ἁμαρτήμασι. quo loco τὰ ἀκίνδυνα νοσήματα τοῖς μὴ προδιεγνωσμένοις opponit, & si autẽ vterque codex habet, τὰ προδιεγνωσμένα μὲν &c. putem tamen legendũ, τὰ προδήλα δὲ &c.

28 *Ratio quam nos docuit Hipprocrates &c.* Græcè legitur, λόγος, ὃν ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὀδ' ἀπεσφαδῆναι πρὸς ἄλλο τινὸς τῶν τοῖς φαινομένοις ὁμολογεῖ δύνασθαι, πλὴν ὅσης αὐ ὁμοίως ἐκείνῳ πεχρικὸς ὑπάρχει πρὶ διαίτης: putem hæc verba, τῶν τοῖς φαινομένοις ὁμολογᾶ, vel corrupta esse vel mutila & truncata aliunde pendere, vel etiam è margine in contextum falsò esse regesta, quanquam & vetus interpres & Guinterius ea agnoscere videantur, cùm latina ea facere, sed nullo, meo quidem iudicio, sensu conati sint, vetus interpres hoc pacto, non est possibile vt experiatur & sciat concordiam eius per apparentiam, nisi ei qui habet ex prudentia regendi infirmos simile ei quẽ posuit Hippoc. Guinterius sic: Non examinari ab alio quodam in apparentium consensu posse &c. hæc verba, τῶν τοῖς φαινομένοις ὁμολογᾶ. quia mihi nullum sensum reddere videbantur, omittenda censui.

29 *Vt autem in morbis periculo vacantibus.* Græca sic habent: ὥσπερ δ' ἐν τοῖς ἀκινδύνοις νοσήμασιν ὑστερίζουσιν τοσοῦτον αἱ κρίσεις, ὅσον αὖ ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς μείζοσιν πλημμεληθέντων οἱ κάμνοντες βλαβῶσιν: ὅτως ἐν τοῖς ὀλεθρίοις προλαμβάνουσιν. Græca hæc ideo citaui, vt ostenderem Galenum τὰ ἀκίνδυνα νοσήματα τοῖς ὀλεθρίοις opponere: ἀκίνδυνα autẽ καὶ τὰ προδιεγνωσμένα vnum & idem significare, vt hîc paulò antè docuimus.

Capitis duodecimi Summa.

DIcit eum, qui suo exemplo veri inuestigandi cupiditate illectus nullam vel honestorum studiorum molestiam vel temporis prolixitatem reformidauerit, sed nec vlli etiam in obseruandis subleuandisque ægrotis labori operæque pepercerit, non solùm accuratè diem, sed & horam etiam futuræ Criseos, aut etiam mortis posse prædicere. In quo ficta, vti solet, hypothesi tyronẽ vt clarius doceat, exercet. Inde fieri posse tradit vt quãlibet etiam oculatus & curiosus obseruator in prædicendo, potissimum in firmorum signorum penuria, aliquando fallatur. Innuit tamen eum qui studiosè obseruarit qua parte temporis morbi symptomata & plura & sęuiora fuerint, veritatem vt plurimum esse

esse assecuturum, & quò vergat morbus intellecturum. Monet item, si quis adeò importunus reperiatur, vt etiam nullis validis signis præsentibus Medicum cogat de die Critico, aut morbi euentu ferre sententiam: id vt timidè & circũspectè faciamus: & potius procrastinemus, iudicium differamus, imò verò omnino potius taceamus, quàm temerè pronunciando ex temeraria assertione decepti falsíque in risum reprehensionémque incurramus.

CAPVT XII.

CONTRA[1] *generosus quispiam & veritatis amans, quem nullus in rebus honestis labor deterreat, & qui neque theorematum difficultatem, neque temporis prolixitatem*[2] *aut exercitij laborem subterfugiat, ad prædictorum perfectionem veniet: vt non solùm diem pro certo aliquando, sed & horam ipsam in qua ægrotum quempiam vel iudicari vel mori necesse sit, possit prædicere.*[3] *Nã postquam aliquãdo diem, verbi gratia, mortis præcognouerit, inde consideret oportet,*[4] *in quo potissimum accessionis tempore æger maximè grauetur: nam si statim ea prehendente & inuadente refrigeretur vehementius, si vix calor reuocari possit, pallidus item maneat diutius, pulsus adhæc exiguus, nullus aut verò malus sit: motus præterea adsit pigritia aut tarditas, somnus veternosus, aut in summa tale quid æger patiatur: hoc sanè tempus maximè suspectum habendum est. Sin inuadens accessio moderata fuerit: at in statu vel delirantem vel cum impetu exilientem, aut implacidè habentem ægrotum videas, aut febris magnitudinem non tolerantem, sed vehementer inardescentem, vertigine affectum, caput dolentem, corde, id est, stomacho laborantem, aut id genus alijs affectum: hoc pariter tẽpus maximè suspectũ habere decet. Porrò verò si & accessionis initiũ & status moderatè se habuerint, sed declinatio animi quædã deliquia, sudores inæquales & frigidos vel circa caput tantùm, aut collum, aut pectus adferat: pulsus adhæc obscuros exiguósque efficiat, & his similia concitet, hoc etiam tempus maximè suspectum habendum est: claréque intelligendum ægrotum in pesi-*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 135 sur 567

mo totius acceſsionis tempore eſſe interituru. Quod ſi hoc determinatum apertè cognitúmque ſit, nihil negotij ſupereſt mortis horam prædicere. Nam ſi ſecundo, verbi gratia, die vel quarto, aut etiam primo tertio & quinto vehementiſsimam acceſsionem inferentibus in ſextum diem mors futura præindicata ſit: acceſsionis autem pars difficilima grauiſsimáque in primo ipſius inſultu percipiatur, ſitq; hora, exempli gratia, ſexta: non admodum operoſum eſt hominem ea ipſa hora moriturum prædicere.[5] Neque verò id iam, quod quis fortaſſe putauerit, aſtruere conor, fieri ſcilicet non poſſe, vt quis hac ſpeculatione fretus falli poſsit: ſed magna ex parte ipſum veritatem aſſecuturum eſſe non probabili oratione, ſed re ipſa oſtendimus. Cæterùm noui quoſdam eorum qui optimis inuident, vim plerunque facere, dum nos ſemper futurum prædicere, licet interim nullum firmum ſignum habeamus, volunt,[6] quamquam aruſpicibus auguribúſque ſuperdiuinare & iterum iterúmque de cælo ſeruare permittant, cùm obſcura ſunt vaticinia. Deinde etiam obſtrepunt nobis, quaſi ſpeculationis quæ captum humani ingenij tranſcendat, cupidiores ſimus. Quin ad hæc etiam in artis tractatione prædictiones exactè adeò examinant, vt nullum vatem exactius. Verùm enim illorum haud habenda ratio eſt, ſed in ipſam veritatem collimare oportet: ſignorúmque vim & facultatem diligenti exercitio pernoſcere, & cum tuto aliquid determinari poterit, tunc prædicere conemur: ſin quid obſcurum fuerit, ſequentem diem expectemus. Quod ſi ne ipſo quidem die quicquã certi poſſumus prædicere, tacere certè præſtat, quàm temerè pronunciãdo falli.[7] Tali equidem fiducia fretus non memini me in prædicendo ſæpe diúque eſſe deluſum: quamquam in ipſo ſtatim febris initio de tota ipſius natura ſæpe tulerim ſententiam, vel tertianam hanc quæ, vt fortè prehenderet, febrem eſſe prædicens, vel quartanam, vel quotidianam, vel harum quidem nullam, verùm continuam aliquam & acutam quartum diem excedere nequeuntem.[8] Sed enim non in omni principio euentum morbi licet agnoſcere, niſi ſi fortè aliquod morbi ſpeciẽ planè declaret: verũ hoc iam operis de Criſibus propriũ eſt.

Contra

CONTRA *generosus quispiam, &c.* E fine præcedentis capitis dictionis huiusce dependet initium. Nam vt illic docebat eum qui pusillo esset abiectóque animo non solum esse elaboraturum in iis quæ commemorat, circa ægrotos, explorandis & obseruandis, sed ne toleraturum quidem ipsam theoriam ediscere, ita hoc loco generosum Medicum cognitionis & scientiæ studio captum & ad labores subeũdos capessendósque non impigrum perfecte & tuto diem Criseos, imò verò etiam & horam qua morbus vel ad bonum vel ad malum iudicari debeat, posse & præcognoscere & prædicere docet: quomodo autẽ & qua ratione aperte satis declarat. 1

Aut exercitij laborem subterfugiat. Græce legitur, ὅπως τὸ ἀσκήσεως τὸν πόνον ὑποδύηται. Sic male habet Venetus codex, sed legendum cum Basilien. τὸ ἀσκήσεως τὸν πόνον accusandi casu non gignendi. 2

Nam postquam aliquando diem, &c. Dies mortis præcognoscitur, vt cap. 10. lib. 3. Cris. cõsiderando & quãto morbus naturam superat, & grauiores etiam accessiones inspiciẽdo. Si enim effatu dignus fuerit excessus, & parum resistere adhuc vis naturæ videatur, mors cito subsequetur: si verò contraria adfuerint, tardius. & ibidem paulò pòst. Quo enim die debet fieri accessio, in illo morietur, & qua eiusdem diei hora id accidet, iam est dignoscere facile, si meminerimus in vniuersum eorum quæ paulò antè dixi mus, & cap. 9. eiusdem libri docet quínam sint qui in accessionum principiis, qui in augmentis, statu aut declinatione moriantur. 3

In quo potißimum accessionis tempore. Accessio seu exacerbatio quæ παροξυσμὸς Græcis dicitur, vt Commentar. 1. Aphorism. 12. est totius periodi pars prior & peior, seu, si mauis, periodi pars, continens tres primas temporum morbi partes, principium dico, augmentum & statum, docente Galeno in libro περὶ τῶν ἐν ταῖς νόσοις καιρῶν, de periodo loquens his verbis, Ἔξεσι δ' ἡμῖν καὶ κατ' ἄλλόν τινα τρόπον εἰς μείζω μέρη διελεῖν ὅλην τὴν περίοδον. Εἰγε γὰρ εἰς δύο δυνατὸν αὐτὴν ὅλην διελεῖν. Εἰ μὲν ὁ τὸ πρώτου παροξυσμὸν ποιοῦντας ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἀχρὶ τῆς ἑκάστης αὐξέσεως. τόδε μέσαξύ ἐστι τὸ παρακμῆς καὶ τῆς εἰσβολῆς τὸ δεύτερον παροξυσμόν, id est, Licet verò alia quadam ratione totam pe- 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 137 sur 567

riodum in maiores partes diuidere. Siquidem enim in duas partes totam ipsam partiri est possibile. Vnam quidem primi paroximi partem à prima inuasione vsque ad vltimam remissionem facientes. Alteram eam quæ inter declinationem & secundæ accessionis inuasionem media est. Et paulò pòst· Ἄυξη μὲν ἐσιν ἡ ἐς δύο μέρη τομὴ ἡ μιᾶς περιόδου. τὸ μὲν ἕτερον μέρος ἀνῃ τὸ πρότερον ὀνομαζόντων ἡμῶν παρόξυσμον, τὸ δὲ ἐπ' αὐτῷ δεύτερον, ἤτοιγε ἄνεσιν ὡς ἀρτίως, ἢ ὡς ἔνιοι διάλειμμα. Διάλειμμα γὰρ καλοῦσιν ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν τὸ μεταξὺ τῆς ἀκμὴς ἅπαν ὅπως αὖ ἔχει φύσεως, id est, Vnius periodi hæc est in duas partes facta diuisio, appellantibus quidem nobis aliam ipsius partem priorem, paroximum. Aliam post illam secundam, vel remissionem, vt nuper fecimus, vel vt nonnulli volunt, integritatem. Integritatem enim vocant non pauci Medici eam totam partem vtcũque sese habeat, quę post statum est. Ex quibus locis intelligere licet paroxismum priorem esse periodi partem, tres primas temporum morbi partes complectentem. Ἄνεσιν vero, id est, remissionem, παρακμὴν etiam dictam vnà cum ea etiam parte quæ διάλειμμα dicitur, esse posteriorem ipsius dico periodi partem. Est tamen & cum prima periodi pars παροξυσμὸς dicta, quatuor omnes morbi tẽporum partes comprehendit τὴν ἀρχὴν λήγουσαν, αὔξησιν ἥν τε ἀνάβασιν, ἀκμὴν, παρακμὴν ἥν τε ἄνεσιν, principium dico, incrementum seu augmẽtum, statum, & declinationem seu remissionem, quo casu posterior pars periodi solum διάλειμμα ἥν τε ἀπυρεξίαν, id est, intermissionem siue infebricitationem comprehendit, τὸ γὰρ ἄλλο τὸ διαλιπεῖν ἱπποκράτης ὠνόμασεν ἢ τὸ ληγεῖν εἰς ἀπυρεξίαν, id est, Non enim aliud intermittere Hippoc. vocat quàm ad infebricitationẽ desinere, Galeno libr. de morbi temporibus. Ac quod paroxismus tres primas partes temporum morbi complectatur, sola declinatione & toto eo tempore quod ab ea est inclusiue ad initium vsque secundi insultus exclusa, liquet ex Aphor. 11. Commenta. primi, qui sic habet· Ἐν τοῖσι παροξυμοίσιν ὑποτέμνειν χρή, id est, In ipsis exacerbationibus adimere oportet. Innuit quippe Hippocrates in paroxismis, id est, concitationibus morbi motibus, quales sunt principium, augmentum & status cibum minime esse præbendum, sed tantum cum ij inclinantur, & vehementiam remittunt. Quod autẽ quatuor partes paroxismus etiam nonnunquam, vt dictum est, complectatur, ex hoc ipso loco intelligas, quo postquam Galenus de morbi principio

cipio & ſtatu fecit mentionem,ſubiungit.Porrò verò ſi & acceſ ſionis initium & vigor mediocriter ſeſe habuerint,ſed declinatio animi quædam deliquia,&c. adferat,hoc etiam tẽpus maxime ſuſpectũ habendum eſt,claréque intelligendum ægrotum in peſsimo totius paroxiſmi tempore eſſe interiturum,hoc autem dicit ægrotum etiam in declinatione eſſe interiturum, ſi in ea ipſa de quatuor paroxiſmi temporibus ſæuiora ſymptomata extiterint.

Neque verò id iam,&c. Vterque codex ſic ſcribit, καὶ ἔτ' ἐσὶν ὃ πειρῶμαι καλασκευάζειν νῦν, &c. Vetus interpres aliter legiſſe videtur,cum ſic dicit'Et illud non dico quod forſan aliquis putet, &c. ſecutus fortaſſe eam lectionem quam Baſilien. codex margini habet aſcriptam in hunc modum, καὶ ὃ πειρῶμαι, &c. credam ego, ſaluo tamen meliori iudicio,legendum eſſe, καὶ ὃ ἔτ' ἐσὶν ὃ πειρῶμαι,&c. eo ſenſu quam mihi videor expreſsiſſe. 5

Quanquam aruſpicibus auguribúſve, &c. Græca ſic habent, καίϑι τοῖς ἱεροσκόποις τε καὶ τοῖς οἰωνισαῖς ἐπεκθύειν καὶ ἐπεξοιωνίζειν συγχωρῶσιν ὅταν ἀσαφῆ γένηται τὰ μανϑανόμενα, quaſi innuat' Durius multo cum Medicis quàm cum aruſpicibus auguribúſve agi. Nam qui,vt ipſe inquit, præſtantiſsimis Medicis inuidẽt, vrgent eos & vel in ſignorum penuria,cogunt euentum morbi prædicere. Cum aruſpicibus tamen ſacra victimáſque iterare permittatur, itidem & auguribus non ſemel de cęlo ſed iterum iterúmque ſeruare, ſi minus rectè prima via quod venabantur olfacere aut deprehẽdere potuerint.Cæterum quod ad dictiones attinet,ἱεροσκόποι ſunt ij qui τὰ ἱερεῖα,id eſt,victimas & exta eorũ quæcunq; in deorum honorẽ litantur inſpiciunt,aruſpices latinis dicti.οἰωνισαὶ ἢ οἰωνοσκοποὶ,οἰωνοπόλοι Homero,Latinis augures dicti, qui ex auium volatu augurãtur,Galeno,Comment.in primum lib.rati. victus acut.quo loco docet vtrunque nomen nomine mantices(τῷ μανϑανὸν autem Cicero primo de diuinatione præſenſionem & ſcientiam rerum futurarum interpretatur)contineri.Sane Aruſpices exta vt pulmones,cor & iecur inſpiciunt,potiſsimum autem caput iecoris hoſtiæ omni ex parte diligentiſsime conſiderant, quod ſi inuentum non eſt,nihil putant accidere poſſe triſtius.Et cùm triſtiſsima exta ſine capite fuerunt, quibus nihil videtur eſſe diriius,proxima hoſtia li- 6

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 139 sur 567

tatur, in tauri opimi extis immolante Cęsare cor non fuisse scri bunt. Apud auctores mentionem duorum clarorum aruspicum reperias, Spurini apud Suetonium, qui immolantem Cæsarem monuit vt caueret periculum. Vmbritij, apud Plinium, quem ex tristibus extis instantes insidias Sergio Galbæ Imperatori sacrificanti pro æde Apollinis prædixisse memorant. Obseruant antè Aruspices pecudis iecur nitidum atque planũ, an contrà horridum atque exile sit, an etiam fissum. Cor cum capite an sine capite, pulmo sit incisus nécne: nam si est, etiam in bonis extis dirimit & profert diem. Auguria verò apud antiquos tanto in prętio & honore fuere, vt nihil vnquam publicè nec domi nec militiæ nisi auspicato gererent. Quin apud veteres qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant, nec magis sapere quàm diuinare regale erat. Sic Romulũ & Remum vrbis parentes & conditores in condenda vrbe augurio auspicióque dedisse operam certum est, testante Ennio,

Curantes, magna cum cura concupientes
Regni, dant operam simul auspicio augurióque, &c.

Celeberrimi augures apud Græcos fuere Calchas, Alitherses Polydamas, & alij, quos celebrat Homerus vt Iliad. α.

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος
Ὃς ἤδη τὰ τ' ἐόντα, τὰ τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Nos sic,
Calchas Thestorides longè clarissimus Augur,
Qui quod præteritum est, quod præsens, quódque futurum
Norat. Et Odyss. β.

Γέρων ἥρως Ἀλιθέρσης
Μαστορίδης, ὁ γὰρ ὄιος ὁμιλικίων ἐκέκαστο
Ὄρνιθας γνῶναι, ἠδ' οἰωνοὺς μυθήσασθαι. Nos sic,
Senior heros Alitherses
Mastorides: nam hic ante æquales nouerat vnus
Auguria, omina, aues & non fallacia fari.

Et rursum Ilia. μ. de Polydamante loquens,

Ὣδε χ' ὑποκρίναιτο Θεοπρόπος, ὃς σάφα θυμῷ
Εἰδείη τε πάρ, καὶ οἱ πείθοιτο λαοί. Nos sic,
Sic vates insit, penitus qui mente tenebat
Auguria, vnde ipsi populus accommodat aurem.

7 *Tali equidem fiducia fretus.* In Eudemi Philosophi tribus quartanis affecti prædictione nunquam se fraudatum esse docet Galen. Comm. 3. in primũ Epid. Et ca. 4. li. 2. Crisi. dicit se inuadente acces-

acceſsione nonnullos ſuos familiares eſſe contemplatum, quorum pulſus probè cognouerat, præindicaſſe autem nullius alterius quàm quartanę febris eſſe principium, atque ita eueniſſe. Et cap. 9. eiuſdem lib. de eo adoleſcente loquens qui circa Autumni finem primo die circiter horam quintam febricitare cum rigore. Secundo die circiter decimam ſimilem acceſsionem habuiſſe. Tertio, hora ſecunda etiam ſimiliter, ſubdit, Nobis igitur omnẽ febris formam diligenter conſiderantibus viſa fuit trium tertianarum complicatio. Et commen. primo, in Apho. 12. Conditionem morbi qualiſnam ſcilicet futura ſit, & ſingulas acceſsiones Medici quãplurimi dignoſci nõ poſſe arbitrati ſunt, non tamen Hippocrates. Sed & in iis vt & in aliis exacte ſæpe propéque dixerim ſcientia certa, ſæpe etiam cõiecturis, ſed non citra artem factis, à veritate non longe abfuimus, ſed prope imò verò proximè acceſsimus & futurum vigorem & qualéſnam acceſsionum futuræ eſſent inter ſe viciſsitudines præuidentes.

Sed non in omni principio euentum morbi licet agnoſcere. Hunc locum malè conuertit Guinterius, cùm dixit: Verũ in omni principio futurum cognoſcere non licet, niſi quis adamuſsim morbi ſpeciem perſpectam referat, &c. Græca ſic habent: Ἀλλ' ὥσὶ πάντως ἀρχῆς ἐκ οἵου τ' εἶναι τὸ μέλλον, ἀλλ' εἴ τις αὖ ἀκριβῶς ἐμφανίζει τὴν τοῦ νοσήματος ἰδέαν. Nam illud πᾶς. quod Guinterius, quis conuertit, refert dictionem ἀρχῆς præcedentem: vt ſit, ἀλλ' εἴ πᾶς. ſupple ἀρχὴ. ſicut & Latinè, niſi ſi quod, ſupplendum principium: vt ſit ſenſus, niſi ſi aliquod principium, ſpeciem morbi planè declaret. Porrò autem principium ſpeciem morbi declarat in exquiſitis potiſsimum febribus, ſiue eæ intermittẽtes ſint, ſiue continuæ: nam eas ſtatim à principio nouiſſe datur Galeno cap. 9. lib. 2. Criſ. Quæ verò ex aliarum mixtione variantur, difficile quidem, ſed non tamẽ impoſsibile in die primo cognoſcere. Sanè principium cum frigore partium extremarum ſine rigore cum pulſu inæquali, inordinato, paruo, debili, tardo quotidianam. Principium ſtatim cum rigore non mediocri, & cum pulſu primum quidem inæquali, inordinatóque, ſed tamen qui æqualis ordinatúſque citò fiat, in vna percuſsione, & in multis tertianam. Principium verò cum rigore paruo, ſeu potius horrore aut frigefactione tali, qualis per hybernũ gelu ſentitur, aut cum tali ſenſu qualis ex laſsitudine ſentitur, quaſi confringatur 8

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 141 sur 567

ſcilicet caro & comprimatur cum pulſu itidem paruo, debili, raro, tardo, quartanam arguit. Haud ſecus principium morbi cum febre acuta, paruo rigore, inſomnia, toleratione difficili, ſiti magna, nauſea & ſimilibus cauſum indicat. Cùm verò compoſitorum & commixtorum affectuum naturã difficile ſit primo die, præſertim homini non ſatis in ea re exercitato, agnoſcere: nihil mirum eſt, ſi non in omni principio liceat euentum morbi prædicere. Sed de hoc pluribus Gale. toto libro 2. Criſeon.

Capitis decimitertij Summa.

IN fine ſuperioris capitis vndecimi relicta ea, quę in manibus erat, hypotheſi per digreſsionem excurrerat Gale. in ea quę indicum Decretoriorúmque dierum ſpeculationem interturbant. Iam hoc capite abſoluto eo propoſito è diuerticulo redit in viam, & hypotheſim preſumptam perſequens, docet diem bonę aut malę Criſeos præſagire.

CAPVT XIII.

ITERVM igitur redeũdum ad propoſitum eſt: dicendumq; quòd ſi quis ad primum quidem diem acuta febre corripiatur, at ipſi tamen periculoſum nullum ſignum adſit, ſed in vrinis aliqua coctionis nota ſit deprehenſa, huic [2] *die quarto & nõ vltra morbus ſoluatur. Sin omnia contrà ad primum ſtatim diem lethalia deprehendantur, næ is planè intra diem quartum morietur. Quod ſi verò acutè quidem febricitet, nihil tamẽ ipſi lethale adſit, ſed & ne vlla quidem coctionis nota appareat, hunc ſanè ægrotũ quarto die liberatum iri non continget. Hic verò rurſum diſtinguere oportet, vtrum ſicut nulla coctionis nota ei adeſt, ſic &* [3] *longi tẽporis nota etiam nulla adſit: an verò præter quàm quòd coctionis abſunt indicia, longi etiam temporis ſigna adſint. Nam ſi vt coctionis, ita etiam & tẽporis omnino ſigna abſint. Circa ſecundum quaternionem morbus ſtatum accipiet. Sin longi quoque temporis ſignum adfuerit, omnino ſecundum quaternionem, hoc eſt ſeptimum diem excedet. Sed in quantũ tempus extendetur: id non licet in ipſo ſtatim initio dignoſcere, ſed*

ſequen

sequentibus diebus distinguetur. [4] Iam ex antedicta prænotione tantùm capies commodi ad probam victus rationem instituendã, vt intelligas oportere tantùm cibi indulgere, quanto vigor posterius futurus est. Cùm enim morbus peracutus est, extremos protinus labores habet, summéque tenuissimo victu vtendum est. Cùm verò minimè, sed pleniorem victum licet exhibere, tantùm de extrema victus ratione remittendum est, quanto extremis morbus fuerit remissior. Extrema videlicet statum morbi appellat. Sanè peracutum quoque morbum extremos labores statum habere dicit, hoc est, accessiones & symptomata: hoc verò nihil est aliud, quàm morbum vigere. Sed & secundo & tertio quoque die exactius multo intellexeris in quantam tẽporis longitudinem protẽdetur morbus is, qui in ipso statim initio indicat, quod secundũ quaternionẽ excessurus sit. In quarto verò etiã propius futurum statũ & Crisim conjicies. Nam si cruditatis temporisque signa nullo nec laudabili modo remitti videantur, etiam vltra tertium quaternionem longius morbus extendetur. [5] Sin manifestam aliquam mutationem faciat, neque tamen iam vllum coctionis signum in primo quaternione appareat, in tertio Crisis expectanda est. Quod si crudus adhuc morbus septimo die esse videatur, neque tamen insigne vllum & magnum tẽporis initium habeat: sperandum est in quartum quaternionem hoc est, decimumquartum diem eius morbi Crisim extensum iri: ac id planè iri determinatum in vndecimo. Vt enim quartus septimi, sic vndecimus decimiquarti est index. Sanè vbi hic vndecimus manifestum aliquod & omnino fidum coctionis signum ostẽderit: in decimoquarto Crisim futuram prædicit: sin obscurum signum fuerit, iam alijs signis animum oportet attendere. Nam si morbus celeriter moueatur, [6] & nihil obstet aliud, forsan etiam & decimusquartus decernat: sin minus, decimoseptimo Crisis eueniet. Quod si die vndecimo nihil prorsus fuerit indicatum, fieri non potest vt decimusquartus decernat. Considerandus verò hic est etiam totius morbi motus. Considerãda & omnia alia cùm symptomata tum signa, ánne videlicet decimoseptimo, an etiam decimooctauo, an vltra

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 143 sur 567

Criſis futura ſperãda ſit.[7] Interdũ ſiquidem etiã his diebus morbi iudicantur: plurimi viceſimo, nonnulli etiam viceſimoprimo. Amborum porrò decimusſeptimus eſt index: & magis quidem viceſimi: decimusoctauus autem ſolius viceſimiprimi. Iam verò ſi morbus quiſpiam mox ab initio non admodum celeriter moueatur,[8] ſed quaſi ardẽs inuadat, aliáque ipſi temporis longioris ſigna adſint: fieri hic non poteſt vt quis ſtatim ab initio eius morbi ſtatum præſagiat. Sed tamen conſtat ſatis ipſum intra decimumquartum diem non iri iudicatum. At in quantam temporis longitudinem protendi debeat, nondum manifeſtum eſt: ſed prius conſtituere oportet ac determinare periculoſusne ſit morbus, an verò minimè. Nam ſi periculoſus eſt, & præterea vires ægri imbecillæ, homo prius vita fungi præuertet, quàm morbus in longius tempus protendatur, ſin periculo vacat morbus: procul omnino Criſis eſt. Neque enim nota longi temporis index celeriter iudicari poteſt. Quantum igitur temporis ipſi morbo exactè accedet, non modo non primo die aut ſecundo tertióve, ſed ne quarto quidem deprehendere poſſe exactè ſperandum eſt. Verùm in conſequentium Decretoriorum dierum periodis perſpicuum euadet. In ſecundo quidem quaternione latior eſt coniectura: in tertio, accuratior. Nam ſi ad ſeptimum vſque diẽ cruditatis & temporis indicia vehementiora appareant, ante viceſimum diem Criſis eſſe non poteſt. At ſi moderatiora fiant, aut permaneant æqualia, poteſt. Si igitur ante diem viceſimum decerni non poſſe manifeſto noueris,[9] (noueris autem, vt dictum eſt, ſi temporis notæ vehementes fuerint) inſpice tertium quaternionem, & ſi adhuc in eo etiam cruditatis temporiſque ſigna intendantur, procul à viceſimo Criſim productum iri ſperato. At verò æqualibus ſignis manentibus: hic quoque poſt viceſimum venturam dicere licet: ſed iam tamen diem ipſum cognoſcere non licet: verùm tertius quartúſque quaternio ipſum indicabunt. Nam ſi ſemper & magis magíſque cruditatis ſigna remittantur, primo poſt tertiam ſeptimanam quaternario Criſim morbi expectato.[10] Sin nulla inſignis fiat mutatio, in quartam hebdomadam procedet. Morbi autem qui ad

decim

decimumquartum crudi omnino ſunt, & tardius quodammodo mouẽtur: quadrageſimo non citius iudicari queant. Quod autem quæ poſt quadrageſimum fiunt Criſes langueſcant, item quòd lentis coctionibus potius quàm ſubitis mutationibus tales morbi ſoluantur: 11 *& nobis quidem dictum eſt prius: & alijs omnibus quibus ars Medica curæ eſt, ita videtur, ſicut & Archigeni quoque. Sane interdum etiam in ijs diebus præcipites & ſubitæ mutationes fiunt, quemadmodum in ægrotis ab Hippocrate deſcriptis obſeruare & deprehendere licet. Præcognoſcendi autem ipſos dies Methodus hæc eſt. Nam ſignorum vires in vniuerſum oportet eum cognoſcere,* 12 *ſicuti etiam monebat Hippocrates, qui futuri præſagiendi planè peritus eſſe velit. At plerique eorum medicorum qui eiuſmodi cognitionem audent attingere, ad ſignorum numerum, non ad eorum vires reſpiciunt. Sed enim hæc in Commentarijs de Criſibus tractantur. Iam tempus poſtulare videtur, vt diſſenſionis cauſas attingam, conérque ipſam ratione & experientia dijudicatam componere. Nam his duobus alibi etiam oſtẽdimus omnes, quæ in Medicina oboriuntur quæſtiones & controuerſias dijudicari.*

Dicendúmque quòd ſi quis ad primum diem, &c. πάλιν ἂν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανιέον, ὡς εἴπις πρὸ τῆ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὀξέως μὲν πυρέττει, &c. Eadem fere hypotheſis eſt, quod & ante monui, libr. 3. Criſ. cap. 4. quo loco τὸ νόσημα φιλοχρήσατα ἔχειν σωτηρίας σημεῖα dicit, quod hic μηδὲν ἔχειν κινδυνῶδες σημεῖον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῖς ὄροις πέψεως τι γνώρισμα ἐυρεθῆναι. Aequipollent enim hæc, manifeſtiſsima ſigna ſalutis habere, &, non ſolum nihil periculoſum aut lethale habere, ſed præter id etiam in vrinis verbi gratia, ſignum aliquod coctionis inuentum eſſe, quod etiam colligere licet ex cap. 16. lib. 1. Criſ. 1

Die quarto non extra. Quemadmodum non ſolum nullo periculoſo ſigno preſente, ſed & coctionis nota primo etiam die apparente morbum intra quartum diem ad bonum iudicari ſolere innuit, ita primo ſtatim die lethalibus ſignis apparentibus ſine vlla etiam coctionis nota ægrotum ad malum iudicari, id eſt, 2

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 145 sur 567

mori cõtingere affirmat,intra quartum autem,id eſt, tertio die, quia vt peracuti de quibus nobis nunc ſermo eſt, primo die vehementiſsimam habent acceſsionem,ita eam quæ tertio die fit, primæ proportione reſpondentem nanciſcuntur.Per vehementiores autem acceſsiones Criſes fieri & morbos qui imparibus commouentur,citius Criſi terminari didicimus,vt commen.4. in Aphor.36.Ab hac tamen regula Philiſcus qui primus eſt Cõſtitu.3. primi Epide. exceptus eſſe videtur:nam licet hic primo die acuta febre correptus eſſet,ac tertio die ad occaſum periculoſa cum ſigna tum ſymptomata habuiſſet, extra quartum tamen (ſexto enim obiit)iudicatus eſt.Sed Gale.eo loco notat acceſsiones diebus paribus in eo factas fuiſſe,ipſumquemet ad diẽ octauum ſufficere potuiſſe, ni quintus ſanguinis puri ſtillã cum frigidis ſudoribus nec amplius recaleſcẽtibus,vrinis item nigris, attuliſſet,quæ omnia ſatis arguebãt eum acceſsionem ſexto die futuram perfere non poſſe,idem & Sileno, qui Philiſcum in ordine ſequitur,contigiſſe comperies. Porrò in acutis & peracutis lethalia & periculoſa ſigna ſunt hæc· Rigor inuadens ægrum iam debilem,Aphor.46.comment.4.Externę partes frigidæ internis ardentibus,ibidem Aphor.48.Labrum,oculus, ſupercilia peruerſa:ibidem Aphor.49.Difficultas ſpirãdi,delirium,ibidem Apho.50.Conuulſio & circa viſcera vehementes dolores,pauores per ſomnum,Aphoriſmis 66.& 67.Commenta.4.ſudor multus,frigidus,ibidem Aphoriſ.42. Extrema liuida & frigida Progn.2.& paſsim.

3 *Nota longi temporis.* Quia de morbis acutis & peracutis etiam nobis hic ſermo eſt,lõgi temporis indicia hic inaudire oportet, non quæ morbum ad quadrageſimum diem aut vltra protendi debere indicent,ſed quæ ad ſecundum quaternionem vt longiſſimum ſi peracutus ſit morbus, aut ad tertiũ aut vero quartum vt longiſsimum,ſi is tantum acutus ſit.Nam ſeptimus peracutorum, decimusquartus acutorum terminus eſt longiſsimus, vt Apho.7.Commen.1.& 23. Commenta.2.& infra cap.8.tertij,ſi qui vero acuti aut peracuti ſuum illum terminum excedãt,iam in aliorum naturã degenerantes neque amplius acuti dicuntur aut peracuti ſimpliciter ſed cum addito, vt infrà, indicia verò ſeu notæ lõgi tẽporis ſunt:Morbus non ita vehemẽs,motus eius tardus,humor ipſum committens frigidus,ſudores frigidi cum

febre

febre mitiore vt Apho. 37. quarti, mutationes toto corpore accidentes ibidem Aphorif. 40. febricitanti fudor fuperueniens febre ægrotum non deficiente ibid. Aphor. 56. Variæ deiectiones, vt in fine cap. 11. lib. primi Crif. Quod autem dicit: Vtrum ficut nulla coctionis nota et adeft &c. intelligendum eft duplicia effe & concoctionis & cruditatis figna. Alia fiquidem exquifita funt. Alia inter cruda & cocta media quæ femicocta dicuntur. Exquifita concoctionis figna funt, in vrinis: contenta alba, læuia, & æqualia. In deiectionibus: Excrementum molle, coniectum, fubruffum. In fputis, fputum neque bili flauæ aut nigræ permiftum. Media, in vrinis figna funt: color fubruffus aut fubflauus, cum conſiſtentia tenui. Nam quâ quidem tenuis: cruda exiſtit: quâ verò talem habet colorem, iam cõcoquitur, vt Prognoft. 2. & primi de Criſib. cap. 7. Item cum contenta alba quidem & leuia funt, non tamen æqualia, ſed diuulſa & minimè continua. Et in cæteris excrementis pari ratione. Prioris generis figna, nunquam cum fignis longi temporis concurrant, quippe concoctio celeritatẽ iudicij & ſecuram ſanitatẽ indicat, vt Epid. 1. Poſterioris verò generis figna cum longi temporis notis poſſunt concurrere. Dicit autem fieri interdum vt nulla neque cõcoctionis, neque etiam longi temporis nota die quarto appareat, quo caſu docet morbum in ſecũdo quaternione finem eſſe accepturum. Hic enim terminus eſt peracutorum quam longiſſimus. Interdum verò longi quidem temporis ſignum adeſſe: nullum autem concoctionis tradit: quo caſu docet etiam morbum ſecundum quaternionem eſſe exceſſurũ, & iam non peracuti, ſed acuti naturam induturum. Neque tamen definiri poſſe exactè dicit, in quantam temporis longitudinem protrahi debeat. Certum eſt autem morbũ, ſi verè acutus ſit, decimũquartum non eſſe exceſſurum: ſed poſt ſecundum quaternionem eo longius iri protractum iudicandum eſt, quo vtraque figna cruditatis dico & longi temporis diutius perſeuerauerint. In idem autem recidunt: nulla coctionis figna apparere, & cruditatis ſigna apparere, hoc Græce dicit Gale. πὰ τ ἀπεψίας σημεῖα φαίνεσθ, illud ὅδεν γνώρισμα πέψεως φαίνεσθ, quibus indifferenter hoc loco vtitur.

Iam ex antedicta prænotione. Huc ſpectant, inquit, omnes præ- 4
cedentes de diei Critici præſagitione & præuiſione hypothe-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 147 sur 567

ſes, vt Medicus perſpecto die Critico & cognito, probam victus rationem & morbo conuenientē queat pręſcribere, & hac ratione naturam ad morbi profligationem iuuare. Nam victus ratio in vtramuis partem plurimum valet, ad ſanitatem dico recuperandam, ſi probè inſtituta ſit, & ad mortem inferendam, ſi minus probè aut præſcripta ſit aut ſeruata. Aphoriſmus autem quem hîc citat Galenus, eſt Aphor. Commen. primi ſeptimus, & de ratione victus acutorum præter librum particularem hoc titulo inſignitum, habes Aphoriſmos à quarto ad vndecimum Comment. 1.

5 *Sin mutationem aliquam manifeſtam.* Melidiam decimamquartam Conſtit. 3. primi Epid. pro exemplo huius theorematis habebis, quam, cum primis ei diebus muliebria apparuiſſent, quarto die vrinas boni coloris facere cœpiſſe, eſt veriſimile: ſed tenues, ac proinde cruditatem, quanquam non exactam, indicantes. Ea tertio quaternione, hoc eſt, vndecimo die perfectè iudicata eſt, &, vt notat Galen. naturæ robore ſeruata.

6 *Si nihil obſtet aliud.* Hoc dicit: Ni quod extrinſecus erratum admittatur, forſan & decimuſquartus decernat: qui ſi propter erratum aliquod non decreuerit, aut decreuerit quidem, ſed imperfectè: Criſis vel in decimumſeptimum, vel in aliquem decretorium ſequentium incidet.

7 *Interdum ſiquidem his diebus.* Hoc dicere velle videtur: Quanquam decimuſeptimus & decimuſoctauus de ſua natura indices ſint, & prænuntij, fit tamen interdum, vt iidem ipſi decretorij etiam ſint: quod & itidem etiam de iis qui hos antecedunt dici poteſt: de quarto dico & vndecimo. Nam quanquam hi indices ſunt, ſeu prænuntij, decernunt tamen plerunque & ipſi, vt experientia deprehendere licet, de morbis, quod fieri cuipiã videatur, & quia quaternarium finiunt & quia alterũ incohant. Et quatenus quidem quaternarium finiunt iudicatorij eſſe: quatenus alterum incohant indices eſſe & prænuntij. Sanè ſi morbus aliquis primo, tertio, aut ſequentibus primis quaternariis, de incibus enim loquor, iudicari habeat: primis duodecim horis ipſorum indicum primos ſeptimanæ cuiuſque quaternarios finientium

tium,putà diei quarti vndecimi & eorum qui his proportione reſondent,iudicabitur.Si iudicari non habeat, ſaltem poſtremis duodecim horis illorum dierum (de indicibus inquam loquor) indicabitur quid die decretorio proximè ſequenti ſit futurum. Et quia decimuſſeptimus viceſimi nonnullis,aliis decimuſoctauus viceſimiprimi index eſſe videtur(huic enim vt ait Galenus diſcordiæ inter medicos initium)hic vtriſuis ſatisfacere volens Galenus vtrũque indicem & quaternarium ſuum, vt explentem ita alterum incohantem dicere voluit.Nos ſequenti Commentario catalogum dierum ſurgentium ab ordine vtriuſque decimiſeptimi dico & decimioctaui contexemus, vt lectori indicemus indices dies ex doctrina Hippocratis & primos quaternarios finire & ſecundos incohare. Mirum autem cuiquã videri non debet quòd Galenus de morbis acutis loquens (illorũ enim Criſes ſunt)dierum etiam decimiſeptimi, decimioctaui,viceſimi, viceſimiquarti & aliorum etiam mentionem faciat. Nã præterquam quòd acuti interdum ſuum illum dierũ 14. terminum excedunt, & in alios morbos degenerant, vnus etiam & certus limes ipſis aſsignari non poteſt:ſed doctrinæ gratia hunc illis limitem aſsignamus:docente etiam Galeno Commentar.in cap.6.& 10.tertij Prognoſt.

Sed quaſi ardens inuadat. Græca litera habet poſt alia, νόσημα 8
μὴ σφόδρα ταχέως κινούμενον, ἀλλ' οἷον συνεχόμενον ἐισβάλλει, &c. Omnino ardens eſt cauſus exquiſitus. Quaſi ardens, &, vt hic dicit οἷον συνεχόμενον, quaſi non omnino ardens eſt cauſus nothus,vel etiam pituitoſus & iccirco mitior. Antiquus interpres νόσημα οἷον συνεχόμενον demerſum, & in profundo deliteſcentem videtur intellexiſſe.Sic enim conuertit hunc locum: Et quando videris ægritudinem à principio ſui moueri motu non veloci: ſed febris erit debilis, quaſi ipſa ſit ſepulta in profundo corporis,&c. Sed parum refert vtro modo conuertas, cùm ambo in idem ferè recidant. Dicit enim Galenus in iis morbis qui non celeriter admodum mouentur,ac proinde omnino ardentes nõ ſunt,ſed in quibus velut in profundo demerſa febris deliteſcit, ſiue qui quaſi ardentes ſunt,concurrentibus ad hæc notis longi temporis non facilè eſſe ab initio ſtatum morbi præſagire: ſed ne in ſecũdo quidem quaternione id licere. Nam in eo ſecundo dico quaternario latius eóque incertius coniicere licet,cùm lon-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 149 sur 567

gius à Crisi abſit morbus. At in tertio quaternione quasi morbo propius accedente ad Crisim, accuratius licet quid ſit futurum coniicere. Sed quî liceat exemplis maifeſtiſsimis declarat. Porrò in quem diem recidat primus poſt tertiam hebdomadã quaternarius, videbis apertè in dierum ordine quos per quaterniones ſecundo Comment. digeſsimus.

9 *Noueris autem vt dictum eſt, &c.* Vterque codex legit, εἰ δ' ὡς εἴρηται, σφοδρῶν τῶν γνωρισμάτων τὸ χρόνε γινομένων, &c. cum tamen meo quidem iudicio legendum ſit, σαφῶς ἂν εἰδείης, εἰδείης δ' ὡς εἴρηται, σφοδρῶν, &c.

10 *Sin nulla inſignis mutatio fiat.* μὴ πάνυ δ' ἀξιολόγε γενομένης τῆς μεταβολῆς, &c. Si Criſis, inquit, primo poſt tertiam ſeptimanam quaternario, id eſt, viceſimoquarto die non contingat, in quartam hebdomadam, id eſt in viceſimumſeptimum procedet. Cęterum inſignem mutationem nanciſci, & indicari, idem eſſe docet Gale. Commenta. 1. in Aphor. 23. Quia vero de acutis nobis hic ſermo eſt, dicit quòd ſi qui eorum intra diem decimumquartum (quem eorum quamlongiſs. terminum eſſe ſuprà etiam ex Aphoriſ. nuper citato docuimus) imperfectè & per ἡμιτρίτους iudicationes fuerint indicati, & in quartam hebdomadam ſine vlla magna mutatione progreſsi etiam fuerint, eos non ſolere ante quadrageſimum iudicari, quo caſu non iam acuti ſimpliciter ſed acuti intra quadrageſimum ſeu per prioris ſtatus immutationem aut etiam à ſua ſpecie degenerationem vocari ſolent, vt ex hiſtoria vxoris Epicratis quæ ordine quinta eſt Conſtitu. 3. primi Epidemion.

11 *Et nobis quidem prius dictum eſt.* In fine ſcilicet capit. 10. ex quo loco repetas licet quæ ad hunc locum faciant. Cęterum humorum craſſorum & crudorum copia cauſa eſt prorogationis febrium, atque adeò quod Criſes quæ poſt 14. ſunt lentis potius coctionibus ſoluantur, quàm ſubitis mutationibus iudicentur, eóque maxime ſi nulla adſit phlegmone partis alicuius curatu difficilis, & ſi nullum extrinſecus erratum admiſſum ſit, vt Commentario in caput decimum libri tertij Progn. Quod verò etiam ὀξεῖαι μεταβολαὶ, id eſt, ſubitæ & præcipites mutationes fiant in iis diebus qui poſt quadrageſimum ſunt, deprehendes ex Cleonactidæ hiſtoria, quem ſextum ordine reperias Epid. 1. hic

rigore

rigore primùm,deinde acuta febre correptus, octogesimo vrinis sedimentum rubrum habentibus & læue sudore multo perfectè fuit iudicatus. Et qui in Dealcis horto iacebat,à recidiua quæ decimoquarto contigit,deiectionibus pituitosis, albis,subfrequentibus,sudore multo per totum corpus manante quadragesimo perfectè iudicatus est.

Sicuti etiam monebat Hippocrates. Libri 3.Progn.cap.15.Oportet,inquit,eum qui sit rectè prædicturus sanitatem & mortem in quibus morbus pluribus diebus fatigaturus est,& in quibus paucioribus indicia & signa edisserdo omnia interstinguere,çstimando vires eorum inter se,&c.Ex Hippocratis ergo doctrina non tam signorum numerum in prædicẽdo quàm eorum vires perpendere oportet.Neque enim quæ plura sunt, illa omnino paucioribus sunt potentiora.Sæpe enim signum vnum forte multis debilibus fortius existit,Galeno lib.1.Crisecon cap.13. 12

Finis libri primi Galeni de diebus Decretorijs Ioanne Lalamantio Hæduo interprete.

t 4

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER SECVNDVS,

Ioanne Lalamantio interprete & enarratore.

Capitis primi Summa.

QVæ ſuperioris libri capitibus aliquot fuſe dicta ſunt, hîc paucis & ſummatim repetit, ac ſimul proponit quid hoc ſecũdo Commentario ſit tractaturus.

CAPVT I.

SVPERIORE[1] *quidem, & eo qui hunc præcedit Commentario tota, quæ ex diebus Decretorijs ad artem Medicam dimanat vtilitas tradita eſt. Cur autem non omnes eodem modo de omnibus ſcripſerint, & id quoque antea dictum eſt. Sed in quonam ipſorum nõnullos errare, in quonam item alios rectè ſentire contigerit, id nondum eſt oratione explicatum. Hoc igitur primũ in præſenti libro repetendum eſt. Deinde & cauſa explicanda, ob ob quam neque omnium dierum numerus eſt decretorius, neque qui decernere nati ſunt, eandem omnes habent facultatem. Cæterum cum omnia quæ ad artem Medicam ſpectant partim experientia, partim ratione, partim etiam horum vtroque inueniantur probentúrque, danda certè hic opera eſt, vt ambobus inſtrumentis erratum conuincamus, rectè ſcriptum autem laudemus & probemus. Porrò autem ſi obſeruatos à me ægrotos hic adſcripſero ad confir-*

mandum

mandum quod experientia in prædictorum dierum assertione primas tenet, eósque decernendi munere dotat, mentiri fortasse cuipiam videar, quo satius esse mihi visum est, illos quos Hippocrates vir, vt cæteris fide dignior, ita omnium consensu iudicij vir integerrimi, obseruauit, in Commentarium redigere.

SVPERIORE quidem & eo qui, &c. Græca vtriusque codicis litera sic habet. ὅσον μὲν ἐς τὰ τῆ ἰατρικῆς ἔργα χρήσιμον ἐν τῷ πρὸ τοῦ λόγου σύμπαν εἴρηται, cum tamen ex veteri interprete sensu ita postulante legendum sit, ὅσον μὲν πρὸ τῶν κρισίμων ἡμερῶν ἐς τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔργα, &c. Ea porro ex decretoriis diebus ad artem medicam dimanat vtilitas, quod eos morbos, qui die decretorio & eo potius qui primæ notæ sit quàm qui secundæ, iudicati sunt, sine vllo recidiuæ metu securius multo & fidelius iudicatos esse pro certo habeamus, quàm eos qui alio die, siue is Criticus sit sed inferiores notæ, siue non Criticus, sunt iudicati: id antea cap. 4. lib. 1. ex collatione septimi cum sexto pluribus demonstratum est. De duobus autem iccreo non omnes eodem modo scripserunt, quod alij non ante longam experientiam, accuratámque obseruationem. Alij non longa adeò expectata experientia, sed vna atque altera obseruatione contenti de iis scribere aggressi sunt. Cætera, de quibus se dicturum profitetur, suo loco tractabuntur. 1

Capitis secundi Summa.

ET hoc etiam capite Galenus pauca quædam eorum quæ sparsim antea de experientia dicta sunt, repetit, ac subdit. Oportere eum naturalis philosophiæ principia admittere, & in eiusdem partis libris esse versatum, qui dies Criticos velit per experientiam examinare, & de iis ipsis certum tandem ferre iudicium. Nam si quis eius partis philosophiæ, quę de natura est, principia admiserit, & in ea etiam diligéter fuerit versatus, is profecto & concedet & intelliget naturę motus esse ordinatos, ac proinde ipsam non quibusuis sed statis tãtum diebus de morbis decernere, potissimum si materiam domare potuerit, fatebitur idem etiam ac intelliget superiorum corporum lationes, quæ & ipsa motus seruant constantissimos, hæc inferiora regere, & plurimum ad morborum Crises valere, imò verò efficere & causas esse vt septimani circuitus quaternariis circuitibus frequentius, tutius, & perfectius decernant.

CAPVT II.

ET primum quidem quod ad experientiam attinet, id quod confusè indistinctéque antea, cum eius mentionem facerem, dictum est, definitè iam & breuiter percurram, certisque limitibus circumscribam. Id vnum verò primum inter alia dictum est, dierum decretoriorum examinationem in omnibus passim ægrotis fieri non esse necesse. Illos solos eligendos, & in experimentum assumendos in quibus neque ipse Medicus, neque æger, imo neque assidentes quicquam erraverint, aut verò etiam eos quibus nulla extrinsecus noxa obtigerit. Deinde & hoc dictum est, Morborum principia non ex contemplabili quapiam & rationi innixa coniectura, sed ex ipsa energia & actione esse auspicanda, cum primum scilicet æger ipse manifestè adeò sensit morbum sic se inuadentem vt præsentem quempiam & obuium quemuis Medicū consulere deliberarit. Tertium & hoc dictum est, quomodo quis possit, cum in plures continuos & ordine sese consequentes dies Crisis diuisa fuerit, cuiusnam diei propria sit dignoscere. Nam si quispiam, his prius non constitutis & perspectis ad examinandos per experientiam dies decretorios accedat, mirum in modum falletur. Et quod ad ipsam quidem experientiam attinet, talis ratio est. Quomodo verò ipsam eam ratione dijudicari & confirmari oporteat, deinceps percurram. [2] Naturalem certè eum esse oportet, qui hæc discernat & iudicet, persuasúmque habere, Naturam omnino sufficere, & summa quadam prouidentia corpori nostro prospicere. Item proprios etiam ipsam motus ordinatósque, si quid aliud habet, habere. Horum nonnulla ex libris de vsu partium licet colligere. In his enim accuratè demonstratum est, summum naturæ in animali fingendo artificium extitisse. Nonnulla verò etiam in fœtuum incremento, perfectione & partu. Nam in singulis animantibus vterum gerentibus suum exactè partus statutum tempus seruatur, natura videlicet ordinatos semper motus & ratos habente. Sed & [3] similiter etiam post

editio

editionem in lucem cuiusque animantis fit auctio, sicuti & ætatis vigor perfectióque ac tandem etiam inclinatio statis definitíque subsequitur temporibus. Verum enim eum, qui libros de facultatibus naturalibus, & pariter etiam omnes alios quos particulatim de singulis naturalibus actionibus conscripsimus perlegerit, persuasum iri opinor, & admiratum[4] quanta cum prouidentia ordinéque naturæ motus procedant & progrediantur. Sane si quis hæc persuasus artificium simul & ordinem naturæ fuerit admiratus, ac recordatus ad hæc etiam fuerit quantum eadem ipsa natura cum prouidentia tum etiam ordine à cælestibus corporibus superetur, comatam credo inordinationem quandam terrestris huius substantiæ motui attribuet. Quin & omnem etiam pulchritudinem, quanta scilicet hic esse potest, omnem constantiam, omne denique quicquid hic est artificiosum cœlitus ingenerari affirmabit. At inordinatum & erraticum ex materia hac terrestri prouenire. Atque hæc Græcorum omnium, quorum memoria ad nos peruenit, primus Hippocrates credidit persuasúmque habuit, & post eum philosophorum præstãtissimi. Ac nisi prolixior futura esset oratio, certè ad prædictorum dogmatum confirmationem, demonstrationum, quas illi adferunt, mentionem facerem. Verùm hæc præsenti instituto sint satis. Oportet igitur Medicũ, qui artis Hippocraticæ dignus esse velit, si quid aliud, & hoc quoque in iudicio de experientia ferendo domo venire persuasum, quòd scilicet Natura res quædam constans est & ordinata, item quòd proportionibus quibusdam definitis & circuitibus ordinatis motus eius fiunt, vbi scilicet ipsa materiam domuerit.[5] At ea quæ temere aliquando ordinéque naturæ confuso & perturbato eueniunt, tunc accidunt cùm illa non planè materiam vicerit, domuerítque, sed cum ab ea impeditur prohibetúrque suis modulis & proportionibus moueri.[6] Hoc si quis sibi persuaserit, & per experientiam didicerit septimi diei Crises tutas simul & perfectas esse, sine periculo, notabiles, claras, frequentes, nécnon etiam & eam quæ decimo quarto euenit, huic esse adsimilem, id si didicerit inquam, & præterea etiam quòd quartus septi-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 155 sur 567

mi sit index, subibit statim & de septenario considerare quippiam. Nam si primâ septimanâ bifariam diuisa quartus sectionem recipiens, qualis finis futurus sit prænuntiat, sitque eadem secundæ septimanæ ratio, quomodo non intelliget quispiam septimanam quamque perfectam esse periodum, cum medium æquè ab vtroque extremo distet, & propterea quoque ad ambo extrema communionem similem obtineat? quod quartus quidem morbos qui primo die non cessarunt, soluere ipse molitur, vndecimus similiter eos quos septimus non discussit. Quod si morbus maior fuerit, quàm vt quarto die iudicari potuerit, hic quidem apparat ad Crisim morbum, at finem septimus imponit: pari ratione qui morbi septimo non quieuerunt, eos vndecimus iudicare conatur. Atque sic vel ipse iudicat vel decimoquarto iudicandum præparat, quo etiam die rursum similis incunda ratio est, in eandémque considerationem veniendum.

7 An verò numeri ipsi agere nati sint, an motus ordinatos sequantur, non agentes quidem ipsi, sed substantias quæ temporis spatio agunt concomitantes, philosophis considerandũ relinquo. 8 In summa vero vbi quis admiserit id quod vtrisque pariter in confesso est, vt pote & cælestes substantias proprias semper motus proportiones seruare, & iam etiam in terrenis animalibus cùm inculpata planè sanitate fruuntur, alteri animali alterâ esse gestationis vteri, partionis, incrementi, absolutionis, vigoris, inclinationis & dissolutionis numeri proportionem, is nimirum crediderit decretorios quoque dies & numerum quendam ordinatum habere, & esse interdum cum is ordinatus motus in morbis ab affectibus præter naturam confundatur & interturbetur. 9 Sane si quis, vt ante dixi, experientiæ sese totum tradiderit, septimanas sanéquam validas reprehendet post has, quatermores. 10 Considerabit vero etiam is intercalares dies, puta tertium, quintũ, sextum, nonum qua scilicet ratione factum sit vt facultatẽ decernendi habuerint. 11 Multò verò etiã magis inquiret scrutabitúrque de septimodecimo, decimooctauo, vicesimo, vicesimoprimo omnibúsque deinceps his proportione respondentibus. Nam si in vicesimũ diem tres septimanæ finiunt, vt censet

censet Hippocrates, certe dicimũ septimũ vicesimi esse indicè oportet. Excidere autem è primo dierum decretoriorum ordine decimum octauum & vicesimum primum. Sin integræ hebdomades connumerandæ veniunt, decimus octauus vicesimi primi index erit, [12] *at rationem nullam decretoriam habebunt decimus septimus & vicesimus.*

ET primum quidem quod ad exper. Primum inquit, summatim hic repetam & in pauca contraham id quod pluribus ante locis de experientia confusum inconclusum & indistinctum relictum fuit, cùm eius meminissem. Sic autem habet litera Græca· καὶ πρῶτον μὲν ἐν συγκεχυμένῳ τι καὶ ἀδιορίστῳ τῇ τῆς πείρας ἕξει καὶ πρόσθεν ἐμνημόνευσα πρὸς τὸν διορισμὸν ἀναμνήσω. Quæ autem hic quasi in memoriam suggerit Gale. fusius antea capitibus vndecimo, sexto & octauo dicta sunt 1

Naturalem certè eum esse oportet. φυσικὸν εἶναι χρὴ τὸν ταῦτα κρινοῦντα. Ἀπὸ τῆς φύσεως, id est à naturæ vocabulo philosophorum nonnullos nomen sortitos esse & φυσικοὺς, id est, Naturales nuncupatos docet Hippocrates initio libri de Natura humana. Porrò verò qui Physici seu Naturales fuerint appellati, tum demum intelligemus, cùm quid sit Natura didicerimus. Sanè Philosophorum præstantissimi Naturã duplicem faciunt. Vniuersam aliam, aliam particularem. Et vniuersam quidem eam vocant, quæ naturas omnes ipsa cohibeat, & complexa contineat, quæ eadem diuina & melior Natura seu ratio, aut etiam omnia regens & gubernans Pronæa dicitur: quam etiam nõnulli definientes dicunt esse vim quandam rationis participem atque ordinis tanquam via progredientem: id in summa nihil est aliud quàm Deus opt. max. rerum omnium δημιουργὸς & opifex: abs quo vt omnia proficiscuntur, ita in eum redeunt vniuersa. Hac significatione Naturam vsurpamus cùm dicimus: Natura nihil facit frustra. Natura rerum parens est & artifex. Natura mundus constat, & administratur: id enim est Pronæa & Dei prouidentia. Hoc naturæ significatum næ Poëtæ quidem ignorauerunt. Nam de ea vniuersa dico Natura. Ouidius libro primo Metamorph. sic cecinit: 2

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 157 sur 567

Hanc Deus & melior litem Natura diremit.

Particularem naturam vocant vim quãdam ſine ratione cientem motus in corporibus neceſſarios, quam definitionem approbare videtur Galenus cap.6 lib. primi de cauſis morborum, cùm dicit morbos qui cum fluxione fiunt, cauſari Natura à partibus principibus ad ignobiles propellente id quod redundat, ſine tamen ratione aut mente. Quinetiam eadem vis facultas ſeu particularis Natura cap.1.lib.2.de cauſis Sympto.dicitur facultas omnis qua regitur animans ſiue à voluntatis noſtræ, vt inquit ille, pẽdeat arbitrio, ſiue ſecus. Quo loco quanquam Galenus inſtituto ſuo ſeruiẽs de ea tantùm vi & facultate quæ animantia regit & gubernat, loquatur: nihil tamen prohibet quominus & ad alias etiam res quæ in vniuerſo ſunt extendatur, & ſic mihi definiatur Particularis natura facultas quædam eſt inſita rebus, quæcunque ab vniuerſa illa & priore natura, id eſt, Deo opt.max.creatæ ſunt, & quæ cælis & ambitu etiã cælorum continentur, qua vi res ipſæ quandiu ſunt reguntur, conſeruantur, & ad agendum incitantur. De hac particulari partium mũdi natura locutus eſt etiã Ouidius loco ſuprà citato his verbis:

Ante mare & terras, & quod tegit omnia, cælum,
Vnus erat toto Naturæ vultus in orbe
Quem dixere Chaos, &c.

Intelligendum verò eſt vniuerſam Naturam nullam rem impedire poſſe, propterea quòd ea Naturis omnibus particularibus præſit, eáſque cohibeat & contineat. Particularibus verò Naturis multa externa poſſe obſiſtere. Vtriuſque Naturæ vniuerſalis dico & particularis iiſdem verſibus Poëta videtur meminiſſe: dum ſic lib.6. Aencidos cecinit:

Principio cælum ac terras campóſque liquentes
Lucentémque globum Lunæ titaniáque aſtra.
Spiritus intus alit, totámque infuſa per artus
Mens agitat molem & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudúmque genus vitæque volantum,
Et quæ marmoreo monſtra fert ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor & ſpiritalis origo
Seminibus quantum non noxia corpora tardant.

Quin & æque etiam apertè vtramque Naturam agnoſcit & depingit Georg.4.in hanc ſententiam,

Hu quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti,

Eſſe

Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aetherios dixere: Deum namque ire per omnes
Terrásque tractúsque maris cælúmque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quemque sibi tenueis nascentem arcessere vitas.

Hinc etiã M. Manilius in Astronomicis ad Augustum cecinit:

Hoc opus immensi constructum corpore mundi
Membráque naturæ diuersa condita forma
Aëris atque ignis, terræ pelagíque iacentis
Vis animæ diuina regit, sacróque meatu.
Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat.

Sane suo cuiusque rei naturalis semini tanta vis est ab vniuersa illa natura, id est, Deo opt. max. diuinitus & cælitus inspirata, vt quanquam ipsum cuiuslibet rei semen sit perexiguum, tamẽ si inciderit in concipientem cõprehendentémque naturam, natúmque sit materiam qua ali augeríque possit, ita fingat & efficiat in suo quodque genere, partim vt tantummodo per stirpes alantur suas, partim vt moueri etiam & sentire & appetere possint, & ex sese sui similia gignere. Physici ergo seu naturales iure dicendi sunt Plato, Aristoteles, Parmenides, Melissus, Hippocrates, Galenus & quotquot cum his vtranque Naturam, vniuersam inquam & particularem posuerunt, id est, quos non puduit rerum omnium vnum motorem & auctorem principio & fine carentem agnoscere & admittere. Cùm è nostris hominibus & Christianismum professis reperiantur, prò dolor, qui particularem tantùm naturam admittant, vniuersam reiiciant, nec agnoscant: & ab illis ingenio summis & antiquitate nobilitatis viris, vt interim de Christianis taceam, ad Atheum Diagoram nescio quem deficiunt, inque Atheismum præcipites ruunt. Sed his ego bonam mentem è diuerticulo in viam redeo. Dicóque Hippocratem cùm dicit Naturam prorsus sufficere, & summa quadam prouidentia corpori nostro prospicere, hoc dicere: Diuinam seu naturam seu rationem, id est Deum omnia gubernãtem & administrantem, omnibus & singulis mundi partibus ita prospicere & prouidere, vt is solus sufficiat, & per se sine vllo doctore, quæ opus sunt, agat. Quasi innuat. Particularem cuiusque rei naturam de se nihil posse: sed ali, augeri, conseruari & ad opus quéque suum & functionem impelli & quasi sollicitari ab illa diuina prouidentia quæ vim suam toti mundo & sin-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 159 sur 567

gulis etiam partiũ eius partibus impertiat & inſerat. Eam ipſam diuinam dico naturam Galen.lib.primo de Natur.facult. docet Hippocratem iuſtam nominauiſſe,cámque ſemper & miris laudibus extuliſſe & eſſe admiratum. Quinctiam quod eadem vis diuina & ratio ſumma quadam prouidẽtia corpori noſtro proſpiciat paſsim docet Galenus,nominatim verò & apertè libro ſecundo de vſu partium de muſculis brachij & vlnæ in hanc ſententiam poſt alia loquens. Sed ſi quis vnquam alius opifex æqualitatis, & proportionis magnam habuit prouidentiam:certè natura habuit in animalium corporibus conformandis:vnde Hippocrates eam rectiſsimè iuſtam nominat.Et initio item lib.17.At eo certè nomine,inquit,mihi ſubit viros illos admirari qui naturam aiunt arte carere, ſi ſtatuarios quidem laudant cùm partes dextras ſiniſtris æquales omnino fecerint. Naturam autem non laudant, quæ præter partium æqualitatem, actionem etiam exhibuit,ac prętereà ſtatim vt animal genitum fuit, earum vſum ipſum edocuit. Id autem quale ſit declarat initio lib. 1. eiuſdem operis de vſu dico partium. Omne animal inquit, ſuæ ipſius animæ facultates ac in quos vſus ſuæ partes polleant maximè nullo doctore præſentit: alioqui cur paruus aper iis,quos adhuc exiles habet,dentibus mordere quidem:ſed non ad pugnam vti conatur: iis autem,quos nondum habet,ad pugnam vti gliſcit? Qua igitur ratione dici poteſt,animalia partium vſus ab ipſis partibus doceri, cùm & antequam illas habeant,hos cognoſcere videantur? Si etenim tria oua acceperis, vnum aquilæ, alterum anatis, tertium ſerpentis & calore modico foueris,animaliaque genita rupto putamine excluſeris:illa quidem alis volare conantia antequam volare poſsint, hoc autem reuolui & ſerpere affectans videbis,quamuis molle & inualidum ſit: multa in hanc ſententiam toto eo loco dicuntur, ex quibus apparet Naturas animalium eſſe indoctas. Ipſam naturam per ſe ſufficere. Summum eius in animali fingendo artificium extitiſſe. Eandem denique ſumma prouidentia corpori noſtro proſpicere. Cæterùm quod ad fętus incrementum, perfectionem eius & tempus partus attinet,altius paulo res mihi repetenda eſt,vt oſtendam Naturam ſolertẽ artificioſámque eſſe, & motus item eius eſſe conſtantes & ordinatos. Huic igitur dicendi faciam initium.Maris genitura in vterum eiaculata, & ab eius non ore tantũ, ſed & partibus omnibus ad ſui oblectationem

nem attracta cum genitura fęminina ſolet concurrere. Et ſi quidem generatio, quæ eſt ſubſtantialis formæ huius, vel illius animalis in genitura tanquam in materia acquiſitio, ſecutura ſit, contractum vterum eam materiam facultate ſua retentrice ita detinere & vndiquaque complecti oportet, vt ne ſpecilli quidē mucronem admittat. Atque eo tempore alteratrix & formatrix facultates generationis velut miniſtræ in eandem animali generando ſubiectam materiam certatim agere occipiunt. Vt enim ex iniecto in vterum ſemine os fiat, neruus, cartilago, arteria, vena aut alia quæuis pars, alteratam prius eſſe oportet à qualitatibus quatuor calido inquam, frigido, humido, & ſicco ſubiectam, vnde animal generatur ſubſtantiam: vt verò congruentē figuram, magnitudinē, ſitum, cōnexionē, apophyſes aut epiphyſes habeat, à ſpiritu formatore effingi eā oportet, quæ alteratur materiā. Ergo alteratrix facultas quatuor prędictis qualitatibus agens, ſed potiſsimum tamen actiuis, ſeminis partem quamlibet ita immutat, vt ipſæ partes qualitatibus inter ſe maximè differant. Nam quamquam ſemen res calida ſit, humida & alba: alteratrix tamen facultas particulatim ita ipſum immutat: vt ex eo, ſed non tamen indiſcriminatim partes has calidas, humidas, rubras, vt cor, renes, hepar muſculos & ſimiles. Illas frigidas, ſiccas, albas: vt oſſa, cartilagines, neruos, arterias, membranas, & ſi quæ ſunt eiuſdem generis, efficiat. Formatrix verò ſeu facultas ſeu natura, aut ſi vis etiam ſpiritus formator ſubiectam materiam maris dico & fęminæ genituram, ita eodem ferè cum alteratrice tempore ſubigit, verſat, componit & miſcet, vt eam præparatam diuerſarum partium conſtitutioni idoneam reddat & accommodam: & in eâ tandem membrana χοριον dicta inuoluta, compagem etiā, formamq; effingat & exprimat. Hic mihi verò geminū ſpiritū formatorē intelligas velim: remotum vnū, alterum propinquum. Remotus diuinioris cuiuſdam originis eſt. Is eſt Deus opt. max. qui diuino quodam & arcano conſilio & prout expedire intelligit, cuncta hæc moderatur & diſponit. Hunc Moſes libro primo Originum ſpiritū Domini appellat: & Num. 16. Deum ſpirituum omnium rerum humanarum: id eſt, rerum omnium animatorem. Propinquus eſt ſemen, ſeu ſi mauis ſpirituoſus calor ſemini connatus. Sanè Galen. lib. 2. de Facult. natur. ſemen naturam vocat, & id artifici, vt verbi gratia, Phidiæ, ſanguinem autem menſtruum ceræ, id eſt, materiæ

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 161 sur 567

proportione reſpondere dicit. Aliis verò locis ſemen & ſanguinem menſtruum ſubiectam animali generando ſubſtantiam vocat. Et vero initio libri primi de ſemine Galenus teſtatur Hippocratẽ dicere ſemẽ duorũ corporis noſtri principiorũ habere rationem, opificis dico & materiæ, vt hic nihil hęrere, aut circũagi ſit opus, ſi ſemini modo opificis nomẽ, modo materiæ accõmodẽ. Ergo ſpiritus ille formator ſemini connatus, ſeu ſpirituoſus calor à ſeminis humiditate excitatus (ſunt enim humida omnia flatuoſa, maxime ſi vel calida ſint vel calido loco concluſa, quale eſt ſemẽ in vtero) & ab illo diuiniore ſpiritu adiutus & impulſus ipſum ſemen diſtendit, & haud aliter ac fermẽtum mazam, in omnem dimenſionem adauget ampliátque. Augetur vero quoduis animans non toto ſolum eo quo vtero geſtatur, ſed & toto etiam eo ex quo æditum eſt in lucem tempore ad perfectam vſque & florentem ætatem, ídque nutricis facultatis interuentu: nutritur autem fœtus in vtero ſanguine mẽſtruo, quem attrahit per duas illas venas & totidem arterias quæ à vaſis vteri dehiſcẽtibus & oſculis ſuis primum χορίῳ adhærẽtibus, deinde per ipſum vario modo implicatis ſensimque poſtea coeuntibus, in allantoidem & amnion tunicas tandem inſertæ infantis vmbilicum conſtituunt. Poſtquam autem æditus in lucem fœtus eſt, cibo & potu, his ſcilicet qui edendo ſunt & bibendo, nutritur. Verum enim vt paucis totum hunc locum abſoluam & compendio exprimam fœtus incrementum, perfectam eius conformationem & partionem, ſic paucis accipe. Ex vtriuſque parentis genitura, in vtero retenta, & membrana concluſa obuolutáque & adhæc etiam ſanguine menſtruo enutrita ac proinde etiam incrementum capiente, ſpiritu vtroque formatore opem conferente, poſt viginti verbi gratia dies caro fit, informis videlicet & rudis quædam maſſa quæ & ipſa proceſſu temporis ſpiritu itidem opifice ita diſtinguitur vt vnumquodq; in ea ad ſibi ſimile ſe conferat, denſum ad denſum, rarum ad rarum, humidum ad humidum: feruntur autem ita ſingula in proprium locum ad ea quibus eam naturæ ſimilitudinem habent, & è quibus etiam originem duxere. Nam vt non ex omni ligno fit Mercurius, ita non ex quauis ſeminis parte indiſcriminatim fit quælibet corporis pars, ſed determinatum fit à determinato. Itaque poſt eam partium ad ſibi ſimiles ſeceſsionem, iam manifeſte corporis cum interna tum externa diſtinguntur, quod in

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 162 sur 567

maſculo ſit die triceſimo, in fœmina die quadrageſimoſecundo, id quod experientia compertũ eſſe docet Hippocra. in permultis mulieribus quæ puerum abortiuum paulò ante diem triceſimum, ſed eum prorſus indiſtinctum inarticulatúmque edidere. Qui vero poſt eum diem aut etiam illo ipſo eiecti ſunt, omnes articulatis membris compoſitíſque eſſe viſi ſunt. Iam ergo genitus infantulus eſt, cui iam adaucto cum mater ſatis alimenti ſuppeditare non poſsit, & copioſius tamen efflagitet, tum ſeſe iactando membranas abrumpit, & vinculis ſolutus foras prodit, quod fit, vt docet Hippocrates, menſe vt longiſsimum decimo, quo ſcilicet tempore vterus cum fœtus magnitudine offenſus, tum effuſi humoris, qui membranis continebatur, acrimonia irritatus vi ſua expultrice inſurgit, & ponderoſam molem foras nititur protrudere. Hactenus de fœtu. Quod autem καθ' ἕκαστον ζῷον ἡ τοῦ γένους οἰκεία προθεσμία τοῖς κυουμένοις ἅπασιν ἀκριβῶς φυλάττει, vt hîc dicit Galenus, id eſt, in ſingulis animantium generibus, geſtatis vtero ſuum exactè partus ſtatum tempus ſeruetur, id cùm aliis hiſtoriæ animalium auctoribus, tum potiſsimum ex M. Varronis de re ruſtica lib. 2. licet intelligere. Nam is capitibus quarto libri prædicti docet, Scrofas quaternis mẽſibus vẽtrem ferre, quinto, Oues prẽgnantes eſſe diebus centũ quinquaginta, id eſt, menſes quinque. Vaccas, menſibus decẽ. Sexto, Aſinas duodecimo menſe conceptum ſemen reddere. Septimo, equas menſe duodecimo die decimo parere. Octauo, Hinnum, qui ex equo & aſina eſt, itidem vt equum in ventre eſſe menſes duodecim. Mulum, qui ex equa & aſino eſt, menſe duodecimo gigni docet Plin. lib. 8. cap. 44. Galinaceis pullis bis denis diebus opus eſſe, pauoninis ter nouenis vt excudantur, docet idem Plinius lib. 10. cap. 59. & Varro lib. 3. cap. 9. Certe Hippocrates in libello περὶ φύσιος παιδίου, id eſt, de natura pueri, pecora & feras ait eadem qua homines ratione illo ipſo tempore nec vltra ſolere parere quo conſueuere, quòd ſcilicet ſingulis animantibus ſtatum tempus eſſe neceſſe eſt, quo cum fœtui parcius alimentum ſuppetat, tum partio inſtet. Eius hæc ſunt ex eo loco verba, καὶ περὶ τούτου τοῦ λόγου καὶ τοῖσι θηρίοισιν ὁ τόκος παραπλήσιος γίνεται ὡς χρόνῳ ᾧ ἕκαστον τίκτει, ὁ μακρότερον. Ἑκάστῳ γὰρ τῶν ζώων ἀνάγκη ἐστὶ χρόνον εἶναι ἐν ᾧ ἡ τροφὴ ἀπαναισίμως ἔσται τῷ ἐμβρύῳ καὶ ἐπιλείπει, καὶ ὁ τόκος παρέστηκε. Quod ergo ſuum pariendi tempus ſingulis animantibus ſtatum ſit & præfixũ Hippocraticum

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 163 sur 567

eſt & Galenicũ etiam dogma,quod Ariſtoteles c.10.lib.4.de generat.animaliũ magna ex parte pro vitę ſpatio cõtingere docet. Non deſunt tamẽ magnæ eruditionis viri qui ab hoc vniuerſali axiomate hominẽ excipiendũ eſſe cẽſeant,quòd mulierẽ nõ ſtato ſemper tẽpore,ſed ſeptimo & nono mẽſibus frequentiſsime, decimo rarius,vndecimo & ſequẽtibus rariſsime parere atteſtãte experientia dicant.Et hanc opinionẽ ſequi videtur Ariſtoteles qui cap.4.lib.7.de natura animalium,ſic ſcribit. Sed cùm cætera animalia omnia ſingulari ac ſimplici modo partum ſuum perficiant (vnum quippe pariendi tempus ſtatum omnibus eſt) homini vni multiplex datum eſt. Nam & ſeptimo menſe & octauo & nono parere poteſt, & quod plurimum decimo. Nonnullæ etiam vndecimum tangunt.Et problemate 41. Sectionis 10.ad alias cauſas quibus fiat vt homo maximè inter omnes animantes claudus oriri poſsit, hanc prætexit. Hominem ſcilicet ſolum ex omni animantium genere varia generationis tempora obtinere.Nam & ſeptimo,inquit, & octauo & decimo menſe venire in lucem poteſt : quo loco Commentator notat Ariſtotelem noni menſis non meminiſſe, aut quia id valde notum eſſet, aut quia id excidiſſet ei qui excripſiſſet. Alexander etiam Aphrodiſæus ſeptimi,octaui,noni & decimi menſium meminit, vt liceat intelligere ipſum, menſes illos inter τοκετούς, id eſt, eos quibus partus contingat reponere. Nam is problemate 26. Sectionis 2.quęrit, Cur ſeptimeſtres ſimul atque editi ſunt nõ emittant vocem,nonimeſtres verò emittant.& problemate 46. Sectio.quintæ rogat etiam, Cur ſeptimeſtres viuant, octimeſtres nequaquam,quo loco etiam decimeſtrium meminit. Sed & Plinij quoque ea eſt opinio. Is enim libri 7. Hiſtoriæ Natu. cap.5. Hominem tanto anno & incerto gigni ſpatio tradit. Quin & Cæcilius apud Gellium lib.3.cap.16.ex Menandro ſic canit:

Inſolẽtne mulier decimo menſe parere?
Pol nono quoque,ſeptimo atque octauo.

Et Plautus in Ciſtell.

Tum illa quam compreſſerat,decimo
Poſt menſe exacto hîc peperit filiam.

Ego verò (liceat id mihi bona cum eorum venia dicere qui aliter ſentiunt)ſum in ea opinione vt putem fœminas homines inter cæteras animantes ſtato ſuo & legitimo non vago & incerto tempore parere.Ipſis autem ſtatum pariendi tempus à Diui-

na

na ſeu Natura,ſeu Prouidentia nonum menſem aſsignatum eſſe & attributum,citra quem terminum ſi mulier parere anteuortat,vel vltra eundem etiam tardet,iam non ſtato & prefixo ſibi à Natura tempore, ſed præter tempus parere dicetur,ijs præſertim qui ad exactam calculi ſubductionem rationes inire ſolent, & menſem cœptum pro completo ſupputant. Nam ijs qui non ita rigidè ſcuereque res examinant,ſi per dies paulò plus minus ſeptem partio nonum menſem præoccupet, aut verò poſt eundem tot diebus tardet & de futuro tempore,id eſt,decimo menſe aliquid poſterius occupet, etiam ſic quidem Nonanus partus eſſe dicetur:ijs ipſis ſcilicet nouem menſium tempus non exactè adeò circũſcribentibus & veluti limitibus præfinientibus, vt ad plures pauciores ve dies extendi non poſsit. Nihil eſt enim in rebus ſublunaribus quod motus vſqueadeo certos, ratos & conſtantes habeat, vt eodem ſemper momento recurrat. Euripus Calchidicus in reciprocando curſu,Oceanus Britannicus in acceſſu receſsúque conſtantiſsimus eſt. Tertianæ febres quartanæque in motu & reuerſione ordinem ſuum conſeruant. At illorũ motus paulò attentius obſeruantibus,preuertere nonnunquam ea, nonnunquam tardare deprehendentur. Id in anni temporibus cernere etiam licet. Nam neque Ver, neque Aeſtas, neque aliorũ vllum ſtato adeo tempore redit:vt nõ de finitimis aliquid ſuffuretur. Nam Ver plerunque de Aeſtate aliquid decidit, Aeſtas de Vere aut Autumno aliquid aliquando vſurpat, vt hoc anno qui Chriſti eſt Mileſimus quingenteſimus quinquageſimus ſextus, quo ſcilicet Aeſtas magnam partem hinc Veris, illinc Autumni ita ſibi vendicauit, vt ſub finem Maij in noſtro Ducatu Burgundiæ fruges demerentur, & ſub Iulij finem publicè vindemiaretur. Item medio Auguſto arbores denuo florére & frondére, vites gemmare, pampinóſque & vuarum rudimenta producere inciperent. Et notat Ioan. Picus Mirandula Nepos,cap.5.lib.3.de prenotione ſecũdum naturã,anno à Chriſti Natiuitate Mileſimo quingenteſimo quinto, quo tempore ipſe ſcribebat, menſe Ianuario in agro Bononienſi violas floruiſſe,Coccigem & Cicadas ceciniſſe,ordea & frumenta ſpicas, flores etiam & gemmas & folia arbores emiſiſſe. Sed è diuerticulo rediens in viam,dico, Nonum menſem ſtatum eſſe mulieribus & præfixum à natura pariendi tempus, & qui ante hunc menſem naſcuntur, ſuo profectò menſe haudquaquam naſci,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 165 sur 567

argumento quòd tales partus minimè vitales ſunt, aut ſi ſunt, (quales ſoli ſeptimani eſſe & verè quidem traduntur, vt poſtea in confirmando tertio axiomate dicemus) imbecilles ſunt, minus validi, imò, & valetudinarij totam degũt: quod notauit etiã Ariſtoteles libri 7. Hiſtoriæ de Natura animalium cap. 4. his verbis: Fętus, inquit, qui maturius quàm ſeptimo mẽſe prodeat, nullo pacto vitalis eſt: qui ſeptimo vitalis hic quidem primus exit, ſed magna ex parte infirmior: quamobrem cunabulis ex lana eum obuoluunt & faſciis alligant. Et Alexan. Aphrodiſęus Proble. 26. Sectionis 2. quærens cur nonimeſtres emittant vocem ſimul atque æditi ſunt in lucem, ſeptimeſtres non emittant. Ideo fieri reſpondet quòd nonimeſtres perfectam habeant geniturам. Septimeſtres non habeant. Imperfectis autem perfecti quicquam ineſſe non poſſe. Porrò valdè imperfectos eóque imbecilles etiam eſſe ſeptimeſtres partus inde liquere ait, quòd faſciis laneis inuoluantur. Sanè imbecilles ſeptimeſtres eſſe publicè experientia apud nos demonſtrauit, in gemellis nepotibus meis Ioanne & Lazaro Lalamantiis etiamnum ſuperſtitibus & annum xv. agentibus, quorum hic qui primus exiit in lucem lacertoſus, poſt dies circiter triginta à natiuitate toto corpore conuulſus ad hanc vſque diem neque de ſe loco ſeſe mouere, neque item loqui potuit, Ioannes ſanus quidem, ſed vix pumilione maior eſt. Qui ergo ſeptimeſtres vitales ſunt, ijdem certè imbecilles ſunt: niſi ſi qui fortaſſe aut inſtante plenilunij die concepti nati ſunt. (Docet enim Plinius libri 7. capite 5. Septimo menſe non niſi pridie poſteróve plenilunij die, aut interlunio conceptos naſci,) aut ex valentiore parentũ bene habitorum & ætate media conſiſtentiũ ſemine, ſunt procreati. Nam tales quãquam ſeptimeſtres ſunt, vitam tamen poſteà degunt ſalubriter. Ac tales fortaſſe quis fuiſſe exiſtimauerit, ſeptimeſtres illos ambos Coſs. Corbulonos Veſtiliæ filios, quam ſemper ſeptimo mẽſe partus eſſe enixam loco nuper citato refert idem Plinius. Certum eſt ergo partus omnes qui ante nonum menſem ædantur in lucem, abortiuos eſſe (vt paulò pòſt axiomate 3. dicemus) & minime vitales, exceptis tamen vt iam dixi, ſeptimeſtribus, qui vitales vtcunque ſunt. At cur hi potius vitales ſint, quàm qui octimeſtres ſunt, qui tamen propter diuturniorem in vtero moram vt auctiores, ita vegetiores, alacriores, & viuidiores eſſe debere videantur, præter cauſam ad problemata

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 166 sur 567

prædicta redditam, alij alias rationes afferunt, quas singuli ex eius disciplinæ intimis penetralibus eruunt, ad quam quisque animũ adiunxit. Nam Medici ex media philosophia, Genethliaci seu Chaldæi (eos dico qui traiectionibus motibúsque stellarum obseruatis, notatísque quo quisque fato natus esset, memoriæ prodiderunt) ex Astrologia, Arithmetici item ex sua Arithmetica rationem depromunt. Atque vt à Medicis exordiar, dicunt illi fœtum septimo mense affectare exitum, tum quia iam grandior vt cibum, ita & aërem affectet liberaliorem, tum quia compressus arctóque loco conclusus & vinculis astrictus, his sese expedire, & veluti in libertatem asserere conetur, eóque etiam magis si vterus arctus est (qualis esse solet iuuenum muliercularum quæ nondum pepererunt) & mole etiam ponderéque cum fœtus tum excrementorum grauatus. Nam in partione agunt & fœtus & vterus: fœtum ergo aiũt propter prędictas causas septimo mense exitum affectare, quod dum facit, sese mouet & concutit, tenellúmque corpus illidit primùm membranis quibus inuoluitur, deinde costis & abdomini matris. Nam vt membranæ illæ validissimæ abrumpantur, motu & vehementi succussatione est opus, vnde fœtus tenellus noxam contrahit, quam si exit, quiete cunarum & calido fasciarum fotu resarcire, si non exit, quiete & vteri calore oportet redimere. Alioqui si quies motui non succedat, sed proximo post septimum mense, id est, octauo foras etiam prodire fœtus affectet, nulla quiete intermedia succussus iterum, necdum confirmatus ex violento septimi mensis motu (sic enim supponimus) per quem succussata esse & laxata ipsius fœtus vincula est verisimile, facile foras prodit, sed iccirco vitalis non est, quia omne nimium, violẽtum & repentinum naturæ est inimicum, & vis violentię superaddita etiam quæ sana sunt & valida corpora, morbosa efficit & debilia, quod confirmare licet ex Proble. 41. Sectionis decimę Aristotelis, dicentis: Cum fœtus mouentur, extrema, vt quæ tenerrima sint, facile infringuntur, & eo magis quo plus temporis interceſsit. Et Hippocr. initio libri de octimestri partu scribit octimestres pueros superstites ideo non manere, quòd fieri non possit vt duas consequenter succedentes afflictiones ferre possint. Quin & hoc etiam dicunt, partum quendam veluti morbum & quidem longum esse, de eorum scilicet ordine, non qui annorum, sed qui dierum, hebdomadarum & mensium numero in-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 167 sur 567

dicantur,ad cuius rei cõfirmationem Hippocratem teſtem laudant ſic in opuſculo περὶ ἑπταμήνου ſcribentem, παῖς ἢ γυναικεῖον αἱ συλλήψιες τῶν ἐμβρύων καὶ οἱ πρωσμοῖσι καὶ οἱ τόκοι ἐν τούτῳ ὅσῳ χρόνῳ ἐν ὅτῳπερ αἵσι νοῦσοι καὶ αἱ ὑγίειαι καὶ οἱ θάνατοι κρίνουσι τοῖς σύμπασιν ἀνθρώποισιν: ταῦτα ἢ πάντα τὰ μὲν καθ' ἡμέρας, τὰ δὲ κατὰ μῆνα ἐπισημαίνει, τὰ ἢ κατὰ τεσσαρακοντάδας ἡμερῶν, τὰ δὲ καθ' ἑνιαυτόν. id eſt, Mulieribus autem fœtuum conceptus & abortiones & partus eodem tempore iudicantur,quo & morbi & ſanitas & mors cunctis hominibus.Sed omnium iſtorum alia quidem diebus alia menſibus,alia dierum quadragenariis,alia verò annuo ſpatio euenire videntur. Poſito ergo & admiſſo quòd partus morbus lõgus ſit,certe in eius tempore definiendo & aſſignando ſequi oportebit eam, quam in aliis morbis longis dierum,hebdomadarum & mẽſium numero iudicandis,ſequamur rationem. Quoniam autem plerunque fieri ex Hippocrate & Galeno didicimus, vt acuti paribus, longi imparibus nonnunquam etiam iudicentur, de partu ita ratiocinabimur, primùm vt eius tempus cum acutorum, deinde cum longorum quoque tempore conferamus. Primum igitur omnium vt in acutis qui imparibus iudicantur,quartum,ſeptimi,vndecimũ decimiquarti,decimumſeptimum, viceſimi indicem eſſe,ita in partus ratione quadrageſimum nonageſimi, centeſimum viceſimum, centeſimi octogeſimi, ducenteſimum, ducenteſimi quinquageſimi indicem itidem eſſe experientia deprehẽdimus: habent enim hi numeri quandam inter ſe comparationis & ſimilitudinis analogiam.Siquidem enim quam rationem habet ſeptimus ad totum circuitum lunarem,eandem habet nonageſimus (hic tres menſes conflat)ad totum, quod ſequitur, partus himerologium. Et rurſus quam rationem habet quartus ad ſeptimũ,eandem habet quadrageſimus ad nonageſimum. Porrò vero vt ſeptimus dies totius circuitus lunaris pars quarta eſt, quartus autẽ dies, eiuſdẽ quartæ pars dimidiata, ita nonageſimus, triũ ſcilicet menſium ſpatium,anni pars quarta eſt,quadrageſimus(qui dierum numerus ſex ſeptimanas explet)eiuſdem quartę partis anni,id eſt,nonageſimi pars itidem dimidiata & index. Certe quadrageſimus dies nonageſimi pars eſt dimidiata,non quidẽ habita ratione numeri dierũ(ſic enim quinque dies integri de iuſta ſumma deeſſent, cum non 40. ſed 45. nonaginta componant)ſed numeri menſium habita ratione, necnon etiam & hebdomadarũ. Nam

cum

cum ſinguli menſes quatuor hebdomadas capiant, tres menſes ſecundum eam rationem hebdomadas duodecim capient. At duodecim hebdomadarũ pars dimidiata, ſunt ſex hebdomadæ, quas quadraginta dies explẽt, & ſecundũ hãc rationẽ quadrageſimus, nonageſimi pars dimidiata & eius index eſſe dicitur, vt & quartus ſeptimi. Rursũ vero vt 14. dies & ex duplato ſeptenario conſurgit, & dimidiũ lunaris circuitus explet, ita cẽteſimus octogeſimus dies, & ex duplato nonageſimo conſurgit, & ſex menſes ſeu anni dimidium explet, eúmque centeſimus viceſimus ita indicat, vt vndecimus, decimumquartum. Denique vt viceſimus dies in acutorũ ratione finem ferè facit trium partium lunaris circuitus, eúmque indicat 17. ita ducenteſimus quinquageſimus (quem terminum partus naturalis quam longiſs. ſtatuimus) trium partium anni finis eſt & terminus, & eum indicat ducenteſimus. Iam verò partus tempus, vt polliciti ſumus, cùm longorum, qui paribus iudicantur, tẽpore ſi conferre voluerimus, comperiemus etiam in partu rationem per pares procedere. Itaque vt in aliis longis quartus, octauũ: ſextus, duodecimum: decimuſquartus, decimumoctauum indicat, ita in partu, maſculo quidem ſeptimana quarta, qua conformationẽ accipit octauam, qua vt citiſsimum mouetur, indicat, viceſimaquarta, item triceſimam ſecundam, qua quàm citiſsimè prodit in lucem, itidem indicat. In fœmella item etiam ſeptimanam ſextam, qua conformatur, duodecimã, qua mouetur indicare, ſimiliter & decimamoctauam indicare triceſimamſextam, qua ædi-tur in lucem comperiemus. Sic ergo per pares fit progreſſio.

	In Maſculo.		In Fœmella.	
Septimanæ.	4	Indices,	6	Tẽpus conformationis fœtus.
	10	Decretoriæ,	12	Tempus motus.
	24	Indices,	18	Motus.
	34	Decretoriæ,	36	Tempus partus.

Vt hac tabella etiam deprehendas rationẽ Auicennæ de partu quodãmodo procedere poſſe, quodãmodo nõ poſſe. Dixit enim ille tẽpus cõformationis partus duplatum, reddere tẽpus motus, tẽpus autem motus triplatũ reddere tẽpus partus. quod dictum in fœmella quidẽ verũ eſſe comperitur: modò id illius dictum ad ſeptimanas, non ad dies, referas. Nam ſi ſex ſeptimanas (hæ in

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 169 sur 567

quadrageſimum diem recidunt)duplaueris, habebis duodecim ſeptimanas,quæ in nonageſimum recidunt diẽ. Rurſum ſi duodecim triplaueris, habebis triginta ſex hebdomadas quæ in ducenteſimum quinquageſimum diem finẽ ſcilicet noni mẽſis recidunt,quo æditur in lucem.In maſculo verò calculus ita demũ procedet,ſi vt in fęmella,quatuor:tempus ſcilicet conformationis maſculi,duplaueris: ſic enim octo ſeptimanæ conſurgent omnium primum tempus motus eiuſdem.At tempus motus non triplandum, ſed quadruplandum venit, vt partus tempus habeatur:nam ſi octo per tria multiplicaueris, habebis tantùm ſeptimanas 24. quæ in finem ſexti menſis recidunt,quo tamen tẽpore maſculus tempeſtiuè in lucem prodire non ſolet.At ſi tempus motus maſculi,octo dico hebdomadas quater auxeris,conſurgẽt inde ſeptimanæ triginta duæ,tempus ſcilicet partus eius. Scio tamen Macrob.libro.1.Somnij eam Auicennæ opinionem, quod ad tempus partus attinet comprobare,eo loco quo docet ex Hipp.partũ in vtero,aut ſeptuageſimo die, aut nonageſimo moueri. Ibi enim infert ille, Diem motus quicunque fuerit de duobus ter multiplicatum, aut ſeptimum, aut nonum menſem explicare.Porrò autem cùm in maſculi geſtatione (vt id obiter etiam dicam)quartam ſeptimanam,octauæ:& viceſimamquartam,triceſimæſecundæ.In fęmellæ verò geſtatione ſextã, duodecimæ:decimamoctauam,triceſimæſextæ indicem eſſe aio. Intelligo grauidam eam quæ quarta aut ſexta ſeptimanis indicibus bene habuerit,viuido colore prędita,vegeta item & alacris fuerit,& adſit cibi quoque optimi & laudabilis moderata appetentia,eam inquam intelligo octaua & duodecima hebdomadis decretoriis,ſimiliter etiam ac in illis indicibus iri affectũ, & partus motum ſenſuram.Contrà,ſi eadem aut quæpiam alia prędictis ſeptimanis indicibus, quarta dico & ſexta grauius habeat, decolor ſit & ad motum pigra, adſit præterea cibi boni & laudabilis inappetẽtia,eam inquam aliam ſeptimanis prædictis decretoriis octaua & duodecima ſimiliter iri affectum, neque partus motum ſenſuram, qui in aliquot conſequentes dies differetur.fœtum enim pro matris affectione & contra, in vtero habere contingit.Pari ratione, prout ſeptimanis 18. & 24. indicibus vterum geſtans mulier bene vel male ſeſe habuerit, ita & ſeſe habebit hebdomadis decretoriis triceſimaſecunda dico & triceſimaſexta.Et ſi benè quidem indicibus ſeptimanis prædictis,

decima

decimaoctaua & viceſimaquarta habuerit partus ſtato ſuo tempore, maſculus quidem triceſimaſecunda ſeptimana, id eſt, circa initium noni menſis: fœmella triceſimaſexta, id eſt, circa finem eiuſdem noni menſis prodibit in lucem. Sin contrà mulier indicibus ijſdē ſeptimanis 18. dico & 24. (his autē ſecundò fœtum moueri contingit) grauius habuerit, imbecilla, decolor, & ſine cibi appetentia fuerit, & perſeuerauerit morbus: eam dico vel ſexto vel ſeptimo menſe eſſe parituram. Et quæ decimaoctaua ſeptimana grauius habuerit, eam viceſimaquarta. Quæ viceſimaquarta malè habuerit, eam viceſimaoctaua eſſe enixuram. Nam quia maſculus citius articulatur quàm fœmella, citius etiā ipſum & moueri & prodire in lucem contingit. Contrà, quia fœmella tardius & articulatur & mouetur, tardius etiam exit. Sic fit vt maſculus vt plurimum circa initium noni menſis prodeat, fœmella circa eiuſdem finem. Porro verò quoniam de partu dicere ſemel ſum aggreſſus, & in eam tractationem excurrit oratio, non abs re fortaſſe hîc fuerit monere lectorem in veſtiganda & definienda temporis ipſius ratione non oportere hebdomadas inter ſe vel primis ſuis vel ſecūdis quaternariis copulare, vt in himerologio acutorum infrà cap. 4. huius factum eſſe videre licet. Nam contrà oportet eas integras ſupputare, & ita progredi vt ex ſeptenarij additione prima ſeptimana, ſecundam ſecunda, tertiam, & ſic deinceps ſeruato, ordine tertia, quartam, & quarta quintam procreet. Id quod ſequens τεκμηριολόγιον, id eſt, dierū partus ratio tibi, lector, ponet ob oculos. In quo tamen ſi hęreas, & mirere quòd eos numeros, quibus fœtum articulari, moueri, prodire in lucem dixi, vt puta triceſimum, quadrageſimum, nonageſimum & ſimiles, quaternarios claudere non offendas, ſed pro illis alios, vt pro triceſimo, viceſimumoctauum, pro quadrageſimo, quadrageſimum ſecundum, & alios aliorum locum occupare, mirari, profecto deſines, ſi cogitaueris partum non vno temporis momento mutationes illas ſuſtinere, articulari dico, moueri, prodire in lucē, ſed ſucceſsiue & longo ſatis interuallo tēporis omnia illa ſuſcipere, eóque ſingulas ſeorſim mutationes, inſtar earum Criſeon quæ plures dies occupant, plures etiam dies vt duos, tres, quatuor, plures, paciores occupare. Quo ſane pertinere videtur Genethliacorum opinio, qui ſcitè moram fœtus in vtero triplicem faciunt, Minorem vnam, maiorem alteram, tertiam, mediam. Minorem 268. dic-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 171 sur 567

rum efficiunt. At tot dies, octo menſes de noſtris ſolaribus cum vigintiquinque diebus noni complẽt, vt ſi verbi gratia, à Ianuarij prima ſupputandi facis initium, incidat hic numerus in viceſimumquintum Septembris à Ianuario noni, maiorem moram 283. dierum faciunt, qui tot dies, menſes nouem cum diebus decem decimi menſis complent, vt ſi itidem à Ianuario incipere placeat, incidas in decimum Octobris à Ianuario decimi. Media mora eſt 273. dierum, quod tempus menſes nouem nullo die aut ſuperabundante aut deficiente explet, vt ſi ab eadem Ianuarij prima incipere placeat, numerando in vltimum Septembris noni ab illo menſe deuenias. Porrò omnes hi trium morarum numeri ſupputationis initio facto à primo menſe Attico, ſemper incidunt in Munichionem, qui ab Hecatombeone primo Lunari decimus eſt. Sed minoris moræ dierum numerus recidit in ſecundum diem. Maioris, in decimumſeptimum. Tertius, in ſeptimum eiuſdẽ Munichionis. Id quod ex Ephemeride facilime deprehendes. Sed en tibi τεκμηριολόγιον.

Hebdo

Hebdomadæ diebus ſeptem circunſcriptæ.

TEKHMEPOΛOΓION, id eſt, dierũ ſeu temporis partus ratio.

Hebdomadæ diebus ſeptem circunſcriptæ.

		Menſes.				Menſes.
prima	7			25	175	
ſecunda	14			26	182	
tertia	21	Primus.		27	189	Septimus
4	28			28	196	
5	35			29	203	
6	42	Secũdus.	Tertia	30	210	Octauus.
7	49		decas	31	217	
8	56		hebd.	32	224	
9	63			33	231	
Prima decas hebdomadarum: vt apud Hippo. in fine libri de carnibus. 10	70	Tertius.		34	238	Nonus τὸ-
11	77			35	245	κμῶς, i. par
12	84			36	252	tui dicatus.
13	91			37	259	
14	98	Quartus.	Quarta	38	266	Decimus.
15	105		decas	39	273	
16	112		hebd.	40	280	
17	119			41	287	
Secũda	18	126	Quintus.	42	294	Vndeci-
decas	19	133		43	301	mus.
hebdo.	20	140		44	308	
21	147			45	315	
22	154	Sextus.		46	322	Duodeci-
23	161			47	329	mus.
24	168			48	336	

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 173 sur 567

28 Eſt primum tempus conformationis maſculi: diſtans à tempore motus ſeptem ſeptimanarũ interuallo.

42 Primum tempus articulationis fœmellæ.

70 Tempus motus maſculi, ſed non primum: diſtans à tempore partus ſeptem menſium interuallo.

91 Primum tempus motus eiuſdem.

231 Primum tempus partus maſculi.

238 Primum tempus partus eiuſdem: diſtant à ſe inuicem hæc tempora tanto interuallo, quanto diſtare inter ſe in maſculo modò dicta ſunt.

Præcedens tabella commodiſsima eſt ad oſtendendam temporis conformationis fœtus, motus eiuſdem & partionis rationem. Ea enim ſeptenario in ſeſe aucto aſſurgit, quem numerum primam humani partus perfectionem, quaſi arbitrum quendã maturitatis abſoluere vult Macrobius. Quin Straton Peripateticus & Diocles Caryſtius tantùm huic numero tribuũt, vt per ſeptenos dies concepti corporis fabricam hac obſeruatione diſpenſent, credantque hebdomade ſecunda guttas ſanguinis in ſuperficie folliculi apparere: tertia demergi eas introrſum ad ipſum conceptionis humorem: quarta humorem ipſum coagulari, vt quiddam velut inter carnem & ſanguinem liquida adhuc ſoliditate conueniat: quinta verò interdum fingi in ipſa ſubſtantia humoris humanam figuram magnitudine quidem apis: ſed vt in illa breuitate membra omnia & deſignata totius corporis lineamenta conſiſtant. Quoties autem quinta hebdomade fingatur iſta mẽbrorum deſignatio, menſe ſeptimo maturari partum. Cùm autem nono menſe abſolutio futura eſt, ſiquidem fœmina fabricatur: ſexta hebdomade iam membra diuidi, ſi maſculus, ſeptima. Et Varro apud Gell. lib. 3. ca. 10. ad homines quoque naſcendos vim numeri iſtius porrigi, pertinereq; ait. Nam cùm, inquit, in vterum mulieris genitale ſemẽ datum eſt, primis ſeptẽ diebus cõglobatur coagulaturq; : fitq; ad capiendã figurã idon

idoneũ. Poſt deinde quarta hebdomade, quod eius virile fœtus futurũ eſt: caput & ſpina quæ eſt in dorſo informatur. Septima autẽ ferè hebdomade. i. nono & quadrageſimo die, totus, inquit, homo in vtero abſoluitur. Illã quoq; vim numeri huius obſeruatã refert, quòd ante menſem ſeptimũ neque maſculus, neq; fœmina ſalubriter, ac ſecũdùm naturã naſci poteſt, & quod ij qui iuſtiſsimè in vtero ſunt, poſt ducentos octoginta dies poſtquam concepti ſunt, quadrageſima denique hebdomade ita naſcũtur. Sanè lubricus eſt hic totus de partus ratiõe locus, & multa adeò caligine vallatus, vt ad eam rationẽ definitè & circũſcriptè tractãdam explicandãq; Deo opus eſſe videatur. Et profectò quia fidelibus & experiẽtiæ magiſtris oculis ad fœtũ vtero geſtatum aditus nõ patet, ideo latiori cõiectura ſingulas eiuſipſius trãſmutationes vtcũq; apprehendere, & iiſdem etiam ſatis amplũ temporis ſpatium tribuere cogimur, vt mirum non ſit alios plures, alios pauciores dies illis ipſis conformationi dico, motui fœtus & partioni etiam attribuere. Id qua ratione fiat, paucis accipe.

Maſculi in vtero tempus eſt.

- Conformationis omnium vt plurimum:
  - Primũ & citiſsimũ, dies 28
  - Vltimũ & longiſsimũ, dies 35
- Motus omniũ vt plurimum.
  - Primum & citiſsimũ, dies 56
  - Vltimũ & longiſsimũ, dies 70
- Partus omniũ vt plurimum.
  - Primũ & citiſsimũ, dies 224
  - Vltimũ & longiſsimũ, dies 266

Motũ medij dies intermedium tẽpus circũſcribunt. Hippoc. lib. de natu. puer. dies 30. vt longiſſ. dat.

Dies intermedij intermedium tẽpus circũſcribunt. Hipp. loco ſupradicto tres menſes, dies. ſ. 89. dat.

Dies intermedij intermedium tempus partus conſtituũt. Hippo. vt longiſſ. menſes decem dies. ſ. 197.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 175 sur 567

Fœmellæ in vtero tempus.

- Conformationis omnium vt plurimum
  - primum & citissimum, dies 40
    Dies intermedij intermediũ tẽpus articulationis fœmellæ constituunt. Hippocr. lib. de nat. pueri, vt lõgissimum dies 42. assignet.
  - vltimum & longissimum, dies 49
- Motus omniũ vt plurimum
  - primum & citissimum, dies 70
    Dies intermedij intermediũ tẽpus motus fœmellæ circunscribunt. Hippo. vbi supra menses 4.
  - vltimum & longissi. dies 77
- Partus omniũ vt plurimum
  - primum & citissimum, dies 231
    Dies intermedij medium tempus partus fœmellę constituunt. Hippocr. mensem vt longiss. decimum.
  - vltimum & longissi. dies 270

Hæc tabella temporibus fœtus latitudinẽ tribuens Hippo. auctorem habet, qui in libello περὶ γονῆς, de fœtus conformatione & partionis tẽpore locutus subdit· γινεται δ'ἐν τούτοισι καὶ πλέω ἢ ἐλάσσω, ὀλιγοσι δὲ πολλοῦ ἢ πλέω ἢ ἐλάσσω, id est, Fiũt, verò hæc, inquit, & diebus pluribus & paucioribus, nec multo tamen pluribus aut paucioribus. Et in libello περὶ φύσιος παιδίου, sic scribit, τὸ μὲν θῆλυ τῆς πρώτης πῆξιος ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρησι καὶ δύο· τὸ μακρότατον. ὡς γὰρ ἐπιπολὺ ξυμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἢ ὀλίγῳ μείονι ἢ ὀλίγῳ πλείονι. Fœmella quidẽ, inquit, cõformationẽ primã diebus duobus & quadraginta quod longissimũ adipiscitur. Masculus verò diebus quod est longissimũ 30. Accidit enim frequẽtissimè isto temporis spatio aut paulò maiori minorive fœtum efformari. Dicunt ergo Medici, vt ad propositum tandem aliquando redeam, partum veluti quendam morbum & quidem longũ esse, eóque paribus eum cùm diebus tum septimanis iudicari, cum autem

autem in eius ratione octauus menſis neque index ſit, neque decretorius, fieri vt ſi partus eo ipſo contingat, vitalis eſſe minime poſsit, vtpote qui anticipet nonum menſem qui partui dicatus ſit. Omnem enim Criſim anticipantē malam eſſe ponunt, quòd temerario naturæ motu fiat. Et verò vt per omnia dierum cum menſibus analogiam ſeruent, ſi noctem eam quæ Criſim præcedit moleſtam & grauem ſolere eſſe docet Hippocra. Aphor. 13. Comment. 2. mirum profecto eſſe non debere dicunt, ſi octauus menſis, qui nonum, quo partus Criticè debet egeri, præcedit, partuique matríque noxius & moleſtus, imo verò lethalis etiā eſſe ſoleat, potiſsimum in his regionibus Septentrionalibus. Nam quod in Aegypto partus octimeſtres vitales eſſe ſcribit Ariſtot. hiſtoriæ animal. lib. 7. cap. 4. id cum ob regionis tum corporum etiam temperationem & naturæ muliebris robur accidere putandum eſt. Hę ſunt cauſæ quibus Medici fulti partum ſeptimeſtrem viuere poſſe, octimeſtrem non poſſe aſſeuerant. Ad Mathematicorum ſeu Chaldæorum rationes veniamus. Ponunt hi mundum hunc inferiorem orbibus ſuperioribus non alia ratione factum eſſe contiguum, quàm vt ab eis vim recipiat. Et recipere quidem, argumento eſſe vnicum pro omnibus Solem, qui hanc noſtram plagam aliter cum declinat ad Auſtrum, aliter cum ſublimis ſuper noſtrum verticem fertur, afficit. Id cum in Sole verum eſſe demonſtrent, verum etiam itidem eſſe neceſſario ponunt cùm in aliis ſyderibus tum etiam planetis ſeptem, quorum ſingulos ſingulis quibus vterus geritur menſibus pręeſſe & præfici volunt. Incipiūt autē abs SATVRNO planetarum omnium ſupremo, quem imperium in fœtū ab ipſo ſtatim conceptu per totum primum menſem obtinere, non ſine tamen phyſica ratione volunt. Semen enim (τὸ σπέρμα Galenus, Hippocrates & Ariſtotel. πλὴν γονὴν dicunt) vtpote rem humidam fluxilémque & ſpiritu multo vitali plenam, eóque mobilem & agilem, & adhæc etiam ab omnibus vteri partibus ex æquo affectatam & attractam, & ob id etiam extendi dilatarí; ſolitam, cogi, conſtringi & inquantum neceſſe eſt denſari, firmaríque intelligunt, ſi homo vel aliud animans ex hoc debeat exiſtere: alioqui in ea homini verbi gratia generando ſubiecta materia cogeretur ſpiſſaretúrque, extenſa dilatatáque & diuulſa difflueret, excideret, & vnione diſſoluta corrumperetur. Huic ergo miniſterio Saturnum planetam frigidum & ſiccum præfi-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 177 sur 567

ciunt,qui duabus illis qualitatibus genituram contrahit, denſat & coagulat. Atque id eſt primum conſtitutionis animantis tempus,quo ſcilicet tempore toto ſemen concretum quid tantum coagulatúmque eſt. Tandiu autem in genituram agit Saturnus, dum ſecundus menſis incipiat,quo IVPPITER ſecundum poſt Saturnum in orbe locum teneris, eandem etiam afflat. Hic enim calidus cum ſit & humidus,calore quidem ſuo temperato genituram fouet,dilatat,& ad incrementum facit habilem. Humiditate autem formæ ſuſcipiendæ reddit idoneam. Iam verò cùm auctio ſine nutritione fieri non poſsit, genitura ſanguine menſtruo attracto nutrita ſaturatur,& quaſi naturam aliam induit,informia tamen adhuc eo tempore ſunt necdum articulata cor,cerebrum & hepar,quæ tamen prima formari contingit: at concretioneum tamen & magnitudinem notandam obtinēt. Id ſecundum eſt tempus conformationis animalis, quo tempore concretio illa non amplius genituram, ſed carnem repręſentat,cóque non amplius ἡ γονὴ, id eſt,genitura, ſed ἡ σάρξ, id eſt, caro Hippocrat.& τὸ κύημα ἤδη κυόμενον, id eſt, fœtus Galeno dicitur. Ordinem ab illis planetis tertium MARS ſibi vendicat,cui tertius menſis eſt demandatus. Hic exuperāte ſua caliditate humidum ſuperfluum abſumit & depaſcitur, ſiccitate autem,tria principia cor, cerebrum & hepar firmat, vt euidenter ea cernere liceat. Cæterarum autem particularum omnium velut lineamenta quædam tantum, & adumbratam efformationem configurationémque,quod tertium tempus conformationis animantis eſſe videatur. Sol, vt quartumorbem ab Saturno tenet,ita & menſe quarto imperium obtinere in conceptum dicitur. Hic ſpiritus formatoris ope particularum earum delineamenta,quæ mēſe tertio regnante Marte minus clara perſpicuáque erant, perficit, artuum velut in ramos diductionem diuaricationémque molitur. In ſumma compagē vniuerſam efformat & effingit,nec ſolum extremam manum imponit, ſed & vitam quoque largitur & animam. nam ſuperiores planetæ initia tantum vt dearticulationis, ita & motionis dederant. Itaque iam τὸ παιδίον ἤδη τὸ ἔμβρυον, id eſt,puerulus ſeu infans dicitur. Atq; hoc eſt Genethliacis quartum & poſtremū efformationis animantis tempus. Quinto menſe Planeta is,qui VENVS dicitur, venuſtatem etiam infanti decorémque aſpirat, & temperatā ſua frigiditate humiditatéque infantulo impreſſam ab Sole & Mar

& Martē caliditatem & ſiccitatem, attemperando facit mitiorem. Venerem ſequitur MERCVRIVS, cuius partes ſunt exſiccare vehementius partes ſolidas, & agiliorē mobiliorémq; infantem efficere. Vltimas velut in ſcena partes actura prodit LVNA, quæ vt ſeptimum infimúmque & terris proximum orbem poſsidet, ita ſeptimo menſe infanti geſtato in vtero dominari, & multis dotibus ipſum beare dicitur, dum larga ſua frigiditate humiditatéque infantulo auctiori copioſius nutrimentum ſufficit, dum humores quatuor & humidas etiam corporis partes, carnem dico, pinguedinē & medullas adauget, dum vterum etiam humectat, & veluti ad partum acetabula ipſius largo humore relaxando, præparat. Adde quòd ſuperiorum aſtrorum vires, quas ipſa in ſe primum tanquam omnium infima recipit, in ipſum fœtum eam regerere & refundere cumulatè dictitant. Hoc ergo tempore, menſe dico ſeptimo, poſtquam ſcilicet Planetæ ſeptem, quos mundi gubernatores nonnulli vocāt, ſuo quiſque ordine fœtum ſuis beneficiis auxerunt, ſuáque vi afflarūt, infantulus tantis ſe beneficiis auctum ſentiens, alacrior fit, geſtit, & tum ita ſeſe validè agitat & mouet, vt abruptis vinculis membraníſque foras prodire conetur. Prodit autem tum maxime cum mulier aut imbecillior eſt, aut obeſior & tēperamēto frigidior, humidior, & cū acetabula vteri largiori humore oppleta habet. Eo verò magis etiam hoc tempore prodire fœtum volunt, ſi is copioſiore vtens alimento mole cùm ſua tum excremētorum etiam copioſorum grauet vterum. Nam ſi temperatior mulier fuerit, aut calidior, ſiccior, eóque excrementis minus onuſta, partus in nonum menſem differtur. Sed tamen ſi ex quauis cauſa ſeptimo menſe ædatur in lucem, vitalem eum futurum eſſe aſſerunt Genethliaci, quòd omnium ſeptem planetarum vim beneficiúmque ſenſerit, ante ſeptimum, hac ipſa ratione viuere poſſe negant. Quod ſi poſt ſeptimum in vtero etiam adhuc (quod vt plurimum fit) remaneat fœtus, ad Saturnum iterum octauo menſe regnandi vices redire tradunt, qui cùm vtraque ſua qualitate cum principiis vitæ noſtræ ex diametro pugnet (dixi autem eum paulò antè frigidum eſſe & ſiccum) ſi eo ipſo octauo, cui præeſt menſe fœtus exitum affectans fortè ędatur in lucem, frigiditate ſiccitatéque dominantis planetæ puerum perimi & cōgelari, nec vllo ideo viuere poſſe modo tradunt iidem Genethliaci. Volūt enim per tenelli corporis po-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 179 sur 567

ros & per adaperta humiditate Lunæ (quæ ſeptimo menſe fœtum diſpenſabat) ſpiracula, frigiditatem Saturni ſeſe penitus inſinuare, & ad vitæ principia vſque penetrantem calorem natiuum, qui etiam tum exiguus eſt, ſuffocare. Quin Saturnum etiam ſicuti & Martem quoque auferre ſolere ab Alcochode, id eſt, datore annorum dicunt, ſic hanc quoque cauſam prætexunt cur octimeſtris partus minime ſit vitalis. Nec vero minus etiam eiuſdem ſyderis ſiccitatem puerperæ, officere volunt: ſiccitas enim os vteri exſiccat & conſtringit, quod tamẽ ad facilitandum partum humectari oportebat & dilatari: vnde colligere licet octauum menſem cum matri tum fœtui ſolere eſſe exitio. Porrò verò ſi octauo etiam menſe in vtero quietus maneat puerulus, nec ante nonum exitum affectet, iam illo ipſo nono dico menſe pro Saturno Iouem præſidem habet & epiſcopum, eo benigniorem Saturno magéque ſalutarẽ, quod ipſe ſuis caliditate humiditatéque temperatis (in his autem vita noſtra conſiſtit) vitam puero afflat & aſpirat. Has cauſas Chaldæi Genethliacíque prætexunt, dum ex Aſtrologia docere volunt rationem qua fiat vt Septimeſtres vitales ſint, Octimeſtres minimè. Reſtat vt ſuper ea ipſa re Arithmeticorum etiam rationes oratione perſequamur. Ac primùm dicunt illi, parem numerum imperfectum, materiam & item fœminam eſſe. Imparem cõtrà, perfectum, formam & Marem. Vnde & Virgilium eius perfectionem admiratum dixiſſe, *Numero Deus impare gaudet.* His enim verbis Deũ re perfecta & omnibus numeris abſoluta delectari ſignificat. Porrò verò vt Maris & formæ proprium eſt agere, ita contra materiæ & fœminæ pati proprium eſt. Ex quibus hypotheſibus fieri volunt, vt quâ quidem Septenarius & Nouenarius impares ſunt, formæ & mares, eatenus & perfecti ſint & ad agendum idonei. Formam enim & maſculum actiuam ſemper quandam virtutem concomitari ponunt. Rurſum quâ perfecti ſunt, perfectos quoque illis menſibus & vitales ædi partus. Quâ verò formæ & Maris habent rationem: eatenus illos agere & conari partum foras propellere & deturbare. Iã ſi quis hic roget quid ſit quod ternarius & quinarius primi impares perfecti, formæ & Mares, idem quod Septenarius & Nouenarius non præſtent, reſpondent, Verum quidem eſſe illos & impares & perfectos, formas item eſſe & Mares, ſed præter hæc omnia aiunt etiam in partu requiri ſolere materiæ præparationẽ,

haud

haud aliter ac in morborum Crisibus fieri assolet. Neque enim vt Crisis fiat, satis est diei naturam & cõditionem adesse: sed & materiam etiam coctam & præparatam esse oportet, vt tuto morbus iudicetur. Iccirco ergo ternarius & quinarius primi impares, perfecti, formæ & Mares de partu decernere non conantur, quia illo tempore materia vtero contẽta incocta adhuc est, id est, nondum planè cõformata, aut excerni parata. Quinetiam miram quandam vim & facultatem numeris inesse prædicant iidem Arithmetici, dum omnia quę sunt, numerorũ ratione formata esse astruunt. Sed ne eam quam singulis numeris vim particulatim adscribunt, persequar, de Septenario tantùm & Nouenario, quia id postulat instituta oratio, dicam. Ac primũ quidem non carere mysterio dicunt, quòd septimus quisque masculus eadem matre nulla fœmina intermedia natus vel tactu vel verbo curandarum Scrofularum vim habeat. Item quòd si horas septem ab eiaculatione genitura in vtero permanserit, conceptum esse & genitum infantem certum sit: quemadmodum & si septem horas à partu vixerit, eundem & diu esse victurum: eos quibus inedia mori consilium est, septimo demum die mortem oppetere. Sed & frigidiuscula quædam addunt: veluti septẽ opera esse in orbe terrarum miranda. Sapientes item veteres septem fuisse. Septem planetas, septem item triones maiores minoresve. Virgilias, Pleiadas Græci dicunt, septem. Pericula quoque vitæ fortunarúmque hominum (quæ κλιμακτῆρας Chaldæi appellant) grauissima quæque fieri affirmat Varro apud Gelliũ loco iam citato: capite scilicet 10. libr. 3. Quin idem etiam Gell. lib. 15. cap. 7. scribit, Obseruatum in multa hominum memoria expertumq; esse, senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitæ annum (eum numerum septenarius nouies, aut nouenarius septies multiplicatus procreat) cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis morbíque grauioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis: vnde Cęlius Rhodig. lib. 11. ca. 36. de sexagesimo loquẽs, scribit: eum ob id climactericum annum præcipue vocari, quia à septimo incipiens, vitam hominis quasi per κλίμακας, id est, gradus quosdam agat. Nec verò etiam prætermittunt inter alias septenarij vires, quòd septimanis quibusque Lunæ schema immutari contingat. In summa dicunt Homerum eum admiratum dixisse,

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις οἱ τότ' ὄλοντο.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 181 sur 567

quem Virgilius imitatus dixit:

O tèrque quatèrque beati.

Nec verò his diſsimilia de Nouenario etiam prædicant, dum eum Muſis ſacrum dicatúmque iactitant: dum eundem nouem Sphæris accommodant: dum nouem etiam beatorum choros eſſe dicunt: dum Enneaticos annos, id eſt, Nouenarios inſignem in hominum ætate perinde atque κλιμακτηρικὸς mutationem adferre perhibent. Sed & Homerũ etiam eum numerũ in honore habuiſſe aiunt, dum Iliad. α. de Apolline ad Chryſæ ſacerdotis preces ſagittas in exercitum Græcorum immittente loquens canit,

Ἂυτὰρ ἐπεὶ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἐφιεὶς
Βαλλ', ἀεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.
Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ὤχετο κῆλα θεοῖο.

Quos verſus nos ſic obiter,

At ex quo in illos lethalia ſpicula torſit,
Ex illo arſerunt caſſorum lumine crebro
Igne rogi, atque nouem Soles per caſtra volarunt
Tela Dei. Et Iliados β.

Τλιπόλεμος δ' Ἡρακλείδης ἀύσθη μέγας,
Ἐκ Ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγων Ῥοδίων ἀγερώχων. Nos ſic:

Tlepolemus autem Heraclides acer & ingens
Magnanimum ecce nouem aduexit claſſes Rhodiorum.

Et alibi Neſtorem parare,

ἐννεάχις ἐννέα ταύρους. Id eſt:

Neptunóque nouem nouies mactare iuuencos.

Et poëta Latinus:

Et nouies ſtyx interfuſa coercet.

Ad vtriuſque verò Septenarij dico & Nouenarij virtutẽ pertinet, quod aiunt impares numeros metiri & pares & impares. Impares autẽ iccirco maiorẽ vim & facultatẽ habere, ꝙ in duo æqua, quæ totum reſtituant, diuidi non poſsint, ſed paritati ſemper admiſceatur imparitas, quæ ſola vnitate vel creſcendo vel diminuendo à paritate differat. Vnitatem verò tam magnam vim concomitari volunt, vt quæ propius ad eam accedant, ea magis vna & maioris virtutis ſint: quę ratio fortaſſe mouiſſe videtur Pythagoreos vt impares maſculos eſſe dicerẽt, & propter vnitatem quam ſemper comitem habent, validiores. Neque verò numerorum etiam compoſiti onem myſterio carere dicunt.

Sept

Septimum enim ex tribus & quatuor (ne aliam eius compoſitionem hic perſcruter) partibus ſcilicet conſtitutiuis, componi oſtendunt. Inter quas eſt diateſſaron cõſonantia. Nouenarium item non ſola vnitate tantũ, ſed ternario etiam integrari. Nam ternarius tertio repetitus nouenarium procreat: & hîc pro magno miraculo habent, quòd in vtriuſque numeri compoſitione ternarius inſit, quem numerum primum incompoſitum eſſe ſacrum & perfectum prædicant: & ad hæc conſonantiarum longè perfectiſsimam diapaſon (quæ duorum eſt ad vnum: vnum autẽ & duo tria componunt) in ſe continere. Eiuſmodi rationibus adducti Arithmetici eos partus qui vel ſeptimo vel nono menſibus prodeant in lucem vitales eſſe affirmant, qui octauo negant. Niſi ſi quis præter Aegyptum Naxon etiam è Cicladibus vnam Bacchi ortu celebrem excipiendam eſſe cenſeat. Nam illa prærogatiuam illam obtinuit, vt ſolæ Naxiæ mulieres ſalubriter menſe octauo pariant, quòd Bacchus octauo menſe in ea inſula genitus, vixerit ſalubriter. Porrò verò vt ad dogmatum ſuorum confirmationem imparium numerorũ vim tantis laudibus extollunt, ita partium facultatem extenuant, dum eos imperfectos eſſe dicunt, dum eoſdem materiam item & fœminam vocãt, de quorum ſerie cùm ſit Octonarius, imperfectum quoque eum materiam item & fœminam, & ad hæc impariter parẽ, cubum ſolidúmque neceſſe eſſe ponunt. Et quâ quidem talis ſit: ad patiendum quidem aptum, minus verò ad agendum eſſe idoneum. Arithmeticis ergo menſe octauo, Octonarij virtute qui imperfectus eſt, materia, fœmina & cubus: vterus ſine magno nixu, labore, conamine atque adeo ſui offenſione agere, id eſt, partum foras propellere, partus ſeſe mouere facile & citra ſui noxam ſeſe iactare minimè poteſt. Sic parienti iuxtà ac partui vi numeri octonarij imminet exitium: vt non abs re Hippocrates in libello περὶ τροφῆς, dixerit, ἐς ἔκπωσιν ΣΜ. ἔστι ἡ ὀκτὼ ἐστί. hac tam ieiuna pugnanteq; oratione ſignificans partum dierũ ΣΜ. id eſt, ducentorum quadraginta dierum (tot autem dies octo menſes Solares conflant) eſſe quidem, ſed quia non diu ſuperſtes ſit futurus, eſſe non videri. Et libello de carnibus ſcribit octimeſtrem partum nullum vnquam viuere. Hæ ſunt medicorum, Genethliacorum ſeu Chaldæorum & Arithmeticorum rationes, quibus illi fieri cenſent, vt partus Septimeſtris degere poſsit vitam ſalubriter, non poſsit Octimeſtris. Et hactenus quidem

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 183 sur 567

oſtendimus nullum menſem eorum qui nonum ordine præcedunt, inter τοκιμοὺς, id eſt, partui dicatos, iure referri poſſe. Reſtat vt ſolum nonum τοκιμὸν eſſe confirmantes de iis menſibus qui illum proximè ſequuntur, & in quos partum differri quidã volunt, iiſdem ordine & via dicamus, de decimo, dico, vndecimo, duodecimo, decimotertio ac etiam decimoquarto. Nam in horum ſingulos partum etiam aliquando differri ſolere memoriæ plurimi prodidere. Ac primum quod in decimum menſem (dicendi quippe initiũ ab eo qui primus ordine eſt videtur eſſe faciendum) partio aliquando incidat, Poëtæ, Iurecõſulti & Philoſophi etiam auctores ſunt. Siquidem Ouidius hanc vnam etiã cauſam fuiſſe memorat, quæ Romulũ mouerit vt decem tantũ menſes anno, quem tum primùm in ordinẽ redigebat, adſcribendos putaret, cùm in condenda vrbe temporis etiam rationem habendam ſibi arbitraretur. Sic enim lib. 1. Faſtorum canit,

Tempora digereret cùm conditor vrbis, in anno
Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo.

Et verſibus aliquot interpoſitis reddit rationem.

Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

Et tertio Faſtorum:

Annus erat decimum cùm Luna receperat orbem.
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti per quos numerare ſolemus,
Seu quia biſquino fœmina menſe parit.

Et Virgilius Chaldæum agens in Genethliaco Saloninj Aſinij Pollionis conſ. filio eam etiam opinionem ſecutus in extremo fine Aeglogæ 4. ſic cecinit,

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Ad Iureconſultos venio, quos in ea quoque fuiſſe opinione intelligere licet ex Gellio, qui li. 3. cap. 16. docet fœminam quandã bonis atque honeſtis moribus nec ambigua pudicitia in vndecimo menſe poſt mariti mortem peperiſſe, factúmque eſſe negotium propter rationem tẽporis, quaſi mortuo marito poſtea cõcepiſſet, quoniam Decemviri in decẽ menſibus gigni hominem, non in vndecimo ſcripſiſſent. Sed Diuum Adrianum cognita cauſa, requiſitíſque veterum philoſophorum & medicorum ſententiis, decreuiſſe in vndecimo quoque menſe partum ædi poſſe: quanquam contrarium ſanciuiſſe videtur Impe. Iuſtinian

nianus ſecundo cap. eius conſtitutionis quæ ad Augu. præ. præfect. Orientis extat etiamnum in Authenticis titulo 5. collat. 4. de reſtitutionibus, & ea quæ parit in vndecimo: quo loco planè negat Imper. conceptionis tempus in vndecimum menſem extendi poſſe, cóque mulierem quandam, quæ poſt priores nuptias ad ſecundum venerat matrimonium antequam annus expleretur, quem lugubrem leges appellãt, etiam ſuperſtite viro non caſte viuere cogitaſſe, hinc manifeſtum fuiſſe ait, quòd nõdum completo anno menſe vndecimo perfecto peperit, vt non eſſet, inquit, poſsibile dicere, quòd de defuncto fuiſſet partus. Neque enim in tantum tempus conceptionis tempus extenſum eſt. Et vero tandem ſuper ea re ſic ſtatuit idem Imper. Vnde ſancimus, inquit, ſi quid tale contigerit, & ante luctus tempus pepererit mulier circa terminum anni, vt indubitatum ſit ſobolẽ non ex priori conſiſtere matrimonio, modis omnibus eam priuari antenuptiali donatione & ſecundum proprietatem & ſecundum vſum &c. Ex quibus verbis apparet Impera. vndecimum menſem τοκιμὸν eſſe non cenſuiſſe. Imo lata lege ſanciuiſſe vt quæ vndecimo mẽſe pareret, eas ſubiret pœnas, quibus veteri iure & tribus etiam conſtitutionibus ante ipſum, conſentiente etiam ſcriptura, afficiebatur, ſi qua intra annum luctus nupſiſſet: quia ſcilicet fieri nõ poſſe exiſtimaret vt vndecim menſes mulier vterum gereret. Apparet ergo & Decemviros menſe decimo partum ædi poſſe, ſcripſiſſe, & Imper. Iuſtinianum idem ipſum tacitè innuiſſe, cum de vndecimeſtri partu verba faciens de decimeſtri, qui illum præcedit, mirum egit ſilentium. Iam verò neque philoſophi ab ea opinione alieni fuere. Nam Hippocrates in libello περὶ φύσιος παιδίου, in hanc it pedibus ſententiam, cum inquit· Οὕτω γὰρ καὶ τὸ παιδίον ὀκόταν αὐξηθῇ, ὀκτὼ ἕλκει μοίρας ἃ μήτηρ τροφὴν παρέχειν ἀρκέσασα. Ζητέον δὲ πλέω τροφὴν τὸ παρεόντος τὸ ἔμβρυον ἀσκαρίζον ῥήγνυσι τοὺς ὑμένας, καὶ λυθὲν τὸ λεπτὸν χωρέει ὁμῶ ἔξω, καὶ τοῦτο γίνεται ἐν δέκα μησὶ τὸ μακρότατον. id eſt, Sic res habet in puero, cui iam grandiori cum mater ſatis alimenti ſufficere nõ poſsit & copioſius tamen efflagitet, ideò ſeſe iactando membranas abrumpit, & ſolutus vinculus confeſtim foras prodit. fiunt autem hęc menſe vt longiſsimum decimo. Ariſtoteles quinetiam huius opinionis auctor eſt, qui libri 7. Hiſtoriæ animalium cap. 4. docens multiplex homini pariendi datum eſſe tempus, dicit, mulierem etiam vt plurimum decimo pa

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 185 sur 567

rere, nonnullas etiam vndecimum tangere. De decimo, & verò etiam orationis ſequela de vndecimo dixi, oſtendíque poetas, iureconſultos & philoſophos partum vt plurimũ decimo menſe ęqi ſolere, exiſtimaſſe. In vndecimo non ita frequenter ſolere, contingere. Imò Impera. Iuſtinianum & eos quos, vt veriſimile eſt, in cõſilium adhibuerat philoſophos in eum partum geſtari poſſe planè negauiſſe. Quod ſi eſt, quid de duodecimo, decimotertio & decimoquarto (nam & poſt decimumquartum quoq; mulierem quendam puerum peperiſſe audiuiſſe ſe abs quodam fideli ſcribit Petrus de Apono in Ariſtotelis problema 41. particulæ x. quod & repetit in eo libro cui titulum fecit, Cõciliator, differentia 49.) cenſendum eſt, in quos menſes partum nonnulli conſeruandæ fortaſsis muliebris pudicitiæ magis quàm veritatis ſtudioſi plerunque protelari volunt? Et quidem quòd in duodecimum menſem partus differatur, Homerum teſtem laudant, qui ὁ δ' υσ. λ. de Neptuno loquens, qui Tyronem Salmonei filiam, & Crethei vxorem ad Enipei fluuij oſtia ſopitam, compreſsit, ſic cecinit,

Λῦσεν ὑ παρθενίην ζώνην, ἠδ' ὕπνον ἔχευεν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἐτέλεσε θεὸς φιλοτήσια ἔργα,
Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ ἑὸν προσεφώνεε κῆρ·
Χαῖρε γύναι φιλότητι, περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκν'· οὐ γὰρ ἀποφώλιοι ἔσσονται
Ἀθανάτου.

Id eſt, vt nos Latinè conuertimus,

Virgineum ſoluit ceſtum, placidúmque petiuit
Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem.
At poſtquam munus numen perfecit amoris,
Et dedit amplexus atque oſcula dulcia fixit,
Hic prenſare manu, & dictis compellat amicis:
Gaude hoc complexu, nam cùm ſe voluerit annus,
Illuſtres natos paries, haud irrita diuum
Connubia.

Tres verſus vltimos citat Gellius lib. 3. cap. 16. quos ſe ad complures Grammaticos attuliſſe refert, & in quæſtionem poſuiſſe an περιπλομένου ἐνιαυτοῦ (ſic enim loquitur Homerus) id eſt, reuoluto anno mulier parere poſſet. Sed partem eorum diſputaſſe ait Homeri quoque ætate, ſicuti Romuli, annũ fuiſſe non duodecim menſium, ſed decem tantùm. Alij conueniſſe Neptuno maieſtatíque eius dicebant, vt longiori tempore fœtus ex co

grande

grandesceret. Sed Phauorinus, inquit ille, mihi ait πόδιπλομένου ἐνιαυτοῦ, id est, volucnte anno, non confecto esse anno, sed affecto, id est, proximè fini progresso & deducto. Ex quibus Phauorini verbis intelligere licet esse cũ πόδιπλόμενον ἐνιαυτόν, & vertentem & reuolutum annum, per participiale præsens, aut præteritum Latinè aliis atque aliis locis reddere possis. Participiale præsens rem adhuc in motu esse, quem totum non sit consecuta: præteritum rem confectam & motum finémque esse consecutam significat. Hesiodus lib. 2. operum & dierum πόδιπλόμενον ἐνιαυτόν pro anno non affecto, sed pro anno completè reuoluto confectóque vsurpauit, cùm de Pleiadibus loquens sic cecinit,

Αἱ δ' ἤδη νυκτάς τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
Κεκρύφαται, αὖτις δὲ πόδιπλομένου ἐνιαυτοῦ
φαίνονται.

Nos sic:

Hæque quater decies latitant noctesque diesque.
Tum rursum apparent confecto scilicet anno.

Homerus vero loco iam citato πόδιπλόμενον ἐνιαυτόν Phauorino Gelliano interprete, pro vertente, labente, affecto, necdũ planè reuoluto anno dixit; quæ interpretatio quanquã prima fronte latè patere videtur, nec satis definite explicare decẽne, an duodecim menses Solares item an Lunares Homerico anno Phauorinus attribuat, sicuti nec quotó mense annus affectus esse dici queat (nam & decimo mense atque adeo vndecimo etiam & duodecimo annum quam proximè fini adductum esse & affectum, vulgus nostrum dicere solet) est tamen verisimile Phauorinũ (hunc Gallum esse ex Arelate oppido propè Padum scribit Celius Rhodig. lib. 10. cap. 52.) vtpote Romæ agentem & abs Gellio cive Ro. rogatum existimauisse Homericum annum mensium duodecim Solarium, quot scilicet tum apud Ro. erat, fuisse, Poëtámque illis suis versibus significasse, Tyronem à Neptuno grauidam factam sub duodecimi mensis finem (quo scilicet tempore annus proximè fini adductus est) esse enixuram, & partum in tantum tempus protelari posse. Nos Chronologia & temporis ratione nixi asserere audemus eorum grammaticorum opinionem (licet eam nugalia appellet Gellius) non à veritate fuisse alienam qui dicebant annum ætate quoque Homeri sicuti Romuli decem tantùm mensium, & eorum quidem Lunarium fuisse. Siquidem Diogen. Laertius libr. 1. in Solonis vita,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 187 sur 567

auctor est Solonem primum eam diem qua Luna Solem & cõsequitur & transmittit νέαν καὶ νέαν (alij veterem & nouam, Varro primo de re rustica cap. 37. extremam & primam dicit) tricesimam diem mensis appellauisse, Atheniẽsésque monuisse, vt ad cursum Lunæ mẽses agerent. Idem in Thalete auctor est, Thaletem (quem ijsdem tẽporibus, quibus Solon, floruisse colligere licet ex epistola Thaletis ad Solonẽ quæ apud ipsum Diogenem est) primum anni tempora illorúmque vicissitudines inuenisse, annúmque in trecentos sexagintaquinque dies diuisisse. Primúmque etiam ipsum vltimam mensis τριακάδα, id est, tricesimã vocauisse. Constat autem eodẽ Laertio auctore, Solonem Thaletémque circa 46. Olympiada, quod est annis ante Christum natum ferè quingentis quadraginta, floruisse. Ortum quippe Thaletem dicit idem Laert. 35. Olympiade, defunctum 58. Homerum autem in Græcia floruisse Siluiis Albæ regnantibus annis ante vrbem conditam circiter sexaginta supra centũ, testantur Cicero in præfatione Thusculanę 1. Eutropius libr. 1. & Gellius libr. 17. cap. 21. Id autem est annis ante Christum circiter nongentis duodecim, ante primam Olympiada annis 27. Quin narrat etiam Strabo lib. Geographiæ 17. Platonem (hunc quingentis ferè & sexaginta annis post Homerum natum esse intelligere licet ex Gellij lib. 17. cap. 21. qui cum tempore Philippi Amintæ filij & patris Alexandri, anno scilicet vrbis conditæ quadringentesimo vixisse scribit) cum Eudoxo Aegyptum adiisse, & ambos cum sacerdotibus annos tredecim fuisse versatos, qui quãquam mystici essent, nec facile cuiquam communicarent eam, qua præstabant, rerum cælestium scientiam: tempore tamen & obsequio exoratos nonnulla præcepta commonstrasse, quę Barbari occultabant. Et in summa excurrẽtes diei ac noctis particulas quasdam supra 365. dies in anni complementum tradidisse, annúmque apud Græcos tum, vt alia permulta ignoratum fuisse: quod & confirmare etiam videtur Macrobius scribens cap. 8. pri. Satur. Græcos omnes reliquos ab Arcadibus, qui annum suum tribus: & Acarnanensibus, qui suum mensibus sex explicabant, trecentorum quinquaginta quatuor diebus annum suum computauisse. Ex qua Chronologia liquere arbitror, anni certum modum apud Græcos nullum ante Homerum fuisse. Homerũ item ipsum Solone Thaletéque multo ætate fuisse superiorem, annósque inter hos & illum ad

trecent

trecentos aut 350. interceſsiſſe, eóque annum Homeri tempore (ſiquidem cum Solon & Thales primi in ordinem redegêre) dies trecẽtos ſexagintaquinque, quot hodie etiam habet, habere non potuiſſe. Quibus rationibus adductus affirmare auſim Homerum dum dixit Tyronem parituram pulchram ſobolem πεδιπλόου ἐνιαυτοῦ, id eſt, vertente anno & proximè fini deducto, de affecto & penè confecto menſe decimo, qui tum vltimus menſis anni erat, intellexiſſe, neque in duodecimum, (vt etiam tum annus duodecim menſes habuiſſet) vterum geſtari poſſe cenſuiſſe, quod idem conſequentia quadam de decimotertio & decimoquarto inferre licet: quãquam ſint qui in eos etiam menſes & vltrà partum protelari poſſe cenſeant. In queis eſt L. Papyrius prætor, quem Plinius lib. 7. cap. 5. narrat ſecundo hærede lege agente bonorum poſſeſsionem contra eum dediſſe, cum matet partum tredecim menſibus tuliſſe diceret. Et Petrus de Apono, vt & antè dictum eſt, etiam poſt 14. mulierem quandam puerum fuiſſe enixam, abs fideli quopiam ſe audiuiſſe teſtatur. Vides quàm variæ ſint, lector, multiplicéſque de humani partus ſeu de fœtus geſtationis tempore ſententiæ, ad quas diiudicandas & ſi Deo, non è machina, quod aiunt, ſed è cœlo opus eſſe videatur, dicam tamen quod ſentio, & paucis, quoad eius fieri poterit, totum hunc locum concludam aſſumpto iterum eo axiomate quod ego huius loci initio ex Hippocrate & Galeno poſui: ſuum ſcilicet pariendi tempus ſingulis animãtibus atque adeo homini etiam ipſi ſtatum eſſe & præfixum, nonnúmque menſem ſummum eſſe hominem gignendi finem, quem vltra citráve partio mulieris ſecundum naturam fieri minime poteſt. Cenſor tamen vſqueadeo rigidus eſſe nolim, quin fatear fieri, aliquãdo vt partio vel anteuortat id tempus vel etiam aliquando poſt id tardet, ſed dies paulo plures pauciorésve, næ ſua quidem prærogatiua debitóque honore nonum menſem priuauerint. Nam vt plus minus (neque tamen, vt ait Hippocr. multo plus aut minus) anteuortat, tardet partus, ſic quoque tamen nonimeſtrem cenſeri debere cenſeam, haudquaquam tamen lege lata cauens quo minus hoc illo caſu pro anticipationis aut tardationis ratione octimeſtris aut decimeſtris dicatur. Porrò autem nonum menſem cum dico, Solarem nonum intelligo, qui diebus 270. circunſcribitur, vltra quos dies, partus ſaltem ad multos, differri non poteſt. Crediderim vero magnos illos,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 189 sur 567

quorum paulò antè laudaui teſtimonia, viros, poetas dico, iure-cõſultos & philoſophos cũ decimo & vndecimo menſibus mulieres parere dixerunt, de aliis atque aliis lunaribus menſibus fuiſſe locutos. Nam pro varia menſium ſolarium lunariúmve conſideratione partus idem & nonimeſtris & decimeſtris & vndecimeſtris dici, & re-uera quidem, queat. Id qua ratione fiat, paucis accipe. Ponamus mulierem aliquam Calendis Ianuarij ex viro concepiſſe. Huic partus imminebit in Septembris noni menſis ſolaris finem. Erit vero totum id tẽpus dierum circiter ducẽtorũ & ſeptuaginta: porro hic numerus in annis lunaribus conſecutionis appellatis, incidit in diem quartum menſis decimi, in annis apparitionis dictis, in quintum menſis vndecimi. In annis vero integratis ex menſibus peragratoriis in viceſimum-quartum menſis decimi. Et ſi rationem etiam conſtructæ ante à me tabellæ habere volueris, cõperies eum dierũ numerum in 18. diẽ decimi menſis recidere. Sic quà quidem partus ille nono menſe ſolari, id eſt, 270. die æditus fuerit in lucem, eatenus nonimeſtris dicetur: quà vero ducenti ſeptuaginta dies in menſibus apparitionis incidunt in quintum diem menſis vndecimi, eatenus vndecimeſtris, ſicut & quatenus idem dierum numerus in menſibus peragrationis dictis in 24. diem decimi incidit, eatenus etiam decimeſtris dicetur. Quòd ſi aliquantulum etiam tardet in vtero, & in 280. differatur partus, iam vides eum poſſe multo magis decimo aut vndecimo etiam menſe natum dici, ducentis ſcilicet octoginta diebus in menſibus ſolaribus in quintum fere diem Octobris à Ianuario decimi menſis, in menſibus peragrationis in ſeptimum diem vndecimi, & in menſibus apparitionis in decimumquintum eiuſdem vndecimi incidentibus. Sed enim fatius eſt vt Ephemeride rem tibi ponam ob oculos, & ita menſium cum ſolarium tum lunarium rationem reddam, vt intelligas tam variam auctorum de partu hominis ſententiam non ab alio fonte dimanaſſe, quàm quod alij de menſibus ſolaribus, alij de lunaribus, ſed alius de menſe peragrationis, alius de menſe conſecutionis, alius vero etiam de menſe apparitionis (tot enim ſunt menſium lunarium differentiæ) ſint locuti. Per menſem autem, quem peragrationis vocant, totum id tempus intelligunt, quo Luna ab vno Zodiaci puncto profecta, ad idem punctum emenſo toto circulo, reuertitur, vt verbi gratia, à primo puncto Arietis (in quo eam fuiſſe pone, cum in cortu eſſet

ſet cum Sole) ad eundem ipſum primum Arietis punctum. Id ve ro tempus eſt dierum 27. horarum octo, & ſi rem exactiori calculo examinare placet, horarum ſeptem & tertiæ partis horæ. Secundus menſis lunarius coniunctionis ſeu conſecutionis appellatus, tantum temporis complectitur, quantũ Luna oberrando ab vna coniunctione ad aliam inſumit: id eſt, quando Luna cum Sole coïens luſtrato ſuo curſu ſolẽ iterum cõſequitur. Excedit autem hic menſis præcedentẽ vnius fere ſigni ſpatio, id eſt, biduo & horis 4. cum aliquot minutiis. Nam cũ Luna Solem in eo loco in quo in nouiſſima coniunctione reliquerat, vt verbi gratia in primo puncto Arietis non reperiat: ſed ſit vltrà progreſſus, & ſignum ferè integrum emẽſus: ita vt verbi etiam gratia, primum punctum Tauri attingat: ea biduum & horas 4. cũ aliquot minutiis in conſequendo Sole impendit. Quo fit vt hic menſis dierum ſit viginti nouem & horarum duodecim cum minutiis 44. & aliquot ſecundis. Sequitur menſis tertius, quem apparitionis ſeu illuminationis vocant. Id tempus complectens quo Luna lumen in terras demittens nobis eſt conſpicua, nec dum vt dicunt, combuſta ſeu ſplendore Solis opacata: quod tempus dierum viginti ſex, & horarum 12. eſſe dicitant, poſito quòd Luna radiis Solaribus immerſa toto triduo deliteſcat. Menſtruum enim tempus non omnino triginta diebus conſtare, ſed his minus vnius ferè diei dimidio minus docere Hipparchum ſcribit infrà Galen. libri 3. cap. 4. & hac ratione dies 29. & horæ 12. ab vna coniunctione ad alteram intercedent. Aliâs verò ſi per biduum tantùm deliteſcat mẽſis hic erit dierum 27. horarum 12. Solet enim hic menſis ad portionem temporis occultationis aut minui aut augeri, eóque non ſemper ſibi æqualis eſt. Sed enim facilioris doctrinæ gratia, & vt triplicium menſiũ Lunarium ratio conſtet, quod dudum pollicitus ſum præſtare aggredior: himerologióque triplici rem totam ita ob oculos ſubiicio, & paucis adhuc intellectam menſium Lunarium rationẽ limitibus certis ita finio, vt certi quid tãdem cùm de anni, tũ de partus ratione ſtatui poſsit. Neque enim niſi hac re perſpecta & cognita, Iureconſulti, ſed ne Medici quidẽ ſententiam ſuper hac re rogati habebunt quod verè reſpondere poſsint. Magnos ſemper viros hoc ſtudiũ exercuit, reges dico, & imperatores. Pontifices noſtri, quod dolendum eſt, in ea re remiſsiores ſunt, & minus occupati: vt qui hæc credant officiis eſſe mino-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 191 sur 567

ra ſuis. In ſtudioſorum ergo gratiam, quicquid eſt, quod ſtudio conſequi potui literarum monimentis prodere, & quod Cn. Flauium ſcribam primum apud Ro. feciſſe tradunt, faſtos euulgare ſtatui, Diuúmque illum Iulium Cæſarem imitari, de quo ſic Ouidius lib. 3. Faſtorum de anni ratione loquens,

Non hæc ille Deus tantæque propaginis auctor,
Credidit officijs eſſe minora ſuis.
Promiſſumque ſibi voluit præcognoſcere cœlum,
Nec Deus ignotus hoſpes adire domos.

En ergo tibi primum, Lector, himerologion, quo menſis ille Lunaris quem Peragratorium nominari dixi, cum menſibus Solaribus ita confertur, vt & dies & menſes Lunares menſibus itidem diebúſque Solaribus ordine reſpondeant. Hunc menſem paulò antè dixi, id tempus eſſe quo Luna ab vno puncto ad idē punctum redit, eſſéque dierum 27. & horarum ferè 8. quæ horæ 8. in tertium menſem aſſeruatæ, & tandem aceruatæ diem vnum integrant, qui dies in tertium menſem reponitur: vnde tertius quiſque mēſis 28. dierū eſt. Cæterùm primus ordo numerorum dies mēſis cuiuſque Lunaris. Tertius dies menſis Solaris complectitur. Secundus & intermedius ordo in vnam ſummam dies totius anni, tam Lunaris, quàm Solaris vſque in finē tibi colligit. Ex hypotheſi autem hoc mihi dari volo: vt Calendæ & Νουμηνία in vnum eúndémque diem recidant: id eſt, vt primilunium Calendis Ianuarij (hinc enim annum Lunarem peragra incipio) occurrat, quod ferè appoſite hoc ipſo anno 1557. quo hæc Heduæ commentabar, contigit. Fuit enim Luna noua pridie Calendas Ianuarij, ſeu vltimo die Decembris anni 1556. hora decima à meridie noſtro more, hūc diem ἡμέραν νέαν ad meridiem Calendarum Ianuarij vocabo, à meridie verò Calendarum Ianuarij Νουμηνίαν auſpicabor. Imitatus Aſtrologos qui diei initium à meridie faciunt.

Menſes Lunares, Peragratorij vulgò dicti,
dierum 27. horarum ferè octo.

Dies mẽſis primi ☾.	Summa dierum tam Lunariũ, quã Solariũ.	Dies anni ☉.
Menſis primus ☾ perag. 1	1	1 Ianuarius
2	2	2 menſis pri-
3	3	3 mus die-
4	4	4 rum 31.
5	5	5
6	6	6
7	7	7
8	8	8
9	9	9
10	10	10
11	11	11
12	12	12
13	13	13
14	14	14
15	15	15
16	16	16
17	17	17
18	18	18
19	19	19
20	20	20
21	21	21
22	22	22
23	23	23
24	24	24
25	25	25
26	26	26
27	27	27

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 193 sur 567

Dies mensis secũdi.		Coaceruati dies ☉ & ☾.		Dies anni ☉.	
Mensis secũdus peragra.	1		28		28
	2		29		29
	3		30		30
	4		31		31
	5		32	1	Februarius
	6		33	2	mensis 2. ☉
	7		34	3	dierum 28.
	8		35	4	
	9		36	5	
	10		37	6	
	11		38	7	
	12		39	8	
	13		40	9	
	14		41	10	
	15		42	11	
	16		43	12	
	17		44	13	
	18		45	14	
	19		46	15	
	20		47	16	
	21		48	17	
	22		49	18	
	23		50	19	
	24		51	20	
	25		52	21	
	26		53	22	
	27		54	23	

Dies

Dies ☾. mensis tertij.		Aceruati dies ☉ & ☾.	Dies mensium ☉.
Mensis tertius ☾ perag.	1	55	24
	2	56	25
	3	57	26
	4	58	27
	5	59	28
	6	60	1 Martius mē
	7	61	2 sis 3. ☉ die-
	8	62	3 rum 31.
	9	63	4
	10	64	5
	11	65	6
	12	66	7
	13	67	8
	14	68	9
	15	69	10
	16	70	11
	17	71	12
	18	72	13
	19	73	14
	20	74	15
	21	75	16
	22	76	17
	23	77	18
	24	78	19
	25	79	20
	26	80	21
	27	81	22
	28	82	23

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 195 sur 567

Dies mensis 4.☾.	Coaceruati dies ☉ & ☾.	Dies mensium anni ☉.
Mensis 4.☾ peragra. 1	83	24
2	84	25
3	85	26
4	86	27
5	87	28
6	88	29
7	89	30
8	90	31
9	91	1 Aprilis mē-
10	92	2 sis 4.☉ die-
11	93	3 rum 30.
12	94	4
13	95	5
14	96	6
15	97	7
16	98	8
17	99	9
18	100	10
19	101	11
20	102	12
21	103	13
22	104	14
23	105	15
24	106	16
25	107	17
26	108	18
27	109	19

Dies

Dies mensis ☾.	Coaceruati dies ☉ & ☾.	Dies mensium anni ☉.
Mensis ☾. 1	110	20
perag. ☾. 2	111	21
3	112	22
4	113	23
5	114	24
6	115	25
7	116	26
8	117	27
9	118	28
10	119	29
11	120	30
12	121	1 Maius men-
13	122	2 sis ☾. ☉ die-
14	123	3 rum 31.
15	124	4
16	125	5
17	126	6
18	127	7
19	128	8
20	129	9
21	130	10
22	131	11
23	132	12
24	133	13
25	134	14
26	135	15
27	136	16

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 197 sur 567

	Dies menſis 6. ☾.	Aceruati dies anni ☉ & ☾.	Dies menſium anni ☉.	
Menſis 6. peragra.	1	137	17	
	2	138	18	
	3	139	19	
	4	140	20	
	5	141	21	
	6	142	22	
	7	143	23	
	8	144	24	
	9	145	25	
	10	146	26	
	11	147	27	
	12	148	28	
	13	149	29	
	14	150	30	
	15	151	31	
	16	152	1	Iunius menſis 6. ☉ dierum 30.
	17	153	2	
	18	154	3	
	19	155	4	
	20	156	5	
	21	157	6	
	22	158	7	
	23	159	8	
	24	160	9	
	25	161	10	
	26	162	11	
	27	163	12	
	28	164	13	

Dies

	Dies menſis 7.☾.	Summa dierũ anni ☉ & ☾.	Dies menſium anni ☉.	
Menſis ſeptimus perag.☾.	1	165	14	
	2	166	15	
	3	167	16	
	4	168	17	
	5	169	18	
	6	170	19	
	7	171	20	
	8	172	21	
	9	173	22	
	10	174	23	
	11	175	24	
	12	176	25	
	13	177	26	
	14	178	27	
	15	179	28	
	16	180	29	
	17	181	30	
	18	182	1	Iulij 7.mẽſis ☉ dierum 31.
	19	183	2	
	20	184	3	
	21	185	4	
	22	186	5	
	23	187	6	
	24	188	7	
	25	189	8	
	26	190	9	
	27	191	10	

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 199 sur 567

	Dies 8. mensis ☾.	Summa dierū anni ☉ & ☾.	Dies mensium anni ☉.	
Mensis 8. ☾ peragra.	1	192	11	
	2	193	12	
	3	194	13	
	4	195	14	
	5	196	15	
	6	197	16	
	7	198	17	
	8	199	18	
	9	200	19	
	10	201	20	
	11	202	21	
	12	203	22	
	13	204	23	
	14	205	24	
	15	206	25	
	16	207	26	
	17	208	27	
	18	209	28	
	19	210	29	
	20	211	30	
	21	212	31	
	22	213	1	Augustus
	23	214	2	mēsis 8. ☉
	24	215	3	dierū 31.
	25	216	4	
	26	217	5	
	27	218	6	

Dies

Dies 9. mẽ- sis ☾	Sũma dierũ mensiũ ☉ & ☾	Dies mẽ- sium ☉
Mensis 9. ☾ peragra. 1	219	7
2	220	8
3	221	9
4	222	10
5	223	11
6	224	12
7	225	13
8	226	14
9	227	15
10	228	16
11	229	17
12	230	18
13	231	19
14	232	20
15	233	21
16	234	22
17	235	23
18	236	24
19	237	25
20	238	26
21	239	27
22	240	28
23	241	29
24	242	30
25	243	31
26	244	1
27	245	2
28	246	3

Septẽber 9. mẽsis ☾ die rum 30.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 201 sur 567

Dies 10. mẽsis ☾		Sũma dierũ anni totius ☉ & ☾	Dies mensium Solarium.
Mẽsis 10. ☾ peragrat.	1	♈247	♑4
	2	♉248	♒5
	3	♊249	♓6
	4	♋250	♈7
	5	♌251	♉8
	6	♍252	♊9
	7	♎253	♋10
	8	♏254	♌11
	9	♐255	♍12
	10	♑256	♎13
	11	♒257	♏14
	12	♓258	♐15
	13	♈259	♑16
	14	♉260	♒17
	15	♊261	♓18
	16	♋262	♈19
	17	♌263	♉20
	18	♍264	♊21
	19	♎265	♋22
	20	♏266	♌23
	21	♐267	♍24
	22	♑268	♎25
	23	♒269	♏26
	24	♓270	♐27
	25	♈271	♑28
	26	♉272	♒29
	27	♊273	♓30

Dies

Dies 11 mẽsis ☾	Sũma dierum anni ☉ & ☾	Dies mensium ☉	
Mensis 11. ☾ perag. 1	274	1	October 10 mẽsis ☉ dierum 31.
2	275	2	
3	276	3	
4	277	4	
5	278	5	
6	279	6	
7	280	7	
8	281	8	
9	282	9	
10	283	10	
11	284	11	
12	285	12	
13	286	13	
14	287	14	
15	288	15	
16	289	16	
17	290	17	
18	291	18	
19	292	19	
20	293	20	
21	294	21	
22	295	22	
23	296	23	
24	297	24	
25	398	25	
26	299	26	
27	300	27	

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 203 sur 567

Dies 12. mẽsis ☾	Suma dierum anni ☉ & ☾	Dies mensium ☉	
Mẽsis 12. ☾ peragra. 1	301	28	
2	302	29	
3	303	30	
4	304	31	
5	305	1	Nouember mensis 11. ☉ dierum 30.
6	306	2	
7	307	3	
8	308	4	
9	309	5	
10	310	6	
11	311	7	
12	312	8	
13	313	9	
14	314	10	
15	315	11	
16	316	12	
17	317	13	
18	318	14	
19	319	15	
20	320	16	
21	321	17	
22	322	18	
23	323	19	
24	324	20	
25	325	21	
36	326	22	
27	327	23	

Obſer

Obſeruabis hunc annum lunarem menſibus peragratoriis integratum menſes quidem duodecim habere, ſed anno conſecutionis breuiorem eſſe diebus vigintiſeptem ſeu integri menſis peragrationis ſpatio, hic enim annus dies continet trecentos vigintiſeptem: conſecutionis trecentos quinquaginta quatuor. Iccirco autem breuior hic eſt, quia ſinguli menſes quibus integratur vigintiſeptem tantum diebus & horis ferè octo conſtãt, qua ratione quarto quoque menſe dies ferè nouem abeſſe comperiuntur de ſumma dierũ totidem menſium conſecutionis. Nam cum ſinguli mẽſes conſecutionis impares quidem triginta dies, pares vero vigintinouem contineant, menſes 4. conſurgunt in 118. dies, de quo numero ſi 9. dies exemeris, 109. dies (hic numerus conflat menſes 4. peragratorios) reſtare cõperies. Eadémque in anno ſeruatur ratio. Nam ſi de 354. diebus (ſumma ſcilicet anni conſecutionis) ter nouem, id eſt, 27. ſubſtraxeris, 327. dies, ſummam anni peragrationis reſtare comperies. Cæterum menſem decimumtertium hic ſubiũxi dierum 27. vt tot additis diebus ad trecentos vigintiſeptem, numerũ ad ſummam menſium lunarium communium ſeu conſecutionis, nempe ad dies 354. aſſurgere videres. Notabis & duodecimũ mẽſem dies 28. hac mea ſupputatione non contineri, licet dixerim ante horas 8. quas ſuprà dies 27. ſinguli menſes peragratorij capiunt, tertio quoque menſe vnum diem parere, & ſic tertium quemque menſem peragratorium 28 dies capere. Id eò à me factum eſt, quia octo illę horæ ſupra 27. dies ſingulis menſibus excreſcentes non ſunt integræ, ſed duabus fere tertiis horę decurtatæ: nam exactiori calculo menſis quiſque peragratorius conſtat diebus 27. horis 7. & tertia ferè horæ parte. Sic factum eſt vt duodecimo menſi 27. tãtum dies, non etiam 28. vt tertio antea cuique menſi, adſcriberem, cum 8. ferè horæ de integro die eum menſem deficiant.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 205 sur 567

Dies mensis 13. ☾	Sũma dierum anni ☉ & ☾	Dies mensium ☉
Decimus- 1	328	24
tertius men 2	329	25
☾ perag. 3	330	26
4	331	27
5	332	28
6	333	29
7	334	30
8	335	1 December 12. mensis ☉ dierum 31.
9	336	2
10	337	3
11	338	4
12	339	5
13	340	6
14	341	7
15	342	8
16	343	9
17	344	10
18	345	11
19	346	12
20	347	13
21	348	14
22	349	15
23	350	16
24	351	17
25	352	18
26	353	19
27	354	20

Trecenti

Trecenti quinquaginta quatuor dies explent annum lunarem ex menſibus conſecutionis integratum, cui dierum numero ſi vndecim addideris, habebis numerum dierum anni ſolaris. Deſinunt enim trecenti quinquaginta quatuor prædicti dies ab Ianuario incipiendo in viceſimum Decembris, additi dies vndecim explebunt annum ſolarem & in 31. Decembris recident, vt hîc videbis.

	Sũma dierum anni ☉ & ☾.	Dies menſium ☉.	
Vndecim dies quibus annus lunaris cõmunis breuior eſt ſolari, ὑπερβαίνοντες Græcis dicti.	1	355	21 Decembris reliqui dies.
	2	356	22
	3	357	23
	4	358	24
	5	359	25
	6	360	26
	7	361	27
	8	362	28
	9	363	29
	10	364	30
	11	365	31 Vltimus Decẽbris & totius anni ſolaris dies.

Hi tibi ſunt Lector, qui in octauum quemque annum aſſeruantur vndecim dies, quibus annus lunaris communis ſeu conſecutionis minor eſt ſolari, hîc eo conſilio adſcripti, vt menſes lunares cum ſolaribus totidem additis videres cõcurrere. Qua ratione autem fiat vt annus ſolaris lunarem diebus vndecim excedat, Seuerianus Græcus autor lepido commento ſic apud Politianum Miſcellaneorum centuria prima, c. 94. declarat. Solem, inquit, factum à Deo primitus & Lunam legifer Hebræus prodit, quarta mox vt orbem incohauerat die, qui tamen, quoniam alterũ diei, nocti alteram præfeciſſet, etiam illum in Orientis credi poteſt, hanc in Occidẽtis poſuiſſe confinio. Nec autem debuit, quemadmodum quidem hic opinatur, ſic à principio ſta-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 207 sur 567

tim Lunam fingere Deus, vt detrimento affecta, vt decerpta, vt gracileſcens, vt diſcriminata, vt diluta, vt inanis, vt exhauſta fo ret lumine, qualem nunc eam eſſe vel naſcentem vel intermenſtruam, vel ſeneſcentem, vel in coitu vel in ipſo quoque deliquio videmus. Quin orbe pleno potius integróque circulata, non gibboſa, non prætumida, non ſinuata, non corniculans, non diuidua, non ſilens. Etenim dein iſta multiformitas temporum erat, & noctium & dierum velut interuallaris & diſcriminatrix futura. Quorcirca ædito recèns & matutinos ingrediente carceres Sole, Luna prorſus è regione metam finitoris radebat occiduam munifex tum primum orbis, & in ſuo quaſi dixerim tyrocinio. Sed vt ad Occidentem Sol ipſe circumactus eſt, etiam inuicem peruecta Luna ſuo curriculo eſt ad Orientis collimitium, ſic igitur audientes dicto diei pariter prefuerunt noctíque. Cur autem non ſe tum potius quartæ Lunæ facies exhibuerit, quota eſt ædita die? quoniam ſummum, inquit, Luna quarta tenere Occidentis limitem nequiuiſſet. Ita rotũdata ſpecie plenóque prorſus ore quintamdecimam pro quarta exhibens, vndecim ſibi dies velut arrogauerat, ac totidem plane diebus Luna Solem natura præuertitur. Ex quo fit vt etiam Soli iure dies illos vndecim Luna quaſi bona fide reſtituat. Nam cũ ſit vndetriginta & ſemiſsis dierum menſtruus Lunæ calculus, diſſultat hinc, annarius duodecim menſium numerus è diebus omnino 354. quæ ſumma vndecim ſibi illos agglutinans quos à primordio Luna ſicut auctarium præſumpſerat, annum conſtituet hũc ſolarem 365 dierum. Hæc apud Angelum Politi. Seuerianus, de his diebus vndecim quibus annus lunaris ſolari curtior eſt. Cæterum quia operoſum fuiſſet quotannis tot dies intercalare, hi per annos ſeptem nullo in numero habentur, ſed in octauum annum aſſeruantur, ad eum modum, quo in annis ſolaribus communibus, horæ ſex quibus ſuprà trecentos ſexaginta quinque dies annus integratur, ſolent aſſeruari, vt quarto quoque anno biſſextum efficiant, & die vno intercalato annum adaugeant, ipſum dierũ 366. efficiẽtes, vnde quartus quiſque nõ amplius annus ſimpliciter, ſed annus biſſextilis paſsim appellari ſolet. Porro verò octies vndecim dies in 88. conſurgunt, quibus ſi duos dies biſſextiles (quibus annus quiſque octauus ex quadrantibus ſingulorum annorum increſcit) addideris, dies 90. reſultare comperies. At hi dies tres menſes tricenum ſingulos dierum cõflant.

Nam

Nam nonaginta per tria diuiſa,triginta dãt. De hac in fine octaui anni intercalatione,audi Macrobium lib.1.Satur. cap.15.ſic loquentem: Cùm ergo Romani ex hac diſtributione Pompilij ad Lunæ curſum,ſicut Græci, annum proprium computarent,neceſſariò & intercalarem menſem inſtituerunt more Græcorum. Nam & Græci cum animaduerterent temere ſe 354.diebus ordinauiſſe annum (quoniam apparet de Solis curſu qui 365. & quadrante Zodiacum conficit,ee ſle anno ſuo vndecim dies & quadrantem)intercalares ſtatuta ratione commenti ſunt, ita vt octauo quoque anno 90. dies ex quibus tres menſes tricenûm dierum compoſuerunt,intercalarent.Id Grçci fecerũt,quia erat operoſum atque difficile omnibus annis vndecim dies & quadrantem intercalare. Itaque maluerunt hunc numerum octies multiplicare & nonaginta dies qui naſcuntur, ſi quadrans cum diebus vndecim octies componatur, inſerere, in tres menſes,vt diximus, diſtribuendos. Hos dies ὑποφθαίνουσας: menſes verò ἐμβολιμους appellant.Hæc de intercalandi,ad finem octaui cuiuſque anni ratione Macrob. quam etiam approbat Nicephorus Calliſtus hiſtoriæ eccleſiaſticæ libr.12.cap.32.ſcribens, Lunam per octennium cum Sole conuenire, & ambo initium nouum ſumere, Octennales item Lunę curſus nonaginta & nouem menſibus perfici, diebus autem bis mille nongentis viginti duobus, quibus etiam Sol Octonos abſoluat curſus. Ita vt annus quilibet eſſe cenſeatur dierum trecentorum ſexaginta quinque (addenda vero dictio quinque quæ in impreſsis Baſilicæ codicibus deſideratur)& quartæ vnius diei partis.Idem etiam teſtari videtur Plinius,qui lib.2.cap.99.de æſtu maris loquens,per octonos, inquit, quoque annos ad principia motus & paria incrementa centeſimo Lunæ reuocantur ambitu,id autem Plinij dictum de centeſimo curſu incipiente intelligendum venit,& de nonageſimonono, vt Nicephorus dixit,deſinente.Porro verò ab hac intercalandi ratione non admodum diuerſa erat Numæ Pompilij ratio, qui, vt eſt apud Liuium lib.1.primæ Decadis ab vrbe cõd. omnium primum ad curſum Lunæ in duodecim menſes deſcribit annum,quem,quia tricenos dies ſingulis mẽſibus Luna non explet,deſũntque dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circumagitur orbe,intercalares menſibus interponendo ita diſpenſauit, vt viceſimoquarto quoque anno ad metam eandem Solis vnde orſi eſſent,plenis annorum ſpatiis dies congruerẽt.Ex his enim ver-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 209 sur 567

bis intelligere licet Numam Pompi. octauo quoque anno primum, Græcorũ more dies 90. intercalauisse. Sed quia ipse diem vnum in honorem imparis numeri, superstitione potius Pythagorica quàm vlla Astrologica ratione, Ianuario addiderat, nec eius tunc rationẽ sibi habendam putauerat, dies octo ad octennij finem supereſſe comperiebãtur, quibus anni octo Numæ, totidem Græcos annos excedebant, eóque numerus atque ordo anni Græci cum Rom. conuenire non poterat, sed hic error tandem deprehensus, sic est emendatus, vt primo & secundo octenniis 90. dies intercalarentur. Tertio verò octennio, seu si vis vicesimoquarto quoque anno, sexaginta sex tantum non etiam 90. intercalarentur, seu vt de 90. diebus, qui in fine tertij octenni intercalari deberent, dies 24. substraherẽtur, pro illis totidem diebus, qui singuli, vt dictum iam est, in honorem imparis numeri singulis annis Ianuario additi, in vigintiquatuor dies, annis totidem accreuerant, quibúsque annus Numæ Græcum excedebat. Hunc Liuij locum eo pluribus explicandum mihi putaui, & quòd paulò obscurius à Macrobio li. 1. Satur. cap. 15. esset explicatus, & quod quamplurimis negotiũ facessere intelligerem. Anni Metonis (qui Alexandri mortem præcesit annis 108. mortuus autem Alexander Olympiade 114.) alia fuit ratio, vt colligere licet ex Diodori Siculi Bibliothecæ lib. 12. cum sic scribit Athenis Meton Pausaniæ filius, vir magnæ singularísque in Astrologia eruditionis, tabulam quæ decem nonalis circuli inscribitur exposuit, locus qui sequitur totus apud Diodorũ corruptus, fecit vt pluribus hîc non immorandum mihi putarem, sed in aliud commodius tempus id negotij differrem. Scire vero operæpretium est Græcos octauo quoque anno 90. illos dies ex vndecim diebus singulorũ annorũ emendicatos, in tres menses, tricenũ singulos dierum, vt paulò antè dictum est, distribuisse, & intercalare cœpisse in fine anni præcedentis primam Olympiadem. Cœpit autem prima Olympias, anno ab orbe condito ter millesimo centesimo octogesimo octauo. 3188. aut secundum Eusebium anno ab orbe condito 4427. A mose annis 788. ante Christum annis 772. id est, septingentis septuagintaduobus. Porrò si annos 772 ad annos Christi 1557. (tot enim numerantur à Christi Natiuitate hactenus) addideris, consurgent 2329. id est, bis mille trecenti vigintinouem anni, quos item si per octo diuiseris, vnum restare comperies vnde colliges præsentem annum

num qui milleſimus eſt quingenteſimus quinquageſimus ſeptimus, eſſe primum annum octennij, annum vero præcedentem qui fuit 1556. fuiſſe vltimum annum octennij, eóque Embolimum, vt & Romanis etiam Biſſextilem. Sed enim vt nullo aut minimo ſaltem negotio poſsis annos communes ab Embolimis in annos infinitos internoſcere, tabellã hic tibi conſtruxi octenalem, cuius primus ordo annum primũ poſt intercalationem, anno primo primæ Olympiadis reſpondentem, vltimus & octauus ordo, annum Embolimum, quo ſcilicet nonaginta illos dies in tres menſes ſingulos tricenum, vt ſæpe dixi, dierum diſpenſabant, tibi oſtendit, vt finita illa octo annorum ſerie, eadem methodo eodémq; annorum numero aliam tabellam in infinitos annos poſsis conſtruere.

Tabella octennij, cuius ſeptem primi anni cõmunes ſunt. Octauus quiſque Embolimus & biſſextilis.

Anni octennij			
Primus.	1	1557. Anni	1565
Secundus.	2	1558 Chri-	1566
Tertius.	3	1559 ſti.	1567
Quartus.	4	1560	1568
Quintus.	5	1561	1569
Sextus.	6	1562	1570
Septimus.	7	1563	1571
Octauus.	8	1564.	1572. & ſic in infinitum, octauus quiſque Embolimus erit.

Vt autem omnem intercalandi rationem, quæ vel in media Græcia magnos etiam viros latuit, probè teneres lector, hic tibi Ephemeridẽ annorũ octo conſtruere placuit, vt te veluti manu ad id deducerẽ, quod hactenus tenebris inuolutũ fecit, vt qui de ea re verba facerẽt, Andabatarũ pugnantiũ more clauſis non oculis pugnarent: ſed cæcis mentibus diſceptarẽt. Verùm priuſquam Ephemeridem cõtexo, hoc imprimis ſcire te velim, Græcorum menſes cum menſibus Romanorum nec dierum numero nec ordine ſupputandi conuenire poſſe, quòd illi ſuos menſes ad Lunæ, hi ad Solis curſum accommodent. Cùm enim Solis & Lunæ duorum principum planetarum diſpares diuerſíque anni curſus ſint, menſium & anni diuerſam rationem diuerſas gentes

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 211 sur 567

inire oportet,dum aliæ tempora ſua motu Solis, aliæ motu Lunæ metiuntur.Sanè Lunares anni apud omnes ferè nationes primum, ſicuti & menſes etiam Lunares in vſu fuere. Sed cùm ex Lunaris curſus obſeruatione fieret, vt qui menſis Aeſtiuus hoc anno eſſet, aliquot poſt labentibus annis, Hyemalis & contrà, qui Hyemalis erat,Aeſtiuus: & pari ratione qui Vernalis, Autumnalis eſſet & contrà, ſicq; , vt paucis dicam, nulli omnino eſſent ſtati Aeſtiui, Hyemales, Autumnales,aut Vernales menſes,fiebat vt illæ ipſæ nationes elapſis aliquot annis aliæ pluribus,alię paucioribus:plures itidem pauciorésve menſes aut dies intercalare, & ſic ad ſolis curſum annum ſuum accommodare cogerentur.Sic Aegyptij quotannis dies quinque,Arabes & Hebręi tertio quoque anno,menſem vnum,Attici octauo quoque menſes tres intercalabant.Sed enim quoniam huc excurrit oratio, haud alienum à ratione fortaſſe fuerit, pluribus hic immorari,& de anni ratione pauca quædam quæ non minus vtilitatis quàm voluptatis credam allatura, tradere. Ab Aegyptiorum ergo anno initium dicendi faciam.Nam apud eos certum ſemper anni modum & æquabilitatem fuiſſe auctor eſt Macrob.lib. 1.Saturn. cap.8. quod de tempore poſt egreſſum populi Iſraël intelligendum venit. Nam ipſos, ante id tempus, anno Lunari vſos fuiſſe quidam affirmant.Pòſt verò in anni ratione cùm Babyloniis conueniſſe, & ita obſtinatis animis anni ſui modum retinuiſſe,vt licet à Romanis Imp.ſæpe victi ſuperatique eſſent, anni tamen ſui ſemper rationem retinuiſſent. Tandem Diocletiano Imp.cùm ſæpe ij ab Romanis defeciſſent, coacti ſunt mẽſes ſuos menſibus Romanis aptare, vt palam hoc argumento teſtarentur ſe Rom.Imperio ſubditos eſſe.Ergo ab exitu populi Iſraël ad Diocletiani tempora Aegyptij Babylonios in anni ratione imitati, annum ſuum Lunarem ad Solis curſum vſquequaque accommodare cœperunt, ipſum dierum tantùm 365. efficientes. Auctores ſunt,Diodorus,Siculus & Strabo,quorum ille lib.2.cap.1.de Thebæis ſacerdotibus loquens ſic ſcribit poſt alia inſuper & menſes ab eis & annos eſſe inſtitutos. Dies non ſecundum Lunam,ſed ſecundum Solem metiuntur, 30. dierum menſem conficientes, quinque autem dies menſibus duodecim adiungentes anni curſum perficiunt.Strabo verò libro Geographiæ 17. eadem fere ad verbum quæ modo ex Diodoro recitaui, ſed hoc amplius habet. Sacerdotes ipſos Thebanos excurrentes

rentes diei ac noctis particulas supra trecentos sexaginta quinque dies in anni completum Platoni & Eudoxo, qui, vt ante dictum est, eius rei discendæ gratia annos tredecim cum illis fuerant versati, tradidisse. Per excurrentes autem particulas putem Strabonem diei quadrantem intelligere, qui supra 365 dies excurrit, ac sic de anno Aegyptio quidem, sed iam ab Diocletiano ad Romanum reformato, loqui. Adiuuat cõiecturam locus qui haud ita multò pòst apud eundem ipsum Strabonem libro prędicto sequitur, & sic habet: Τούτου δ' ὄντι τὸν τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ καθ' ἥλιον τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον. Εἰς δὲ τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ἐπιβέχοντος μοίρας ἐνὸς τὰ ἡμέρας, περιόδου ἕνα συνλαβόντα ὅλων ἡμερῶν καὶ ὅλων ἐνιαυτῶν τετράτην, ὅσα μοίρας τὰ ἐπιβέχοντα συνελθόντα ποιεῖ ἡμέραν. id est: Hi verò (de Thebanis autem sacerdotibus loquitur) dies anni non pro Lunæ, sed Solis motus ratione dispẽsant, ad tricenarios duodecim menses quotannis dies quinque superadiicientes. Ad integri verò & absoluti anni complementum, cùm diei quædam particulæ excurrant, summam ex totis dierum annorúmque anfractibus quandam & tantam coaceruant, dum tot coaceruatæ excurrentes particulæ diem integrẽt. Hæc de Aegyptio anno imperante Diocletiano ad Romani anni formam reformato Straboni dicta videntur. Nos de ea anni Aegyptij forma loquemur, quam tenuerunt ab exitu filiorum Israël ad Diocletianum vsque Imp. Ille anni modus Aegyptiis cum Babyloniis & Persis cõmunis fuit. Cõueniebãt enim omnes hæ nationes in anni quãtitate, eiusdẽ principio, & mensium partitione, & in eo etiam circuli Solaris diuisionem imitabantur. Nam mensem ita diuidebant in triginta, vt dodecatemorion, id est, signum vnum Zodiaci in triginta partes diuidimus. Vltimo tamen mensi quotannis dies quinque adiiciunt. Cæterùm anni Aegyptij initium à Græco in hoc differt, quòd Græci initium à Solstitio æstiuo pendet. Aegyptij nullo modo pendet ab aliqua troporum anni quatuor circuitus Solis conuersione, sed à meridie primi diei primi mensis Thoth, qui primus dies Thoth singulis quatuor annis vnius diei interuallo anticipans, à consequentibus redit in antecedentes, propter defectum quadrantis diei, quo annus Roma. Aegyptium superat, quæ eadem causa est etiam quamobrem nec Solstitia apud illos, nec Aequinoctia stabilia esse possint, sed in cõ-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 213 sur 567

sequentia progrediatur, sicut in nostro Iuliano anno paulatim anticipat, quia plus iusto intercalatur. Id exemplo tibi patefaciam. Anno 1540. & tribus sequentibus scilicet, 1541. 1542. 1543. primus dies Thoth primi apud Aegyptios mensis incidebat in tertium diem nostri Augusti. Anno 1544. & tribus sequentibus in secundum Augusti. Anno 1548. & tribus sequentibus in primum eiusdem Augusti. Anno 1656. & tribus sequentibus in 31. & vltimum diem Iulij. Sic vides Anni Aegyptij principia temporibus immutari & anticipare. Solstitia verò & Aequinoctia in consequentia relabi. Sic primus mensis Thoth aliâs in Ver, aliâs in Aestatem, Autumnum etiam & Hyemẽ incidere potest. Plinius Aegyptios annum suum incohare scribit Iulij 18. Lactantij Firmiani tempore Thoth idem Septembri nostro respondebat, vt liquet ex eius libri primi, de falsa relig. cap. 6. quo loco docet Mercurium quendam quintũ in Aegyptum profugere, quòd Argum occidisset, coactum Aegyptiis leges ac literas tradidisse, & ab ipsis Aegyptiis Toth fuisse appellatum, à quo item apud eos, inquit, primus anni sui mensis, id est, September nomen accepit. Idem tempus etiam fuit cum Epigrammatarius, quisquis ille fuit, id Epigramma scripsit quod habetur in fine lib. 1. Epigrammatum Græcorum, quod adscribere placuit, vt & ordinem simul etiam & nomen Aegyptiorum mensium videres, & diarium Aegyptium conficere, mensibus singulis duodecim, triginta dies assignando & ad Mesori finem dies quinque intercalando (vt Mesori vltimus apud illos mensis, dies 35. capiat) posses. Epigramma sic habet:

Μῆνες Αἰγυπτίων, Σεπτέβριος.
Πρῶτος οὗτος ἐνάσσι θρασπάνην ἐπὶ βοῦν ἐγείρειν.
Ἰχθυβόλοισι φαεσβὶ φέρει πανδήμιον ἀγρην.
Γλαϊσσον φαίνεσθαι Ἀθὺρ πεμπέρε ὥρην.
Χοιὰκ πυρομιλέων σπεύδων δ' εἰκάσι γενέθλην.
Τυβὶ δὲ πορφύρεον βουλιφόρον εἶμα πτάνει.
Σημαίνει πολίτῃσι μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν.
Ἄρειος ὅπλα φέρειν φαμενὼθ δ' εἰκάσι μαχητῆς.
Εἰσεινῶν φαρμοῦθι ῥόδων πρωτάγγελός ὄσι.
Λιῖα δ' αὐαθέντα παχὼν θρασπάνοισι φολάσσει.
Ἐπεὰφ δὲ παυνὶ πεδάγγελός ἐσιν ὀπώρης.
Καὶ σφυλλὴν πατέχων ἐναμπελός ἐσιν Ἐπηφί.
Καὶ Μεσορὶ Νείλοιο φέρει φυσίζοον ὕδωρ.

Sic

Sic habet Epigrãma Latinum à me factum:

Primus Thoth nouit falcem committere in vuas.
Nantûm agit in cassès prædæ genus omne Phaothi.
Pleïadum lucidos ortus ostentat Athyri.
Satarum Choiac spicarum effert soboles spem.
Consultam vestem pandit Tybi purpureámque.
Nautas hortatur procurent classica Mecheir.
Militibus Phamenoth ostentat spicula Martis.
Ast veris Pharmouti rosas prænuntiat index.
Flaua Pachon curuæ seruat cerealia falci.
Pomiferum Autumnum prænuntiat ipse Payni.
Vitiger est & pulchrè vuis redimitus Epephi.
Fœcundas adfert Mesori Nili rigui vndas.

Aegyptiorũ mẽsiũ nomẽclatura ex Epigram.

1 Thoth.
2 Phaothi.
3 Athyr.
4 Choiac.
5 Tybi.
6 Mecheir.
7 Phamenoth.
8 Pharmouti.
9 Pachon.
10 Payni.
11 Epephi.
12 Mesori.

Hæc sunt duodecim Aegyptiacorum mensium nomina. Et talis anni, qualis prædicta est, apud ipsos, sicuti & apud Babylonios etiam & Persas, ratio est. Mensium autem Persarum nomina, quibus solis ab Aegyptiis differunt, sunt hæc:

1 Fordimech.
2 Ardaimech.
3 Cardaimech.
4 Zirmech.
5 Mardan.
6 Sarenbemech.
7 Machiramech.
8 Ebenmech.
9 Ydramech.
10 Dimech.
11 Bechmemech.
12 Azfirdauic.

Arabes in anni sui ordinatione partim Aegyptiã, partim Atticã, rationẽ sequuntur, vt illorũ annus ex Attico & Aegyptio cõflatus esse videatur. Et primũ quidẽ hoc cũ Aegyptiis cõmune habẽt quod vagũ est apud eos quoq; nec statũ mensis sui primi & anni initium, sed paulatim anticipans Aegyptio more redit in antecedentia. Ideóque ne apud eos quidem sicuti neque apud Aegyptios, Solstitia & Aequinoctia stabilia esse possunt. Cum Atticis hoc itidem cõmune habent, quod Lunationibus duodecim annum suum explent, quarum duæ 59. diebus absoluuntur. Imparibus quidem mensibus triginta dies, paribus viginti nouem alternatim attribuentes, & annum ex diebus 354. integrantes mensis initium illis est νεμηνία, aut Luminarium media coniunctio. Intercalant autem tertio quoque anno mensem vnum dierum triginta trium, pro diebus vndecim, quibus

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 215 sur 567

annus Solaris excedit Lunarem. Arabicum ergo Diarium si voles conficere, hoc anno qui 1557. est primum diem primi mensis Almuharaz repones in eum diem, in quem primum diem mensis Thoth Aegyptij hoc ipso anno reposui. Tū tertio quoque anno intercalabis mensem vnum 33. dierum. Et sic tibi Arabici anni ratio constabit. Arabum mensium nomina sunt hæc:

1.	Almuharaz	7	Rage
2	Saphar	8	Sahaben
3	Rabe 1.	9	Ramaden
4	Rabe 2.	10	Sanel
5	Gemedy 1.	11	Dulchida
6	Gemedy 2.	12	Dulcheya

Hebræi quoque secundum Lunæ cursum annos suos dirigebant, ita tamen vt solaris cursus etiam rationē haberent. Nam quanquam singuli illorum mēses alternatim, pares quidem 29. impares 30. dies caperēt, & inde consurgeret annus dierum 354. inter Adar tamen & Nisan (ille vltimus, hic primus illorum mensis est) tertio quoque anno intercalabāt mensem vnum 33. dierum, non alia ratione quàm vt illorum annus ad cursum Solis etiā congrueret, sic illorum annus ex solari & lunari mixtus esse videtur. Hebræorū mensium nomina sunt hæc:

1 Nisan

2 Zif, vel Zio, & Latina forma Zius, de quo 3. Regum cap. 6. Aliis Liar, Ilar, & Aegiar etiam dictus.

3 Siuan.

7 Thisri, qui & Athani, vt Regū 3. ca. 8. Macedones Hyperbereteum vocant, Iosephus li. 3. antiq. Iud. cap. 10. Eodem nomine Pergameni, Athenien. mysteria Gale.

8 Bul. qui & Marcheſuā. Et videtur is esse qui Iosepho lib. 1. antiqui. Iuda. cap. 3. Marsonane, vel vt in aliis codicibus legitur, Anmasuarne, Macedonibus Dius dicitur: de hoc etiam 3. Regum cap. 6.

9 Gizleu, aliis Zisleſ, videtur is esse quem Iosephus lib. antiq. 12. cap. 7. & 10. Chasleum nominat

minat,& à Macedonib. Apellæum nominari tradit.

4 Rothem. aliis etiam Thamus.

10 Tebeth. Hunc etiã [illegible] Macedonibus dici [illegible] Ioseph. lib. 11. antiq. ca. 5. & nonũ esse dicit, sed mendosum esse locũ putem, vt eum qui cap. 4. præcesserit, quo Adar vndecimum nominat,

5 Ab. vel Af. ἀν.

11 Sebat.

6 Elul.

12 Ader, vel Adar, Macedonib. Dystrus Ioseph. lib. antiq. 11. cap. 4. & 6. Et extremo fine li. 4. scribit, Moysen 120. annorum mortuum esse prima die vltimi mensis, quem Macedo. Dystrum, nos, inquit, Adar dicimus.

Horum mensium neque nomen neque seriem in sacris Bibliis vsquam reperire licet. Nam ibi proprio mensium suppresso nomine primo, secundo, tertio, septimo & decimo mense tale quid factum esse dicitur, vt videre licet Geneseos cap. 7. & 8. Exodi 12. & 19. Leuit. 23. Nume. 9. & 28. Deutero. item 16. & passim. Tertij tamen Regum ca. 6. mensis Zius Zio & Zif etiã aliis dictus, ordine secũdus mensis Bul, vt Hebræa Biblia habẽt, octauus & ibidem cap. 8. Aethanim, septimus esse legitur; porro autem interpretes mẽsem Zif Hebræis haud aliter à splendore seu decore ac Latinis Aprilem (cui Zif respondere aiunt) ab aperiendo nuncupatum volunt, Illis enim mensibus, terra hyemis asperitate concluſa aperitur, & herbam virentem germinare, pristinum nitorem hyemis sæuitia turpatũ recuperare, plantarum denique extremis summitatibus alimentum sufficere, foliáque & flores, futuri fructus spem in ornamentum & decorem suppeditare incipit. Vnde notant iidem interpretes Chaldæum paraphrastem vertisse Ziun̄, mẽsem apertionis florum.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 217 sur 567

Bul autem deducunt iidem interpretes ab Hebræo verbo quod marceſſere,attenuare & cadere ſignificat, quòd eo mẽſe & folia de arboribus decidant & plantæ marceſcant, & Octobri noſtro reſpondere dicunt. Alij tamen eandem dictionem ab Hebræa quæ imbrem,diluuium, & inundationem ſignificat,deducunt, quòd ſcilicet eo menſe imbres largiores erumpere incipiant. Chaldæus interpres Bul menſem collectionis fructuum conuertit,ſicut Aethanim menſem fortium,quo ſcilicet menſe arbores fœtę ſunt maturis fructibus qui robur & vires hominibus ſufficiunt. Cæterum menſem Niſan primum eſſe Hebraici anni menſem intelligere licet ex Ioſepho Hieroſolymitano ſacerdote. Is enim lib.1. antiquitatum Iudaicarum cap.3. ſecundum diuiſionem Grẽcam,quinto ſecũdum veterem Latinam ſic ſcribit,Moyſes autem Niſan qui eſt Xãthichus,primum in ſuis Faſtis ordinauit,quòd per hunc Hebræos ex Aegypto eduxiſſet.Eundem etiam omnium quæ ad rem diuinam pertinebãt,exordium fecit.Et lib.3 cap.9.Initio verò ſequentis anni menſe Xanthico Macedonum, Hebræorũ Niſan tabernaculum dedicatum eſt, & quicquid vaſorum in eo fuerat. Item lib.3.cap.10.ſecundum Græcam diuiſionem,12.ſecundum Latinam veterem.Menſe inquit, Xanthico qui noſtris Niſan vocatur, & annum exorditur, Luna decimaquarta Sole Arietem obtinente (quandoquidem hoc menſe ab Aegyptiaca ſeruitute liberati ſumus)ſacrificium quod tunc exeuntes feciſſe dicimus, Paſcha nominatum, quotannis inſtaurare lege iubemur.Item & lib.11.c.4.ſic ſcribit Inſtãte deinde azymorum feſto,mẽſe primo qui Macedonibus Xanthicus,nobis verò Niſan dicitur, confluxit totus populus ex oppidis in vrbem, celebrauerũntque id feſtum caſti ac puri vnà cum coniugibus & liberis ritu patrio, & victimam paſchalem immolantes 14.Luna epulati ſunt per continuos dies ſeptẽ. Hebræis ergo Ioſepho auctore primus menſis eſt Niſan,quem eundem & verni temporis primum etiam eſſe licet intelligere ex Deutero. cap.16. Item ex eo quod DD. Iheronymus tomo 4.de celebratione paſchæ & Auguſtinus tomo 2.epiſtola 86.ad Heſychium ſcribũt,celebrationem ſcilicet paſchæ in menſe nouarum frugum reperiri,propter ſimilitudinem ſacramenti renouandę vitæ.Et Nicephorus Calliſtus eccleſiaſticę hiſtorię libro 12 cap.32.ait,hanc rationem impuliſſe Montaniſtas vt menſem quemlibet triginta dierum atque principium eorum Aequinoctium

noctium vernum facerent(quæ dies,inquit,ſecundum Rom.rite nono Calend.Apriles dicitur)quod eo tempore duo hęc magna luminaria initium ſuum habuiſſe allegant, per quæ tempora anni ſignificantur.Scio tamen quibuſdam placere duplex anni apud Hebræos fuiſſe principium, vnum in feſtiuitatibus & ſolennitatibus celebrādis,quod vere contingebat, cuius primus menſis erat mēſis Niſan, alterum principium in prophanis actis & vulgi ſupputatione, cuius menſis primus erat,menſis Thiſri ſeu Aethanim circa Octobrem noſtrum, vnde Chaldæus paraphraſtes in prædictum cap. 8.libr.3.Regum notat Aethanim primum menſem eſſe à creatione mundi, quòd ſcilicet eo menſe mundus creatus ſit. Nunc autem, inquit,ab egreſſu filiorum Iſraël ſeptimus eſt.Id etiam (quanquam obſcure)licet intelligere ex eo Ioſephi loco, quem paulo antè ex cap.3 libri 1.antiquita. Iuda.citaui.Nam poſtquam illic dixit, Moſem, Niſan menſem omnium quæ ad rem diuinam pertinebant exordium feciſſe, ſubiungit,Alioqui, inquit,quod ad nundinationes rerum venalium reliquámque anni diſpenſationem attinet, nihil de priſtino ritu innouauit. Verùm enim nos à menſe Niſan anni faciamus principium.Eius autem menſis primum diem ab ea vera luminarium coniunctione auſpicemur, quæ vel in Aequinoctio Verno ſit,vel ipſum proxime ſequatur. Quod ſi vero 14.Luna in ipſum Aequinoctij diem incidat,eóque nouilunium tum precedens tum ſubſequens ab eo ipſo Aequinoctio diſtet æqualiter, eo caſu à ſubſequente nouilunio potiuſquam à præcedente primum anni & menſis Niſan diem auſpicandum cenſeam, quòd ſcilicet 14. Luna non ante Aequinoctium, ſed vel eo ipſo vel poſt ipſum occurrente, Phaſe Domini celebrare ex veteri lege conueniret.Atqui cùm Aequinoctia firma non ſint,ſed temporum ſucceſsione anticipent(ſiquidem creationis tempore viceſimaquinta menſium Martij & Septembris, tempore Natiuitatis Chriſti decimaoctaua,hoc tempore,anno ſcilicet 1557.circa vndecimum diem eorundem menſium occurrere deprehendunt Aſtrologi) ſi proximum,quod Aequinoctium antecedat, Nouilunium pro primo anni & eodem mēſis Niſan accipimus, futurum ſane ſit aliquando,nimirum ſecundo & tertio triēnij annis, vt & poſt elapſos bis tot annos, quot elapſi ſunt ab orbe condito hactenus (ſiquidem mundus tandiu permanſurus ſit) ante Vernum tempus,atque adeo ante ingreſſum Solis in Arie-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 219 sur 567

©BIUM

tem Paſcha celebrare oporteat, quod tamen & Verno tẽpore & poſt Aequinoctium & Sole iam Arietem tenente celebrare lex iubebat, obſeruari enim menſem nouarum frugum & Verni temporis primum iubet Moyſes Deutero. 16. Et Nicena ſynodus ſanciuit vt Dominica proxima poſt quartamdecimam Lunam quæ Vernum proxime ſequitur Aequinoctium, habeat ſacrum Paſcha ab omnibus Chriſtianis celebrari. Quin Nicephorus etiã Calliſtus hiſtoriç eccleſiaſticæ lib. 12. cap. 32. ſcribit Euſebiũ memoriæ prodidiſſe, veteres Iudæos Paſchalia ſacrificia poſt Aequinoctium Vernum celebrauiſſe, Sole duodecimã partem, quæ à Græcis κριός, id eſt, Aries appellatur, Zodiaci circuli ingreſſo, Luna autem per diametrum & rectam lineam Soli oppoſita tum quartædecimæ diei curſum tenente. His auctoritatibus apparet Aequinoctio & Plenilunio in vnum eundémque diem incidentibus, primum & anni & menſis Niſan diem à nouiluuio potius ſubſequente Aequinoctium quàm à prçceden te (etiam ſi ſubſequens Luna ſecũda Verni temporis eſſe videatur) eſſe faciendum. Contrà ſi Aequinoctia ſtabilia & eo ſemper loco fixa hæſiſſent, quo creationis tempore fuiſſe perhibentur, nempe circa 25. Martij & Septembris, ac ſic Aequinoctiũ etiam & plenilunium in vnum eundémque diem inciderent, vt etiam incertum eſſet vtrum è duobus nouiluniis antecedente ſcilicet & ſubſequente, Aequinoctio eſſet vicinius, tum cenſerem primum anni & menſis Niſan diem, à proximo quod Aequinoctium vernum anteceſsiſſet nouilunio, eſſe auſpicandum, vt eo ipſo Aequinoctij dico die (in quod fortè plenilunium incidiſſet) Paſcha potius celebraretur, quàm in plenilunium alterius & ſequentis Lunæ differretur. Sequens enim plenilunium in 20. Aprilis relaberetur, & ab Aequinoctio vnius menſis abeſſet ſpatio, ſicque in ſecundam verni temporis Lunam Paſcha differri contra præceptum videretur. Neque vero hæc eò à me dicta eſſe quis velim exiſtimet, vt ſuperſtitioſis hominibus de diei Paſchalis ſolennitate celebratione ſcrupulum iniiciam. Neque enim is ſum qui neſciam ex noua lege optimo cuique licere die quouis, hora & Luna quotacunque Paſcha Domini celebrare, ſed hæc eò à me dicta ſunt, vt oſtenderem Hebræos Aequinoctio circa 25. Martij occurrente menſem Niſan, atque adeo annum ſuum à proximo nouilunio quod Aequinoctium vel antecederet vel ſubſequeretur, incohauiſſe, & Phaſe Domini celebrauiſſe

brauiſſe vel ipſo Aequinoctij die, ſi ſcilicet tũ decima quarta Luna fuiſſet, vel poſt ipſum, vbicũque ea occurriſſet. Nunc autem cũ ex illo Aequinoctia anticiparint, & in anteriora ſint relapſa, ab ea noua Luna quę Aequinoctiũ, quod circa 11. Martij hoc tẽpore occurrit, ſequitur, non quæ ipſum antecedit, primus anni & menſis Niſan dies auſpicandus eſt, alioqui ſi à proxima Aequinoctio Luna quæ forte aſſe ipſum antecedat, primũ anni diem auſpicari volueris, comperies annis triennij ſecũdo & tertio decimamquartam Lunam ac proinde Phaſe Domini incidere in diem quæ Aequinoctium vernum & Solis in Arietẽ ingreſſum præcedat. Exemplo rem tibi aperiam. Hoc ipſo anno, quem ſæpe eſſe dixi milleſimum quingenteſimũ quinquageſimum ſeptimum, ſi proximam Aequinoctio verno Lunam ſiue ea ipſum antecedat, ſiue ſequatur, venaris, comperies antecedentem Aequinoctium Noumeniam Februarij 28. & vltimo die contingere, ſequẽtem vero, die Martij 30. & penultimo. Porro vero cum antecedẽs Aequinoctium Noumenia (hanc incidere dixi modo in 28. Februarij) Aequinoctio verno ſit vicinior ſequente, quam in 30. Martij incidere etiam dixi, ſi ab illa, vt pote propinquiore Aequinoctio verno, primũ mẽſis Niſan atque adeo anni diem auſpicaris, primo triennij anno 28. Februarij deſinente, ſecũdus triennij annus à decima nona eiuſdem menſis tertius à 20. incipiet, à quibus primiluniis duobus ſi decimãquartam Lunam venaris, comperies ſecundi anni decimamquartam Lunam in 4. Martij. Tertij vero anni triennij in 5. eiuſdẽ recidere, quibus diebus quarto dico & quinto Martij Phaſe Domini celebrare oportebit, lege iubente Phaſe celebrare 14. primi menſis verni. Et tamen vides vtrũque diem quartũ inquam & quintum Martij tam æquinoctium quàm Solis introitum in Arietem præcedere, quod eſt contra præcepti partem alteram, qua præcipitur vt Phaſe celebretur poſt Aequinoctium, Sole iam Arietem ingreſſo, vt ante ex cõcilio Niceno, & Nicephoro Calliſto oſtendi. Vnde cõcludendum eſt his temporibus quibus Aequinoctia tantum anticiparunt, primum anni Hebræi diem à Noumenia quæ Aequinoctium proxime ſequatur, non quæ antecedat, eſſe auſpicãdum. Cęterum cùm prima verni temporis eáque Aequinoctium vernum prędcedens Noumenia aliàs propius ad ipſum accedat, aliàs abſcedat longius, fit vt mẽſes Hebræi cum noſtris nullo modo niſi conſtructa trium annorum Ephemeride con-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 221 sur 567

ferri posſint. Si ergo Diarium Hebræum conſtruere voles, com
mode poteris hac ratione. Hoc anno qui 1557. eſt, prima verni
temporis poſt æquinoctium Luna 30. & penultima Martij oc-
currit, hora à meridie ſecũda, vnde iam ad 31. cúmque vltimum
diem Martij attinet: à meridie enim cum Aſtrologis diei initiũ
auſpicamur. Hunc ergo, vltimum dico Martij diem primum &
anni & menſis Niſan diem conſtitue, eíque dies 30. vt & impa-
ribus omnibus attribue, paribus vero 29. Tertio quoque anno
poſt Adar, vnum menſem dierum 33. intercala, ſic tibi He-
braici anni ratio conſtabit. Finito triennio eadem via primam
poſt æquinoctium Lunam venare, & ab hac primũ etiam trien-
nij alterius annum incoha. Secũdum annum à poſtero die eius
qui primum, & tertium ſimiliter triẽni annum à poſtero die eius
qui ſecundum terminarit incoha, tum ad finẽ etiam vltimi men-
ſis tertij anni triennij menſem vnum 33. dierum intercala.

Hac methodo in omnes annos Ephemeridem He-
brẽã conſtrues. Sed ne quid deſideres eius mo-
dum tibi ob oculos ſubiiciam, vt habi-
ta ſemper prima poſt æquinoctiũ
Luna, menſes Hebraeos cum
Latinis conferre nul-
lo negotio
poſsis.

Anni Hebræi cum Romano collatio.

Primus triennij Hebraici annus, anno Dñi 1557.

Niſan primus mẽſis Hebręorum 30. dierũ.	Latini mẽſes.	Ziffecũdus Hebręorũ 29. dierũ.	Menſes Latini.
1	31 Et vltima Martij.	1	30
Quanta cum prouidentia ordinéque naturæ motus procedant. Naturam paulò antè duplicem eſſe dixi, Vniuerſam aliam, aliam particularem, particulatim hic inaudire oportet. Hoc enim dicit Galen. Naturam, id eſt, eam abs qua res quæuis naturalis regitur & gubernatur facultatem, tamindè ab animalis, plantæ aut alterius cuiuſlibet rei naturalis ortu eiuſipſius rei partes ſingulas ita diſpenſare, primum vt eæ alantur, augeantur & ſenſim ad ſuam vſque quæque perfectionẽ increſcant, tum deinde ſenſim etiam declinent & conſummantur. Etſi autem natura idipſum facit, & certo quodam ordine certáque prouidentia & conſtãtia ſuo quodam itinere ad vltimum procedit, & progreditur, à cęleſtibus tamen corporibus ea ipſa ordine conſtantiáque longe ſuperatur. Tantus quippe eſt ordo, tantáque ſuperiorum corporum ſeruata ab initio mundi & in eius finem duratura conſtantia & motus æqualitas, vt non defuerint qui ea rationis, conſilij & prudentiæ plena eſſe aſſererent. Etſi autem vniuerſa natura (eam dico quæ per omnem mundum omnia mente & ratione conficiens funditur) iuſta eſt adeò, prouida & ſolers, vt cunctis rebus proſpiciat, non tamen omnibus æqualiter, ſed ſingulis pro ſua dignitate vim tantam facultatémque, quantam eis ex vſu eſſe intelligit, impertitur, maiorem quidem iis, quæ ipſi ſunt viciniores, minorem iis quæ remotiores. Ex quo fit, vt quæ ab ea longius abſunt, minus de illius bonitate participent, imperfectiora ſint, & eo etiam imperfectiores obeant actiones. Sic enim rem hanc aut illam naturalem abeſſe longius à diuina natura intelligi velim, non quę aut loci vicinia, propinquior ſit, aut vero diſtantia ſemotior, ſed quæ minus de illius virtute obtineat. Nam cùm diuina illa ſeu natura ſeu bonitas vbique ſit, nec certo loco concluſa teneatur, fit vt ea iuxta proportionẽ non Arithmeticam æqualiter, ſed iuxta Geometricam æquabiliter in omnes res vim ſuam diffundat. Hinc cęlum & quæ in eo inſunt ſydera (vt de corporibus tantum loquar, non de iis mentibus quæ corpore ſolutæ ſunt) longe mobiliora cæteris corporibus exiſtunt. Subſtantiæ quippe ſunt corporeæ & ſimplices (niſi ſi compoſitas eſſe velis quòd materia & forma conſtent) non ſolum priores & diuiniores corporibus iis quæ nos circunſtant &

4

Q

nunc ſurſum, nũc deorſum ferũtur, id eſt, quatuor elementis, ſed & omnibus etiã quę ex his conflantur, corporibus. Rurſum corpora 4 ſimplicia omniũ gignendorũ corrumpendorúmque materia digniora ſunt illis rebus quas componũt. Inter compoſita vero primum locum tenet homo, cui natura motum, ſenſum & rationem tribuit. Secundum beſtiæ, quibus ſenſum & motum tantum. Tertium vegeta, & quartum lapides, metalla, & ea quæ inter hæc media ex terræ viſceribus eruuntur: quæ ambo natura tãtum alendo augendóque tuetur & conſeruat. Vltimũ poſt hæc omnia locum tenent vapores, halitus, pluuia, ros, grando, nix, &c. quæ mixta imperfecta nuncupãt, quæ propter naturam inordinatiorem accidere, & aut ex halatione aut vapore fieri docet Ariſtotel. Meteororum 1. capitibus 1. & 2. Ex quibus omnibus ſatis liquere arbitror, primùm particularis naturæ motus eſſe ordinatos, ſed eos tamen ordine prouidentiáque à corporibus ſuperioribus ſuperari. Deinde hunc rerum inferiorum ordinem inordinationem quãdam & aberrationem eſſe, ſi cum cęleſtibus corporibus conferatur. Tertium, pulchritudinem & conſtãtiam, quæcunque ſcilicet in his inferioribus eſſe poteſt, cœlitus huc emanare & proficiſci. In ſumma ex rerum naturalium iam deſcripta ſerie liquere etiam arbitror, haſce res plus, illas minus de immenſo illo bono & diuina natura poſsidere.

5 *At ea quę temere aliquando.* Materia facile domabilis facit, vt natura certos motus ordinatóſque circuitus teneat. Id cum in bene valentibus, tum in ægrotis etiam licet perſpicere. In illis ſiquidem natura cibum conſuetum & familiarem ſtato tempore concoquit, concoctum ſtato etiam foras propellit, retento eo quod ſibi erat ex vſu in his: in morbis quidem ſalubribus eadem ipſa natura materiam delinquentem quidem, ſed minime tamen rebellem contumacémque certo tempore & concoquit, & certo etiam Criticè excernit. Contrà contumax materia nec ſe vinci domarique patiens ordinem conſtantiámque naturę, ordinatæ alioqui & periodis certis definitíſque moueri ſolitæ confundit (vnde in rerũ natura monſtra) impedit & interturbat, quod in malignis morbis vſuuenire quotidiana experiẽtia deprenhendimus. In quibus quia materia quæ morbum committit, contumax eſt, natura motus certos ratóſque circuitus tenere minime poteſt. Sed vel laceſſenti morbo non reſiſtit: vel ſi reſiſtit, à materia

teria irritata reſiſtit quidem, ſed tamen tandem ab illa vtpote contumaci victa, non ſtato ſed incerto tempore & vago perturbatóque ordine ſuccumbit, vnde in illis morbis, malignis dico, mors in morbi initio, incremẽto & ſtatu contingit, cùm alioqui in ſtatu vel paulò antè ſtatum ſalubres Criſes contingere ſoleant. Victrix quippe natura materiam ita ſubigit & domat, vt eam & ſtatis temporibus concoquere & ſtatis excernere aggrediatur.

Id ſi quis ſibi perſuaſerit. Si quis, inquit, ſibi perſuaſerit, naturam, 6
ſi quidem materiam domare potuerit, definitis temporibus moueri, certe idem ſibi perſuaſerit, eandem quoque ſtatis temporibus morbos ſolere criticè iudicare. Quod ſi idem etiam ad hanc perſuaſionẽ experientiã addiderit, cõperiet ſeptimũ diem tutò, perfectè, ſine periculo, clarè, notabiliter & frequenter de morbis decernere. Quin eandem quoque de decimoquarto ac tandem etiam de ſingulis hebdomadis inibit rationem: vnde colliget facile quamlibet ſeptimanam perfectam eſſe periodum, eóque potiſsimum quòd ſeptenarius medium habeat, vt problemate 25. Sectio. 19. Et vero vbi medium eſt, extremum quoque reperiri ſit neceſſe, docente Ariſtot. lib. 1. de cęlo, cap. 7. quo loco docet infiniti non eſſe mediũ, quia ipſum principio & fine careat. Porrò autem cum medium æquè ab vtroque extremo principio inquam & fine diſtet, & eo etiam cum vtroque conuenienti quadam ſocietate coniungatur, fit, vt dies quartus ſeptimi, vndecimus, decimiquarti, reliqui ſimiliter quaternarij reliquorum ſuorum ſeptenariorum medij indices ſint, & prænuntient quid quoque ſequẽte ſeptenario futurum ſit. Cum ergo quartus medius ſit inter primum & ſeptimum, fit vt ſocietatem tantum cum vtroque extremo obtineat, vt ſi primum morbum diſcutere aggrediatur, ei finem quartus imponat. Si primus nihil tentet, ſed quartus morbum iudicare aggrediatur, ſeptimus finem imponat. In ſecunda ſeptimana eadem quæ in prima habebitur ratio, In qua ſi primus dies (is autem octauus eſt) coctionis vel mediocria ſigna præ ſe tulerit, vndecimus Criticè morbum iudicare aggredietur. Si non iudicarit perfectè, in 14 differetur iudicatio. Cæterarum hebdomadarum eadem erit ratio.

An vero numeri ipſi agere nati ſint. Pythagoras numeris tan- 7

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 323 sur 567

tum tribuebat, vt eos ipsos & substãtiam rerum & causam esse duceret, qua cuncta constarent & esse suum haberent. Atque ita vnum & ens simul confundebat, ratus quòd sicut vnitas causaretur & variaret numerum cui adderetur, ita ipsa eadem ens, cui adiungeretur, variaret diuersúmque efficeret. Sic autem ratiocinabatur: Vt in numerorum materialium & sensilium serie vnitas vnitati addita, binarium cõstituit, eadem addita binario, ternarium, ternario, quaternarium, & sic in infinitum alios atque alios numeros constituit, & procreat, prout aliis atque aliis adiungitur: ita vnitas substantia & primum ens vnitati, substantiæ scilicet alteri addita, binarium, vt verbi gratia mentem angelicam, eadem binario adiuncta, ternarium vt cacodęmonem, ternario, quaternarium, vt verbi etiam gratia, Cœlum, Solem aut aliud simile; quaternario addita, quinarium vt verbi gratia, hominem, equum vel leonem. Et in infinitum, prout varię sunt immundo res & substantiæ, vnitas (eam autem intelligebat, vt dixi modo, quæ cum ente conuerteretur) aliis atque aliis numeris substãtialibus addita, alia atque alia entia causatur & constituit. Sic ergo Pythagoras censebat numeros esse substantias rerúmque causas, cóque singulis numeris singulas virtutes assignabat. Hunc Plato imitatus eosdem etiam adeo celebrauit, vt & neminem sine illis rectè philosophari posse putaret, & animam præterea numerum esse sese mouentem assereret. Alij contrà numeros non substantias esse existimabant, sed nostræ mentis accidentia, motus ordinatos rerum quas comitantur seruantia, & eatenus agentia, quatenus insunt & inhærent substãtiis seu corporibus certo tempore aliquid agentibus. Dicebant, verbi gratia, quaternarium, septenarium, aut alium eius generis in morbis iudicandis, septenarium, nouenarium in partione magna pollere facultate: non quidem quâ hic aut ille quaternarius, septenarius aut nouenarius esset, sed quâ tales numeri Lunæ insunt & inhærent. Talem autem Lunam in mutandis, alterandis & afficiendis his inferioribus magna pollere facultate & tanto dierum mensiúmve numero magnas tranſmutationes excitare & efficere in his inferioribus asserebant. Haud secus ac etiam quater in anno temporum accidere mutationes, non quòd quaternarius eas efficeret, sed quòd Sol princeps & moderator reliquorum luminum binas primũ in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias faceret, quarum interuallo tum quasi tristi-

tia

tia quædam contraheret terram, tum vicissim lætificaret, vt cum cęlo hilarata videatur. Cæterorum numerorum & corporibus aliis atque aliis in hæc inferiora agentibus connexorum eandem rationem esse volunt.

In summa vero vbi quis admiserit, id quod vtrisque. Vtrisque dicit, puta tam iis qui numeros agere & substantias esse, quàm iis qui eos ipsos non agere de se, sed substantias quæ certo temporis spatio aliquid agãt concomitari dicũt. Vetus interpres videtur id ad Empiricos & dogmaticos retulisse. Sic enim totum hũc locum conuertit: Quando ergo tu cogitaueris istud super quo conuenerunt duæ sectæ procedentes ratione & experientia, & conueniſti tu cum illis super illud, & est quod naturæ cælestes sunt semper adhærentes in motibus suis quantitatibus æqualibus, & videtur etiam naturæ aliquæ super terram animalium in dispositione suæ rectitudinis secundum quantitatem adhærentes quantitatibus æqualibus secundum numerum in impregnatione & augmento & complemento & consecutione vltima & morte, secundum quod conuenit vnicuique animalium, certificabitur apud te quòd dies Crisis etiam sunt adhærentes numero determinato. Sed enim fatius fortasse est, vt verba Galeni adscribam, quæ & cum veteri interprete & cum nostra versione conferas. Sic autem habet Galenus, τὸ δ' ἀμφοτέροις ὁμολογούμενον κοινῇ λαβών τις, ὃ φαίνεσθαι πάσας καθ' ὁρανὸν ἀσίας ἀεὶ ταῖς οἰκείαις ἀναλογίαις δ' κινήσεως κεχημένας ἤδη ἢ ἐν τοῖς ἐπιγείοις ζώοις ἕπεσθαι ἀκριβῶς ὑγιαίνουσιν, ἄλλην ἄλλῳ καὶ κύησεως καὶ ἀποκυήσεως καὶ αὐξήσεως καὶ τελειώσεως καὶ ἀκμῆς καὶ παρακμῆς καὶ διαλύσεως ἀναλογίαν ἀριθμῷ, πιστεύσας δὴ τὸν καὶ τὰς κρινούσας ἡμέρας ἀριθμόν τινα τεταγμένον ἔχειν, συγχεῖσθαί τε τούτων ἕνεκα ὅτε ὑπὸ τῶν νόσων ἢ παρὰ φύσιν διαθέσεων. Hactenus.

Sane si quis vt ante dixi. Græca sic habent, in Asulanio: Εἰ δ' εἴ τις ὡς ἐν προοδίῳ ἔφην ἐπὶ τῶν πέντε ἀφίκοιτο, &c. Legendum tamen cum Basilienſi est: Εἰ δ' ἔστις ὡς καὶ προοδίῳ, &c. 9

Considerabit vero etiam is dies intercalares. Ἐπισκέψεται δὲ καὶ περὶ τῶν παρεμπιπτουσῶν ἡμερῶν. Παρεμπίπτουσας ἡμέρας alij intercidentes, alij interrepentes, & intercalares Latinè conuertunt. Sic autem dicti sunt, quòd inter indices & iudicatorios intercidant, interre- 10

pant & intercalentur, in eósque Crisis incidat aut propter aliquod erratum admissum circa ægrotum, aut quia materia vt pote acris & maligna de se & citra vim cælestem ad excretionem parata est: eóque naturam ante tempus ad sui excretionem stimulat. Nam aliâs si materia non ita maligna naturam non vrgeat, & ad excretionem non satis parata vim cælestem expectare potuerit, natura die aliquo vel indice vel iudicatorio vi cælesti morbum iudicabit. Inde ergo quòd legitimus dierum Criticorum ordo interrumpitur & in eos Crisis vi morbi incidit, intercidentes, interrepentes & intercalares dicti sunt: tales autem sunt 3. 5. 9. & interdum etiam sextus, vt Commenta in caput 1. lib. 3. Progn. & infrà etiam cap. 6. proximo & cap. etiam 8. lib. 3. sequentis.

11 *Multo verò etiam magis.* Qui dies proportione respondeãt decimoseptimo, qui item decimooctauo cõstructa tabella posteà indicabimus. Cæterum Hippocrates multis in locis præter eos quos Galenus proximo capite ex Epide. libris affert in medium suam de diebus decretoriis & septimanarum circuitu aperit sententiam: sed nullibi tamen apertius quàm cap. 3. lib. 3. Progn. quo loco de die quarto, in quem primus finit circuitus, loquens sic infit: ἡ μὲν δὴ πρώτη ἕρμος οὕτω πως τελευτᾷ· ἡ δὲ δευτέρη, εἰς τὴν ἑβδόμην περιάγει. ἡ δὲ τρίτη εἰς τὴν ἑνδεκάτην. ἡ δὲ τετάρτη, εἰς τὴν ἑπταικαιδεκάτην. ἡ δ' ἕκτη εἰς τὴν εἰκοστήν. Primus, inquit, ipsorum circuitus hunc in modum finitur. Secundus in septimum diem producitur. Tertius in vndecimum. Quartus in 14. Quintus in 17. Sextus in 20. ipsi igitur circuitus in acutiss. morbis per quatuor aucti in viginti finiuntur. Quin & Aphor. etiam 24. Commenta. 2. Septimi, inquit, quartus est index. Sequentis septimanæ octauus iudicium. Spectandus quoque est vndecimus. Siquidem is secũdæ septimanæ quartus est. Rursum decimus septimus spectãdus est. Is enim à decimoquarto quartus est. Ex quibus locis apparet Hippocratem & decimum septimum vicesimi iudicem, & ipsum vicesimum tertiæ septimanæ terminum statuere, eóque ipsum eum Hippocratem in ordine dierum decernẽtium 17. & vicesimum diem, non 18. aut 21. reponere.

12 *At rationem nullam decretoriam habebunt.* Sic male scriptum habet codex vterque Græcus λόγον δ' οὐδεμίαν κρίσιμον ἕξουσιν ἀφ' ἑπτακαιδεκάτης ἡμέρας. Sic vero legendum esse sensus indicat· λόγον δὲ οὐδένα κρίσιμον ἕξουσιν ἀφ' ἑπτὰ καὶ κ'.

Capitis

Capitis tertij Summa.

CVm duo ſint inſtrumenta quibus rebus dubiis fides fiat, experientia & ratio, vtroque inſtrumento Galenus ſe probaturum recipit decimumſeptimum, viceſimum & eos qui ab illo ordine ſurgant, eſſe decretorios. Contrà decimumoctauum, viceſimumprimum, & eos qui iis ad portionem reſpondeant ex dierum decernentium ordine excidere. Fidem autem primùm facere incipit abs rerum magiſtra experientia: non quam ipſe quidem (ecquis enim cuiquam in propria cauſa credat?) ſed quã Hippocrates vir fide dignus & omni exceptione maior, diuturno vſu & aſsidua morborũ, ægrotorúmque obſeruatione collegerit. Quod ſi ipſemet Galenus obſeruatos etiam à ſe ægrotos in teſtimonium adduceret, aliquis ipſum comminiſci quæ diceret, & cauſæ ſuæ mentiendo patrocinari potius, quàm quod verum eſſet, literis prodere arbitraretur. Experientiæ verò Hippocraticæ credendum eſſe cenſet, quòd vnicuique, vt dicitur, in ſua arte credendum ſit.

CAPVT III.

DE his itaque primùm quid experientia iudicandum præſcribat, recenſeamus. Deinde ſic ad rationem veniamus. Experientiæ porrò mentionem facere aggrediemur ab iis quæ Hippocrates ſcripſit, initio facto ex primo Epidemion. In ſecunda ſiquidem cõſtitutione hæc ſcriptis mandauit. [1] *Cauſi pauciſsimis contigerunt, & quibus contigére, minime omnium inter ægrotantes laborauere: neque enim hæmorrhagia, niſi admodum pauca & quidem paucis cõtigit, neque item deliria, reliqua omnia facile tulerunt. Et his quidem iudicabantur morbi bono admodum ordine. Plurimis cum intermiſsione intra dies decem & ſeptem. Deinde ſub finem tertiæ conſtitutionis accuratius adhuc de his qui decimoſeptimo die iudicati ſunt, ita ſcribit:* [2] *Quod ad Criſes, inquit, attinet, eæ ex his quæ experientia colligebamus, partim ſimiles erant, partim diſsimiles, vt in illis duobus fratribus licet deprehendere, qui eadem hora febricitare cœperunt. Decumbebant, inquit, ad Epigenis theatrum fratres duo. Horum natu maiori morbus ſexto die, iuniori, ſeptimo iudicatus eſt. Inde eadem ſimul vtrique hora reuerſus eſt,* [3] *intermiſit dies quinque. In ſumma, ab recidiua vtrique ſimul decimoſeptimo eſt iudica-*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 327 sur 567

tus. At enim nondum fortasse hoc satis habeat fidei ad asserendum quòd dies decimusseptimus sit decretorius, quòd scilicet duo quidam eo ipso sint iudicati. Adhibeamus igitur animum ijs quæ deinceps dicuntur. [4] Plurimis sexto die morbus iudicatus est, intermisit sex, & ab recidiua quinto iudicatus est. Iam hoc dignam fidem facit, quod & in secunda aeris constitutione decimoseptimo permultos obseruauit esse iudicatos. Et in tertia non solum duos fratres sed & plerosque alios, quos quidem sexto die primum dicit iudicatos, deinde sex intermissionis dies habuisse, ac rursum itē quinto iudicatos, quod est die à morbi initio decimoseptimo. Sed & his etiam addens hæc, dicet: Quibus septimo die morbus iudicatus est, ij septem quoque dies remissiones habuerūt. Post recidiuam tertio iudicati sunt. Et hoc est, hos etiam in vniuersum decimoseptimo iudicatos. Et item rursum: Quibus autem quinto die iudicatus est, remisit septem, inuasit rursum & præhendit tres. Intermisit vnum, vno iterum præhendit, iudicatus videlicet & his quoque morbus est in summa decimoseptimo. Quinetiam & alios quosdam sexto die iudicatos scribit, intermisit, inquit, sex, præhēdit tres, tum vnum intermisit diem, & altero rediit, decimo videlicet septimo die, quo eodem & iudicatus est. Et verò alios etiam quosdam sexto die iudicatos commemorat, quibus dies septem morbus cessauerat, tum post recidiuam quarto die, hoc est in summa decimoseptimo fuisse iudicatos. Cæterum his omnibus dictis quanquam sufficientibus ad pulchrè ostendendum decimiseptimi vires & potentiam in decernendo, non contentus Hippocra. subintulit: Neque cuiquam eorum, qui hoc modo ægrotauissent, morbi recidiuam factam animaduerti. [5] Quocirca decimusseptimus dies non solum frequenter, sed & firmiter quoque decernere natus est, vnde nec coincidentibus decretorijs, sed validis & primis debet adnumerari. Atqui si ex illorum ordine est, ipsum eum analogiā quandam proportionémque seruare ad decimumquartum & verisimile est & rationi consentaneum. Si igitur connexum quaternionem & integrum salutarémve animo ita conceperimus, vt scilicet decimoquarto inci-

piat

piat,& decimoseptimo terminetur:sane sic integrum salutarémque circuitum habuerimus. Sin disiunxerimus, ita scilicet vt decimusquartus secundæ septimanæ finis sit,tertiæ verò initium sit decimusquintus, sic vtique non ad decimumseptimũ, sed ad decimumoctauum primus tertiæ septimanæ quaternio perueniet. Quod si hoc verum est, tertiam septimanam in vicesimumprimũ desinere, erit necesse:quemadmodũ & si decimumseptimũ posuerimus primi in tertia septimana quaternionis esse finem:ad vicesimũ sanè diem huius ipsius septimanæ finis deueniet, quo rationi consentaneum esse putauit Hippocrates ita vicesimum diem experientia explorare, vt decimumseptimum experientia quoque antea explorauisset: nam vbi vicesimus decretorius esse fuerit deprehensus, magnum vtique testimonij pondus decimoquarto attulerit. Sin ex decretoriorum dierum numero exciderit,aut si plane vicesimoprimo cesserit,næ is haud paruam quæstionem dubitationémque mouerit.[6] Alienum siquidem esse videatur vt decimusseptimus quidem decimooctauo fortior sit, vicesimus vero sit imbecillior vicesimoprimo. Quapropter post illa quæ de septimodecimo libro Epidemiorum primo scripsit,de vicesimo hunc in modum scribit· Quibus autem ponè aures parotides subortæ sunt,his morbus vicesimo die iudicatus est. Subsedere autem omnibus,nec in pus versæ sunt,sed ad vesicam declinarunt. Atque id quidem satis esse posset, verùm postea iterum dicet Quibus septimus dies Crisim attulit, ijs nouem dies morbus interquieuit, rediit,ab recidiua quarto iudicatus est,in summa scilicet vicesimo. tum iterum deinceps· Quibus vero septimus dies decretorius fuit,ijs sex dies morbus intermisit, deinde rediit,inquit,tum septimo est iudicatus. hoc est in totum vicesimo. Deinde paulùm progressus· Sunt,inquit,quibus vndecimo die Crisis superuenit, recidiua decimoquarto. Crisis vicesimo perfectè subsecuta est, tum ordine etiam subdit· Si vero, inquit, nonnulli vicesimo rigebant,hisce morbus iudicabatur quadragesimo.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 329 sur 567

1 *AVSI pauciſſimis contigerũt.* Reperias hæc apud Hippocra. loco à Galeno indicato, haud procul ab initio ſecundi ſtatus lib. 1. Epide. in quem librum quoniam extant Galeni Commentarij, ad eos te amandabo Lector, ne actum quod aiunt, agere videar.

2 *Quod autem ad Criſes, inquit, attinet.* Græca Hippocratis litera ſic habet· τὰ ϑ πρὶ τὰς κρίσιας, φησὶ, κατά τι μὲν ὅμοια κατά τι αὐόμοια γένεσϑ. Galenus tamen illum Hippocratis locum hic ita citat· τὰ ϑ πρὶ τὰς κρίσιας ἐξ ὧν ἐγινώσκομεν εἰ ὅμοια ἢ αὐόμοια, &c. Hoc autem dicit Hippocr. Cauſi quidem iudicabantur, ſed non omnes ſimiliter & vno eodémque modo. Nam prout varię erant cauſæ morbum procreantes, ita ipſi variè iudicabãtur: his ſcilicet per hæmorrhagiam, ſudorem, vel vrinas: illis per parotidas non ſuppurantes vel per dyſenteriam, & cætera id genus, quod duorum etiam fratrum exemplo declarat Hippocrates loco à Galeno indicato.

3 *Intermiſit dies quinque.* Διέλιπεν ἡμέρας ε. Sic quidem hoc loco Gale. legit, ſed alia lectio habet· Διέλιπεν ἡμέρας ἓξ μὲν ϑϑ ἑτέρῳ, ϑϑ δ' ἑτέρῳ, πεμπταίῳ.

4 *Plurimis morbus ſexto die iudicatus eſt.* Galenus hîc ita ſcribit, Ἔκρινε ϑ τοῖς πλείοσιν ἑκταίοισιν, διέλιπεν ἓξ, &c. Sed apud Hippocratem legas· Ἔκρινε ϑ πεμπταίοισιν. Διέλιπεν ἑπτὰ, ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφῶν ἔκρινε πεμπταίοισιν, &c. i. Plurimis quidẽ quinto morbus iudicatus eſt. Intermiſit ſeptem, abs recidiua verò quinto itidem iudicatus eſt: quanquã tamen parum referre videatur vtro modo legatur, cùm vtraque lectio æque oſtendat morbum decimoſeptimo iudicatum: mihi tamen magis arridet lectio Epid. quæ quinto die, quàm hæc quæ ſexto morbum primùm iudicatum eſſe & ſex etiam intermiſiſſe habet. Nam acuti imparibus diebus iudicantur, & ſextum item malum decretorium eſſe ante diximus, paulò pòſt tamen ex eodem Epide. loco docet Galen. quoſdam ſexto iudicatos, ſex intermiſsionis dies habuiſſe, & tandem decimoſeptimo fidè fuiſſe ſecundo iudicatos.

5 *Quocirca decimuſeptimus non ſolum frequenter.* Cùm de Hippocratis experientia & teſtimonio decimuſeptimus dies non ſolum

ſolum frequenter,ſed & firmiter quoque decernere comperiatur,cóque validis decretoriis & primis debeat adnumerari, certe is rationem quandam affinitatémque & ſimilitudinem cum decimoquarto proximo ſibi & præcedente decretorio habuerit. Si ergo decimuſquartus ita cõnectitur coniungitúrque cum prima & tertia ſeptimanis (vt re-vera coniungitur) vt illius ſit finis,huiuſce vero initiũ, pari ſane ratione fiet vt decimuſeptimus quinti itidem quaternarij finis ſit, & idem etiã initiũ ſexti. Si ergo connexum quaternarium quartum cum quinto ſalutarem & benè iudicantem intellexerimus,id eſt,ſi diem 14.tertiæ ſeptimanæ initium fecerimus,& eiuſdem finem decimumſeptimum, habuerimus certe ſic abſolutam, integram & ſalutarem periodum à decimoquarto quidem, iuxta Hippocratis doctrinam,incohantem:in decimumſeptimum vero deſinentem, qui decimuſeptimus viceſimi erit index, viceſimus vero decretorius. Porrò Hippocrates ne quid temere efferret & poſteritati quid ſcriptis mãdaret quod falſum eſſet,viceſimum quoque, vt & decimumſeptimum,ſibi explorandum eſſe putauit,& ne quis de eo dubitaret,aut verò viceſimoprimo poſtponeret: cum autem ipſum decretorium eſſe comperiſſet,talem eum eſſe ſcriptis prodidit & locis hîc à Galeno citatis pronunciauit. Eſt vero locus in fine tertij ſtatus primi Epid. Ex Hippocratis ergo doctrina colligere licet decimumſeptimũ & viceſimum de ordine decimi quarti eſſe. Ex illo verò excidere 18.& 21.

Alienum ſiquidem eſſe videatur. Quanquam in vtroque codice Græco legitur· Ἔυλογον γὰρ εἶν λόξα πλὼ μλὶ ιζ. ἰσχυροτέραν ὑπάρχειν τ ιη. τ δὲ εἰκοσὴν ἀδυνατωτέραν ϗ κα. Senſus tamen poſtulare videtur vt legatur· Ἄλογον γὰρ εἶν λόξα, &c. vel, Ἔυλογον γὰρ ὐκ εἶν λόξα, vt negatio omiſſa videri poſsit, diligens & ſolers lector hoc vel illo modo legẽdum eſſe iudicabit, quod ex veteri interprete intelligere non poſsis,qui ſic hunc locum conuertit,vt eum vel non intellexiſſe vel aliter legiſſe videatur. Sic enim habet· Cadet in dubitatione magna,quod eſt quia non intelligit quòd dies 17. ſit fortior 18. & ſit dies viceſimus debilior viceſimoprimo. 6

Capitis quarti Summa.

HOc capite Galenus idem quod & ſuperiore capite docuit, docet: nempe decimumſeptimum,viceſimum & eos qui ab ordine deci-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 331 sur 567

mi ſeptimi ſurgũt, decretorios & quidem validiores eſſe iis qui à decimooctauo ſurgant, quod & etiam Hippocratis auctoritate confirmat.

CAPVT IIII.

HIC [1] ego te rurſum opinor videre & perſpectam habere viri ſolertiam. Satis enim nouit, quòd ſi quis validis decretorijs, hoc eſt ijs qui in quaterniones & ſeptimanas ſurgunt, decimumſeptimum adſcripſerit, eundem & viceſimum & quadrageſimum adſcribere coactum iri. Et item vt viceſimum quartum, ita & triceſimumprimum. Rurſum ſi quis viceſimum adſcribat, ſtatim & decimumquartũ & decimumſeptimum & quadrageſimum adſcribere cogetur. Et ſane ſi quis quadrageſimum validè iudicantibus etiam adſcribat, certum eſt etiam & hunc huic ordini neceſſariò adnumerare debere decimumſeptimum & viceſimum. Etenim ad decimumquartum vſque diem nulla diſſenſio eſt. Sed qui hunc diem ſequitur ordo, totus confuſus perturbatúſque eſt: dum ſcilicet nonnulli non adeo ad experientiam, ſed ad rationem ſolam appellunt animum, [2] ita vt integras hebdomadas putent eſſe connectendas & ſupputandas. Deinde cum ſecundum hanc rationem viceſimumprimum validis decretorijs adnumerant, pari ratione etiam coguntur decimumoctauum & quadrageſimumſecundum adſcribere, illum, vt viceſimiprimi indicem, [3] hunc, vt ſeptimanas ſex explentem. At vero ſecundum hanc rationem decretoriorum dierum exploratio facilior multo eſt, nec ita magnam operam deſiderat. [4] Nam ſi totus dierum à decimoſeptimo ordo validior appareat, bifariam ſinguli dies fidem habebunt, ex proprijs ſcilicet experimentis & aliorum teſtimonio. Contrà verò ſi ordo à decimooctauo progrediens frequenter decernere comperiatur, & integre & firmiter, ille qui à decimoſeptimo ſurgit, imbecillior vtique videatur. Id cum intellexiſſet Hippocra. omnes dies inter ſe contulit. [5] Decimumſeptimum quidem (hinc enim diſcordiæ inter Medicos initium obortum eſt) decimooctauo, viceſimumprimum, viceſimo, pari modo viceſimum quartum

quartum, vicesimoquinto, item vicesimumseptimum, vicesimooctauo, tricesimumprimum, tricesimosecundo, tricesimumquartum, tricesimoquinto, & tandem etiam quadragesimum, quadragesimosecundo. Vtrum vero ordinẽ experientia ipsa velut testatum comprobet, in Epidemijs declarauit, & ipsa ea adscribens quæ paulò antè citaui, & præter ea etiam in tertia constitutione sic scribens: His frequenter die vndecimo Crisis aduenit, sunt & quibus vicesimo. Deinceps rursum & ex ægrotis qui nominatim ab ipso citantur, tertium ordine post tres aëris constitutiones adscriptum Herophontem decimoseptimo iudicatum fuisse ait. Quartum ægrotum (Philini hæc erat vxor) vicesimo die obijsse. Deinde & post hũc vxoris etiam Iphicratis meminit, de qua sub totius historiæ finem hũc in modum scribit: Quadragesimo pauca, biliosa vomuit. Octogesimo integre iudicata est & febre liberata. Post hanc sexti ordine ægroti Cleonactidæ meminit, sub orationis finem hoc adscribens: Octogesimo riguit, febris acuta eum prehendit, multum sudauit, minxit, hypostasis rubra læuis, perfecte iudicatus est. Decimus item æger est Clazomenius, quem & ipsum quadragesimo iudicatum ait. Atqui quadragesimus dies ex ordine decimiseptimi est, quemadmodum & octogesimus. Oportebat autẽ quadragesimum secundum esse decretorium, si dierum supputatio secundum integras septimanas fieret. Sic & octogesimus quartus decretorius erat inueniendus, non autem octogesimus. [6] Non solum igitur ex eo quòd permultos in ordine decimiseptimi iudicatos fuisse commemorat, manifestum est ipsum eum ordinem altero esse validiorem. Sed & ex eo etiam quòd neque decimioctaui neque vicesimiprimi, vicesimiquinti, vicesimioctaui, imò neque etiam tricesimisecundi, tricesimiquinti, quadragesimisecundi, sexagesimitertij, nec octogesimiquarti meminit. Nam quòd in tot ægrorũ catalogo tam eorum qui particulatim ab ipso nominatímque sunt descripti quàm eorum qui singulis capitibus in vnoquoque aëris statu sunt comprehensi, nullus ex iam commemoratis diebus decretorius sit inuentus, id manifestam alterius ordinis excellentiam arguit. [7] Siquidem

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 333 sur 567

cum ex illo ordine multi ſæpè, firmiter, benè, rectè comperiantur iudicaſſe. Ex altero ordine ne vnus quidem toto primo Epidem. libro ſit, qui tuto iudicarit, nedum perfectè, vel ſalubriter, vt non occidat, id magnæ cuidam & inſigni alterius ordinis dignitati & excellentiæ attribuendum eſt.[8] An igitur in primo ſic, in tertio verò aliter? Certe & illic eos in ſummam complectens quos tota conſtitutione recenſuit, dixit omnes ferè qui incolumes euaſerunt, octogeſimo iudicatos. Alios vero eorum quorum particulatim nominatimque meminit quadrageſimo, & per louem quidem quoſdam ipſorum probè & notabiliter, vt tertium quem ab initio libri deſcripſit[9] in Dealcis horto decumbentem. quid enim ait? Quadrageſimo die pituitoſa deiecit, alba, copioſa, ſudauit largiter per totum, perfectè iudicatus eſt. Quoſdam vero qui in longum valde morbum inciderant, ait ſimiliter & ipſos ratione viceſimi ſæpius ucrati eſſe quoque iudicatos: vt in Heropyti hiſtoria cernere licet, quem nonum ab aëris conſtitutione ſcriptum centeſimo & viceſimo die integrè iudicatum ait. Similiter vero & aliquos viceſimoquarto die & viceſimoſeptimo & adhæc triceſimoquarto iudicatos benè ſimul & tuto & integrè ſcripſit, viceſimoquarto quidem, decimum ab aëris ſtatu ægrotum, ſic ſcribens, Viceſimoquarto vrinam multam, albam, largam habentem hypoſtaſim, ſudor calidus, febris in totum diſcuſſa eſt, viceſimo verò ſeptimo die, Abderis virginem, quam & ipſam cum large ſudauiſſet, perfectè febre fuiſſe liberatam dicit. Adſcripta vero hæc eſt à conſtitutione ſeptima. Rurſum triceſimo quarto die octauum ab eadem conſtitutione ægrotum Anaxionem, etiam ipſum cum ſudauiſſet, integre prorſus febre liberatum fuiſſe commemorat, & fidè iudicatum. At verò nemo vſquam toto illo libro iudicatus eſſe comperitur in altero quopiam alterius decretoriorum dierum ordinis die. Verùm enim Delearcis vxorem viceſimo quidem primo obiiſſe ſcribit.[10] Neminem verò in aliquo die eorum qui ab ordine decimooctaui ſurgeret, ſeruatum fuiſſe vſpiam tradit.[11] Dicitur tamen ſecunda ſignificatione, vt & prius dictum

eſt

est, non solum is qui seruatus est, sed & is qui obijt esse iudicatus. Sed, vt dixi,[12] non solum nemo in illis diebus seruatus est, sed ne mortuus quidem, si Delearcis vxorem excipias. At in alio dierum ordine permulti quidem seruati sunt, sed & nonnulli etiam vita functi,[13] vt ei mulieri accidit, quæ in Cyzeco gemellas cum peperisset decimoseptimo die mortua est. Et ille in Libya adolescens qui omnium vltimus ab Hippocrat. descriptus est, vicesimoquarto interijt. Tertius ab initio Hermocrates vicesimoseptimo. Apollonius qui Abderis decumbebat decimustertius ægrotus ab aëris statu descriptus tricesimoprimo. Vt igitur septimo & item etiam vicesimo permultos toto illo libro interijsse vidit (quippe hi dies validam vim habent non solum ad salutem, sed & ad mortẽ etiam aliquando) sic vnumquodque eorum, quos recensui, animaduertit nunc seruantem aliquos, nunc perimentem.[14] Etenim secundum ab aëris constitutione ægrotum octogesimo interijsse ait, & primum centesimo vicesimo.[15] Quemadmodum, & ni fallor, eum qui ante constitutionem laborat decimoquarto. Tres autem qui hunc antecedunt septimo. Sed quid multis est opus? Nullus enim alius neque in primo Epidem. neque in tertio aut saluus euasisse, aut obijsse comperietur in toto illo dierum ordine qui est abs decimooctauo.[16] Sed omnes illis diebus iudicati sunt, qui omnium consensu & nemine eorum qui in hoc studium incumbunt reclamante, habentur decretorij, nempe illis qui sunt intra decimumseptimum. At ex his qui vltra progressi hunc excesserunt,[17] vnus tantum vicesimoprimo obijsse comperietur. Cæterum satis esse poterant hæc ad demostrandum Hippocratem non ratione quadam persuasum decimumseptimum quidem decretorium posuisse, vicesimoprimo vim decernendi ademisse, sed vsu & experientia edoctum, eius rei causam tunc inquisiuisse.[18] Sed quoniam secundus, quartus & sextus Epidem. libri vel ipsius Hippocratis sunt, vel Thessali eius filij, horum etiam paucis meminerimus. Comperietur enim etiam hic, nimirum in secundo libro, vicesimus dies

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 335 sur 567

& quadrageſimus decretorius eſſe adſcriptus, non autem viceſimus primus, nec alius quiuis qui ab illo ordine manet. In quarto verò Epidem. omnium ſic dierum mentionem facit, vt raro quidem ad viceſimum perueniat, excedat autem ſemel & progrediatur ad viceſimumquartum. Quare & hinc quoque licet intelligere viceſimum ſimul vt & viceſimumquartum de morbis iudicauiſſe, non tamen vllum ex alio ordine alium. Quinetiam in ſexto Epidem. paucos quidem cum ægrotos tum aëris conſtitutiones percurrit. At ne hic quidem quenquam in alterius ordinis diebus iudicatum eſſe videtur agnoſcere. Quod ſi & quinti quoque Epidemion, cuiuſcuius tandem ille ſit, meminiſſe par eſt, & hic etiam quinquaginta ſunt vniuerſi ægroti: verùm neque decimooctauo neque viceſimoprimo, neque, vt paucis expediam, alio vllo huius ordinis die ipſorum quiſquam fuit iudicatus. Verùm enim quanquam experientia decimumſeptimum diem, viceſimum ac præterea illos omnes qui illorum ordinem ſequuntur exactè in numerum decernentium dierum introducat, nonnulli tamen Medici qui non adeo rebus euidentibus adhibent animum, ad integræ hebdomadis ſupputationem, quaſi ad faciliorem & expeditiorem viam deuenerunt. Deinde cum vidiſſent aliquem etiam viceſimoprimo iudicatum, inde ſanè multo magis ſuam opinionem confirmauerunt.

HIC

HIC ego terursus, &c. Inde potes, inquit Galenus, iu- 1
dicare Hipppocratem eos dies qui per auctionem à decimoseptimo & vicesimo per quaternarios surgant, decretorios esse censuisse, non eos qui à decimooctauo & vicesimoprimo, quod ipse eodem Epidem. loco, quo scilicet decimiseptimi & vicesimi meminit, quadragesimi etiam, qui ex illorum ordine sit, meminerit. Porrò verò vt lector quasi in rem præsentem veniret, & qui dies in quaterniones, qui in septimanas, hinc ab ordine decimiseptimi illinc ab ordine decimiooctaui surgerent, intelligeret, hic dierum vtriusque ordinis catalogum mihi contexendum putaui. Is enim permultũ lucis afferet cum iis quæ hoc loco, tum iis etiam quę passim ab Hippocrate & Galeno de vtroque dierũ decretoriorum ordine scribuntur, vt Commen. in caput 1. lib. 3. Progn. Apho. 24. Commen. 2. & passim. Cæterũ initio capitis Græcus vterque codex scriptum habet· ὁρᾷς σύ μοι πάλιν. In quibusdam tamen legitur· ὁρᾷς ὅιμαι πάλιν, &c. & sic legisse videtur vetus interpres, qui sic conuertit: Et ego non æstimo de te quin iam apparcat tibi in hoc prudentia viri & sapientia eius in hac scientia, &c.

S

Decretoriorum dierum à decimoquarto ſurgentium & per quaternarios in viceſimum ac tandem in centeſimum viceſimum auctorum κόσμων, ſiue ſeries ex Hippocratis & Galeni doctrina.

Septimanæ.		
Prima	1 2 3 4 4 5 6 7	Prima hęc ſeptimana media ſui parte cũ parte altera copulatur. Sed à ſecũda ſeptimana diſiungitur: nã, vt hîc vides, quaternarius finit primam tetrada, & idem etiam ſecundam inchoat.
Secunda	8 9 10 11 11 12 13 14	Secũda ſeptimana & media ſui parte cum altera, & extremo itẽ fine cum tertia ſeptimana cõiungitur.
Tertia	14 15 16 17 17 18 19 20	Tertiæ ſeptimanæ eadem ratio quæ primæ.
Quarta	21 22 23 24 24 25 26 27	Quartæ eadem ratio quæ ſecundæ.
Quinta	27 28 29 30 31 32 33 34	Quinta dimidiata ſui parte ab altera diſiungitur, ſed extremo fine cũ ſexta ſeptimana copulatur.
Sexta	34 35 36 37 37 38 39 40	Sexta contrà ſui dimidiata parte copulatur, vltimo fine à ſeptima diſiungitur, primæ ſimilis.
Septima	41 42 43 44 44 45 46 47	Septima conuenit cum ſecũda, vtroque enim quaternario copulatur.
Octaua	47 48 49 50 51 52 53 54	Octaua ſimilis quintæ.
Nona	54 55 56 57 57 58 59 60	Nona ſimilis primæ, tertiæ & ſextæ.
Decima	61 62 63 64 64 65 66 67	Decima ſimilis ſecundæ & quartæ.

Vnde

Vndecima	67 68 69 70 / 71 72 73 74	Vndecima ſimilis quintę & octauæ.
Duodecima	74 75 76 77 / 77 78 79 80	Duodecima ſimilis primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ.
Decimatertia	81 82 83 84 / 84 85 86 87	Decimatertia ſimilis ſecundæ, quartæ, decimæ.
Decimaquarta	87 88 89 90 / 91 92 93 94	Decimaquarta ſimilis quintæ, octauæ, vndecimæ.
Decimaquinta	94 95 96 97 / 97 98 99 100	Decimaquinta ſimilis primæ.
Decimaſexta	101 102 103 104 / 104 105 106 107	Decimaſexta ſimilis ſecundæ.
Decimaſept.	107 108 109 110 / 111 112 113 114	Decimaſeptima ſimilis quintæ.
Decimaoctaua	114 115 116 117 / 117 118 119 120	Decimaoctaua, primę.

Hactenus.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 339 sur 567

Dierum ordo ſurgens à 18. ex eorum opinione qui decimumoctauum & viceſimumprimum decretorios eſſe cenſebant, & ſeptimanas integras ſupputabant.

Septimanæ.

Prima { 1 2 3 4 / 4 5 6 7

Secunda { 8 9 10 11 / 11 12 13 14

Tertia { 15 16 17 18 / 18 19 20 21

Quarta { 22 23 24 25 / 25 26 27 28

Quinta { 29 30 31 32 / 32 33 34 35

Sexta { 36 37 38 39 / 39 40 41 42

Septima { 43 44 45 46 / 46 47 48 49

Octaua { 50 51 52 53 / 53 54 55 56

Nona { 57 58 59 60 / 60 61 62 63

Hæ nouem ſeptimanæ primis ſuis quaternariis coniunguntur, vltimis diſiunguntur. Excepta tamen nona quæ vtroque quaternarij fine coniungitur.

Decima

Decima	63 64 65 66 67 68 69 70	Decima vltimo tantũ quaternario cum vndecima copulatur.
Vndecima	70 71 72 73 74 75 76 77	Vndecima vndique integra eſt, nec vllo quaternario coniungitur.
Duodecima	78 79 80 81 81 82 83 84	Duodecima vtroque fine copulatur.
Decimatertia	84 85 86 87 87 88 89 90	Decimatertia primo tãtum quaternario copulatur.
Decimaquarta	91 92 93 94 94 95 96 97	Decimaquarta vtroq; quaternario copulatur.
Decimaquinta	97 98 99 100 101 102 103 104	Decimaquinta vltimo tantum quaternario cum decimaſexta coniungitur.
Decimaſexta	104 105 106 107 108 109 110 111	Decimaſexta ſimiliter vltimo tantum quaternario cum 18. coniungitur.
Decimaſept.	111 112 113 114 115 116 117 118	Decimaſeptima decimęſextæ ſimilis.
Decimaoctaua	118 119 120 121.	Et hac ratione in infinitũ.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 341 sur 567

2 ὡς ὁλοκλήρους ἑβδομάδας διεδεῖν δεῖν ἐπιπλέκειν. id eſt, vt putent integras hebdomadas eſſe connectendas, non autem dirimendas, diſiungendas ſiue à ſe ipſis & inuicem copulandas. Sane prima ſeptimana integra eſt, & primo quaternario tantum cum ſecundo copulata. Secunda non itē. Nam ea vltimo ſuo quaternario, vt videre potes, cum tertia connectitur. Sic ſecunda ſeptimana nec integra eſt, nec ſibi connexa, vtpote quæ cum tertia copuletur. Cæterum ſi quis rationem ſuam conſulat, næ is iudicabit integras ſeptimanas eſſe connectendas, vt in nouem primis ſeptimanis eorum dierum qui ſurgunt à decimooctauo videre potes. Nam ibi ſeptimanæ illę nouem primæ integræ ſunt media ſui tantū parte, non etiam vltimo quaternario cum ſequentibus ſeptimanis copulatæ. Si experientiam, is cum Hippocrā. diſiungendas ipſas eſſe, à ſe inuicem ſeparandas, & ſi vis, cum ſequentibus ſeptimanis copulandas comperiet & fatebitur ingenue. Sane omnes ſeptimanę fere inuicem copulantur, in ordine dierum à 17. ſurgentium, vt ſecunda cum tertia, quarta cum quinta, quinta cum ſexta, ſeptima cum octaua, hæc cum nona, decima cum vndecima, & ſic de cæteris. In ordine vero dierum à 18. ſurgentium eæ ipſæ diſiunguntur, à ſe inuicem ſeparantur, nec vllo modo cum ſequentibus coniunguntur ad nonam vſq;. Inde vero etiam in eo ordine coniungi incipiunt.

3 *Hunc quidem vt ſeptimanas ſex complentem.* τὴν μὲν ὡς ἐπίδηλον τὴ ιβ. τὴν δ' ὡς ἐξ ἑβδομάδας συμπληροῦσαν. Si dierum à 18. ſurgentium catalogum reſpicis, comperies τῷ μβ. id eſt, 42. ſextam ſeptimanā terminare. τὴν ϛ ιβ. id eſt, 18. indicem eſſe viceſimiprimi.

4 *Nam ſi totus dierum à 17. ordo.* Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἀπὸ τῆ ιζ. ἔχοι ἅπας ἰσχυρότερος φαίνοιτο, δι' ὀχθεῖν ἑκάστη τῶν ἡμερῶν ἕξει τὸν πίστιν, ἑκάστε τῆ ἰδίας πείρας κ' οὐκ ἐκ τῶν ἄλλων μαρτυρίας. Hoc dicit Galen. argumento ſumpto à contrariis· Si dierum à 17. ordo validior ſit, ordo qui à 18. ſurgit, imbecillior vtique eſſe videatur. Contrà ſi is qui à 18. ſurgit validior ſit, vtique is qui à 17. ſurgit imbecillior videatur. Duplici tamē nomine, inquit, eos dies qui à 17. manant, validiores putem & certitudinis fideíque plus habere, quàm qui à 18. quòd illi ſcilicet experientia ſint ſinguli decernere ſemper & firmiter deprehenſi. Item quòd alij alios teſtimonio ſuo iuuent. Nam certe ſi 17. de numero valide decernentium

nentium fuerit inuẽtus,næ is de viceſimo,cuius index eſt,fidem faciet,quòd is ſcilicet etiam firmiter decernat, viceſimus item decretorius compertus, 24.27 34.37.40. & alios eius ordinis teſtabitur & confirmauerit eſſe decretorios & contra. Sic huius ordinis dies inuicem ſeſe teſtimonio ſuo iuuerint.

Decimumſeptimum quidem,hinc enim diſcordiæ initium. Nuſquam 5
reperias Hippocratem ita dies vnius ordinis cum alterius contuliſſe,vt vtrorumque ſimul meminerit. ſed ita contuliſſe licet intelligere,vt eos quorum meminit, validiores eſſe, de quibus tacuit,imbecilliores eſſe iudicarit. Nã qui de vno dicit, de altero negare videtur. Et qui 17.20. & eius ordinis alios dicit eſſe decretorios,is negare videtur 18.21.& alios eius ordinis eſſe decretorios: cũ fieri nõ poſsit vt dies proximi ſibi (quales ſunt 17.& 18.viceſimus itẽ & 21.)ſimul eſſe poſsint decretorij. Si ergo 17. & 20.decretorij ſunt, de ordine decretoriorum excident 18.& 21. Porrò verò omnium eorum ægrorum quorum hic fit mentio,hiſtoriam habes lib.1.Epide.

Non ſolum igitur ex eo quòd permultos. Hinc apparet verum eſſe 6
quod hic ante à me dictum eſt: Qui de vno dicat, de altero negare videri. Cæterum omnes hos dies,quos hic enumerat Galen.ab ordine 18.ſurgere inſpecto catalogo comperies 21.dico 25.& cæteros.

Siquidem cum ex illo ordine. Quòd ab ordine 17.multi dies be- 7
nè,rectè,ſæpè,& firmiter indicarint,cum ex particularium ægrorum in Epide.libris adſcriptorũ hiſtoria, tum nominatim ex fine ſtatus primi lib.intelliges, quo loco ſic infit Hippocra. Iudicabuntur autem his quibus breuiſsimi erant morbi circa viceſimum diem. Plurimis circa 40.Multis iudicatio circa 80.fiebat,& quæ ſequuntur.

An igitur in primo ſic, in tertio verò aliter? Ἆρ᾽οὖν ἐν τῷ πρώτῳ 8
μὲν ὅτως, ἐν τῷ τρίτῳ δ᾽ἑτέρως; ἢ κακεῖ τοὺς μὲν ἐν τῇ καταστάσει διηγόμενος, &c. Legendum hic contra vtriuſque Græci codicis ſcripturam, ἢ κακεῖ τὸς μὲν ἐν τῇ καταστάσει διηγημένους ἐνὶ κεφαλαίῳ περιλαμβάνων εἶπεν, &c. eo plane quo conuertimus ſenſu. Significat autem Hippocratem ſibi ſemper in dierum decre-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 343 sur 567

toriorum enumeratione ordine aſsignando conſtitiſſe, nec aliter in primo aliter in tertio Epide. ſcripſiſſe.

9 *In Delearcù horto decumbentem.* τὸν ἐν τοῖς Δελεάρχου κήποις κατακείμενον. Is tertius eſt ægrotus lib. 3. Epide. vt & Heropytus cuius hic meminit, ibidem nonus poſt conſtitutionem. Abderites Nicodemus, decimus: virgo in Abderis, ſeptima. Anaxion, octauus. Dealcis vxor in Thaſo ibidē etiam decimaquinta eſt.

10 *Neminem verò in aliquo die.* Male ſic legitur in vtroque codice Græco· οὐδεὶς δ' ἐδέη τούτῳ τῷ βιβλίῳ, &c. Legendum οὐδεὶς δ' ἐδ' ἐν τούτῳ, &c.

11 *Dicitur tamen ſecunda ſignificatione, vti & prius dictum eſt.* Suprà cap. 4. lib. 1. definiuit Criſim ſubitam eſſe in morbo ſeu ad bonum ſeu ad malum mutationem.

12 *Non ſolum nemo in illis diebus ſeruatus eſt.* In illis diebus qui ſunt à 18. *At in alio dierum ordine.* qui ſcilicet eſt à 17.

13 *Vt ei mulieri accidit quæ in Cyzico.* Cyzicum oppidū eſt ad Helleſpontum in ea parte Aſiæ quæ Myſia minor dicitur. Ea verò mulier 14. eſt in ordine ægrorum deſcriptorum lib. 3. Epide. quæ 17. phrenetica obiiſſe dicitur. Adoleſcens ille in Lybia, decimuſſextus eſt & vltimus eiuſdem loci. Hermocrates, ſecundus. Et quanquam hoc loco Græcus vterque codex habeat, ὁ πρίτος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς Ἑρμοκράτης. Legendum tamen eſſe, ὁ δεύτερος, & ex ipſo ordine lib. Epide. apparet, & ex lib. 2. de dyſpnœa, vbi eum ſecundum ordine eſſe dicit, & ita etiam vetus interpres legiſſe videtur. Sicuti & vbi hoc loco ſcribitur, πρώτη ἡ νη λ'. ὁ γὰρ Ἀβδηρίοις Ἀπολλώνιος, in Epide. legitur, τετάρτη ἡ νη λ'. ἀπέθανε, id eſt, 34. obiit, non vt hîc 31.

14 *Etenim & ſecundum ab aëris conſtit. ægrotum.* Is ægrotus mulier quædam fuit Thaſia, quæ melancholica 80. obiit. Primus ægrotus Parius quidam eſt, & ipſe Thaſius, qui ſuprà ædem Dianæ habitabat, Cauſo 120. die obiit.

15 *Quemadmodum & ni fallor, eum qui in prima conſtitutione.* Græcè legitur

legitur, ὥσπερ ὀιμαι καὶ τῇ πρώτῃ καταστάσεως τεσσαρεσκαιδεκαταίου, &c. Basilien. habet ἢ πρώτης καταστάσεως, &c. Sed neuter bene. Legendum est enim meo quidem iudicio, hunc in modum, ὥσπερ ὀιμαι καὶ τοῦ πρὸ ἢ καταστάσεως τεσσαρεσκαιδεκαταίου, τὸν ἢ πρώης τῆς πρὸ αὐτῆ ἑβδομαίης. Adiuuat coniecturam vetus interpres qui sic conuertit. Et quod infirmus quem dixit antequam rememoraretur mutationis mortuus est in die 24. vbi tamen ipse 24 dixit pro 14. ni falsus est apud eum locus. Nam 14 die obiisse mulier illa legitur apud Hippocra. quæ ordine nona est ante status aëris descriptionem, quæ est lib. 3. Epide. Tres autem ægroti, ante eam mulierem qui septimo obierunt, sunt, quintus, septimus & octauus. Et quintus quidem adolescentulus quidam est, qui in medacium foro iacebat. Septimus & octauus mulieres duę sunt, quę ambæ ex abortiuo fętu 7. die obiere.

Sed omnes illis diebus. ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μὲν ἐντὸς τῶν ἐπταικαιδέκα, &c. Expungendus articulus οἱ, vt legatur· ἀλλὰ ἢ πάντες μὲν ἐντὸς τῶν ἐπταικαιδέκα ἢ τὰς ὁμολογουμένας κρισίμους ἡμέρας, &c. eo sensu quo diximus, nisi malis legere hunc in modum· ἀλλὰ & πάντας ὅιμην ἢ τοὺ τῶν ἐπταικαιδέκα εἶχον, supple ex communi, σωθέντας ἢ ἀποθανόντας ἢ τὰς ὁμολογουμένας, &c. vt sit sensus· Nullus ægrotus Epide. primo aut tertio iudicatus esse comperitur toto illo dierum ordine qui est ab 18. Sed omnes illis diebus iudicanti scribuntur, qui vno omnium ore decretorij sunt & habentur, nimirum illis qui surgunt à 17. 16

Vnus tantum vicesimo primo obiisse. Ea fuit Dealcis vxor de qua antè dictum est. 17

Sed quoniam secundus, quartus, & sextus Epide. lib. Galenus etiã initio lib. 3. de dyspnęa, libros secundũ, quartum & sextum Epidemiõn non esse Hippocratis, sed Thessali eius filij. Tertium verò, vt & primum, verè Hippocratis esse scribit. 18

Capitis quinti Summa.

HVius capitis initium è præcedentis fine videtur dependere. Nam cum illic dixisset Galen. Medicos eos qui non adeo rebus euidentibus adhibent animum, sed quasi faciliorem viam sectantur, vicesimum-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 345 sur 567

primum decretorium esse affirmauisse & quòd integras septimanas supputarēt, & quòd eo ipso die quosdam iudicatos vidissent, verum hoc quidem esse illis dat, sed excipit id forsan etiam factum esse quod Crisis in duos dies protensa fuisset, ac vicesimum & vicesimum etiam primum occupauisset. Cum autem Crisis in duos trésve dies protenditur, promptum est & facile cuique pro arbitrio huic aut illi diei Crisim attribuere: cum tamē alioqui non sit facile sine distinctione & accurata præmeditatione cui è duobus tribúsve (si tot fortasse dies Crisis occupet) debeat attribui, qua autem ratione id diiudicari queat, suo loco dicemus.

CAPVT V.

VERVM [1] *enim discernere cuiusnam diei propria sit Crisis cum in plures dies diuisa fuerit, non sine distinctione, sicuti & superiore libro demonstratum est, facile est.* [2] *Contingit siquidem morbis inueteraſcentibus, Crises cum perturbationis vehementiam, tum alterationis breuitatem remittere, & ad duos sæpe dies vel etiam tres protendi, quo casu perfacile est ei è tribus diebus cui quis voluerit, Crisim attribuere.* [3] *Multi autem Medici post decimumquartum ne numerant quidem quotum iam diem æger decumbat, præsertim si is qui interea febre liberatus credebatur, rursum febricitare incæperit.* [4] *Nonnulli verò etiam si numerauerint, Criseos tamen in plures dies partitionem temere indistinctéque cui dierum volunt, attribuunt. Quapropter Hippocrates etiam aliquando in ægrotis die septimo, vndecimo, vel decimoquarto morbum iudicatum esse ait, aliquādo verò circa vicesimum, quadrageſimum vel alium quempiam, vt in prima statim & secunda constitutione primi Epide. In prima siquidem ait: Quibus breuissimi morbi fuerunt, ijs circa vicesimum, plurimis circa quadrageſimum, non paucis circa octogeſimum iudicatio facta est. In secunda verò rursum constitutione: Sunt quibus, inquit, circa vicesimum diem morbus iudicatus est, verùm pauci ij quibus etiam breuissimi morbi fuerunt. In tertia item: Sanguis fluere modicè cœpit circa vicesimumquartum diem, & abscessus in hæmorrhagiam conuersi sunt Antiphonti Critobuli, iudicatus is est & integre liberatus*

beratus circa quadrageſimum. At horum dictorum in ipſo ſtatim principio, cum ex primo Epide. quædam citarem, nullam mentionem feci, melius ſcilicet eſſe ratus omnes dies, quibus ſolis planè morbi iudicati eſſe ſunt deprehenſi, prius percenſere. [5] Quare in ipſius Commentarijs nuſquam ſcriptum eſt, quòd quiſquam omnino vel circa quintum, ſeptimum, vel nonum fuerit iudicatus, verùm ſimpliciter quinto, ſeptimo, aut nono, nam ſubito hi & vniuerſim iudicant. Quanto autem vlterius morbi proceſſerint, diuturnioréſque facti fuerint, tantum ſane ea perturbatio quæ præcipitem immutationem præcedit, langueſcit & remittitur. Criſes verò quæ paulatim fiunt, duos aut tres dies in totum occupant. [6] Sunt enim plurimi diuturniores facti morbi, nec cum excretione quidem ſolui conſueuere, ſed vel abſceſſibus vel coctionibus. Sic, ne ſiquidem cùm manifeſtis excretionibus vel abſceſſibus ipſorum ſolutio euenerit, ea vno ſolo die perficitur, qua ratione moti, opinor, Medicorum nonnulli diuturnos factos morbos primum negarunt iudicari. [7] Neque enim ſolutionem ſimpliciter Criſim eſſem aiunt, ſed vel ſubitam, vel eam quæ ipſam præcedit agitationem. Verùm quòd exquiſita & legitima nominis Criſis ſignificatio non vbiuis ſemper ſeruetur, ſed quòd ſolutionẽ ipſam ſolam quomodocunque fiat, Criſim appellent plurimi Medici, id cum ex Hippocra. ſcriptis licet intelligere, tum non minus ex his, quæ alij veteres ſcribunt. Hac itaque ratione Diocles primum diem decretorijs adnumerat, apertè indicans ſe nihil aliud Criſim quàm morbi ſolutionem appellare, id ex ipſius verbis euadet manifeſtum, quæ in hunc modum habent Quod autem ad febres, inquit, attinet, quarum cauſæ neque in ipſo corpore vacuatæ & imminutæ diſſoluuntur, neque exſiccantur, neque confertim crudæ educũtur, temporum verò periodis quibuſdam coctæ apparent, quæ omnium leuiſſima eſt, ea nocte & die iudicatur. Nam breuiſſimo hoc tempore ipſius cauſæ diſſoluuntur. Nam quæ putrent omnia, quæque etiam in pus conuertuntur, adhæc lac & caro omnis quæ abſoluitur, breuiter omnia quæ in corpore tum fiunt, tum mouentur & ſecundum ſpeciem immu-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 347 sur 567

tantur,hoc primum tempore apparent. Atque hæc quidem Diocles,Hippocrates autem non ſemel neque bis ſed valde frequenter cum in primo Epidem.tum vero potiſsimum in tertio,ſolam morbi ſolutionem Criſim vocat,nulla neque excretione neque abſceſſu vllo euidenter prægreſsis.[8] Sed tamen neque iccirco putandum eſt, inueteraſcentes morbos ſine vlla omnino manifeſta excretione iudicari,ſicuti nec plures dies neceſſario adſumere. Sane octogeſimo quendam iudicatum eſſe ſcribens Hippocra.Epidem tertio rigore ipſum concuſſum eſſe ait,acutéque febricitauiſſe,& ſudauiſſe largiter.Adſcripſi verò & paulò antè dictionem cum Cleantidæ tertio Epide,ſexti ordine adſcripti hiſtoriam percurrebam.Quin & alios etiam ægrotos reperias,[9] de quorum alijs iam his commentarijs feci mentionem,de alijs nullo planè modo memini,euidenter vno die per excretionem in procedente inueteraſcentéque morbo fuiſſe iudicatos. Hos igitur dies imprimis obſeruare oportet, & his animum adhibere, vt qui decretoriorum dierum ordinem plane doceant. Nam ſi Cleantides hic totius corporis concuſsione, id eſt,rigore acutáque febre infeſtatus,tandem ſudore largo octogeſimo iudicatus eſt,liquet ſanè numerum viceſimũ magnam quandam vim & facultatem obtinere.Hoc enim ſæpius in ſe ducto & auctо octogeſimum ſicuti & quadrageſimum & ſexageſimum & centeſimum viceſimum ſurgere contingit.[10] Reperies vero & in Epide.libris alios ægros,quorum nonnullos iam adſcripſi,vltra decimumquartũ per excretionem iudicatos,qui eos qui ſubitam fieri Criſim vltra 14.non putant,mendacij conuincunt, & dierum decretoriorum ordinem indicant. Sanequidem quòd diuturni morbi paulatim remittant illam quæ per certamen commotionémque fit, ſolutionem,recte & verè dictum eſt. At quòd nunquam vno die ſubita eorum mutatio fiat,id eſt,à veritate alienum.Cum enim rigor vehemens non ante acceſsionem omnino,ſed vnà cum ipſa inuadit,febríſque calidiſsima,toleratu difficilis accedit,ſudórque copioſus manat è toto corpore,hominem prorſus febre liberãs,id ſi quis,inquam,Criſim eſſe neget,næ is ſe palàm contentioſum litigio ſúmque

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 348 sur 567

giosúmque esse prodit. Equidem contentiosis hominibus contradicere diffusius non consueui, sed id quod fieri assolet, magis sciri oportere semper existimaui, quod scilicet & nobis obseruantibus plerumque apparuit, & in descriptis ab Hippocra. ægrotis licet deprehendere: [11] nempe eiusmodi morborum inueterascentium solutiones non cum continui sunt, nec vlla ex parte interrumpuntur, incidere, verùm cum soluti esse videntur, secũdo rursum recidiui redeunt, & deintegro occipiunt. Contingit autem sæpe & particulares ipsas recidiuas in diebus quibusdam decretorijs incipere, & cum per aliquem decretoriorum dierum numerum processerint, rursum in alio quopiam die Critico iudicari, atque sic particulares quidem singulæ accessiones acutæ fiunt, totum verò diuturnum. Interdum verò intermissiones ipsorum numero quodam decretoriorum dierum circunscribuntur, veluti si quis vndecimo iudicatus imperfectè, decimoquarto morbi recidiuam patiatur. Et item rursum si quis vicesimo iudicatus parum integrè, vicesimoseptimo reuertat morbus, inde postea cum acutè ægrotarit, quadragesimo iterum iudicetur. Hæc profectò in ægris deprehendet, & quisquis diligenter eis assidere voluerit, & quisquis ægrotos ab Hippocrate descriptos, obseruare. Porrò autem & decimusseptimus, decimooctauo, vicesimus, vicesimoprimo, fortior sit habendus, aperte iam Hippocratica experientia demonstratum est. Quod si deinceps eorum quæ ipse experientia deprehendi meminisse velim, prolixior sic quidem fiat oratio, cæterum nihil magis fidei habuerit. Et si quidem quispiam ea quæ ægrotis accidunt obseruare ipsemet voluerit, & ijs quæ ab Hippocra. scripta sunt, fidem adhibere, nihil certe amplius is nostra experientia eguerit. [12] At si vel Sophisnata euidenter apparentibus digniora esse quibus fides habeatur, existimauerit, vel Hippocratis dictorum nullam rationem habuerit, certè is non modo nihilo plus frugis ex nostra narratione reportauerit, sed & eam etiam irridere conabitur. Verum enim sæpe monui eiusmodi homines esse despiciendos. Cæterum si quis veritatis studiosus existat, qui

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 349 sur 567

Sophiſtarum nugis relictis ſe ad experientiam conuertat, hunc cum octingentos vel mille ægrotos obſeruarit, credam profectò non alia de diebus decretorijs eſſe pronũtiaturum quàm quæ Hippocrates ſcriptis prodidit.

1 *Verùm enim diſcernere, &c.* Notæ quibus diſcernere queas ad quemnam diem, Criſim, quę forte duos aut tres dies occupet, referre oporteat, dictæ ſunt ſuprà libro primo, cap. octauo, eſſe quatuor. Ratio ſcilicet acceſsionũ, diei natura, numerus Criticorum temporum, & Criſeos tempus.

2 *Contingit ſiquidem morbis inueteraſcentibus, συμβαίνει δὲ τοῖς χρονίζουσι τῶν νοσημάτων*, &c. Morbi χρονίζειν, id eſt, inueteraſcere perſeuerare ſeu longiori tempore durare dicuntur, qui legitimo ſuo termino imperfectè iudicati vltra ſuum tempus progrediuntur, quales ſunt, verbi gratia, qui acuti intra dies 40. vel per prioris ſtatus immutationem, aut etiam à ſua ſpecie degenerationem appellantur, vt Commenta. 2. in Aphor. 23 inueteraſcunt autem morbi pro ratione ſuæ coctionis. In ſingulis ſiquidem morbis pro coctionis modo, temporis etiam conſequatur menſura neceſſe eſt, vt Commenta. 1. in Aphor. 12. Tunc vero imperfectè iudicantur morbi, cum vnum aut plura de his quinque quæ perfectam Criſim efficiunt, abfuerit. Criſis porrò perfecta & abſoluta ſuis omnibus numeris eſt, primò quæ vacuatione potius quàm abſceſſu, deinde quæ noxium humorem & coctum vacuat. Tertiò quæ κατ' ἴξιν, id eſt, è directo. Quartò, quæ εὐφορίαν, id eſt, ferendi affert facilitatem, ad poſtremum quæ die Critico euenit, vt Aphor. 20. Commenta. 2. Iccirco verò perturbationis vehemẽtia & alterationis celeritas remittuntur, quia morbi cõtinuatum acumen plures 14. dies habere non poteſt, vnde Hippocra. dixit, acutos morbos intra dies 14. iudicari. Aphor. ſcilicet 23. Commenta. 2. vt & initio etiam cap. 9 proximi. Porrò vehementer corpus perturbari vel in Criſi vel paulò ante Criſim docuit ante lib. 1. cap. 1. cum dixit, in Criſi vel paulò ante ipſam ægrotos ſolere in dyſpnœam incidere, delirare, lachrymare, &c. quod & repetit etiam cap. 2. lib. 3. Criſe & ibidem etiam in fine cap. 10. Alterationis verò ſeu immutationis

his celeritas remittitur, quia tẽpus generationis æquale eſt tempori corruptionis, Ariſtoteli lib. de gener. 2. cap. 10. vt ergo paulatim & lentè morbus ad ſtatũ properauit, ita paulatim & lentè à ſtatu ad declinationem, & inde ad ſanitatem pergat oportet. Sic dum celeriter morbus mouetur, poſt illas vehementes perturbationes ſequi ſolet repentina & velox de contrario in contrarium mutatio, vt verbi gratia, ſecura morbi ſolutio. De contrario autem in contrarium fit velox mutatio cum corpus ex ægro ſanum fit, & ex perturbato tranquillum.

Multi autem Medici poſt 14. Multi, inquit, Medici poſt decimumquartum ægritudinis dies non numerant, quòd is ſit terminus acutorum, vt paulò antè docuimus ex Aphor. 23. Commenta. 2. Et morbi qui per duas ſeptimanas celeriter mouentur vlterius progredi nunquam comperiuntur, niſi ſi qui forte motus habent inæquabiles, cuiuſmodi ſunt ij qui diebus quibuſdam ſumpta vehementia, latẽter poſtea eam remiſerunt, rurſúmque poſtea aucti motus continuationem acceperunt. 3

Nonnulli verò etiam ſi numerauerint. Hippocrates paſsim etiam poſt 14. ægritudinis dies numerare ſolet. Nam apud eum legas quoſdam circa 20. 24. 40. 60. aut etiam octogeſimum iudicatos. Obſeruare autem licet Hippocratem, cum Criſis vno tantum die perficitur, quod fere ſemper ante 14. fieri ſolet, hac vti dicendi formula: Morbus huic in totum vndecimo aut 14. iudicatus eſt. Cum verò Criſis plures dies occupat, quod fere ſolet poſt 14. mutata dicendi formula dicere: Morbus huic circa viceſimum, 24. 40. aut 60. iudicatus eſt, qua dicendi formula Hippocrates tacitè innuere videtur, Criſim duos tréſve dies occupantem, huic aut illi diei indiſcriminatim poſſe attribui. Si tamen ad notas illas 4. quæ hoc ipſo capite ex cap. 8. lib. 1. adſcriptæ ſunt, reſpicies, facilè iudicabis ad quem potiſsimũ diem Criſim, duos pluréſve dies occupantem referre debeas. 4

Quare in ipſius Commentariis, &c. Nuſquam, inquit, reperias Hippocratem ſcripſiſſe quenquam vel circa quintum vel circa nonum fuiſſe iudicatum, ſed ἁπλῶς πεμπταίου, ἑβδομαίου ἢ ἐνατεταίου κέκριται, id eſt, ſimpliciter quinto, ſeptimo, nono iudicatum, quia ſcilicet in morbis acutis dies ante decimumquartum de- 5

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 351 sur 567

cretorij ἀθρόως, id eſt, ſubito & vniuerſim, non autem κατὰ βραχύ, id eſt, paulatim ſeu ita lente vt Criſis duos tréſve dies occupet, morbos iudicare ſolent. Contrà vbi morbus acutus terminum ſuum, id eſt, 14 excedit, & poſt eum iudicatur, ſolet dicere Hippocra. morbum circa vigeſimum, 24. 40. 60. aut etiam octogeſimum iudicatum. Nam quanto morbi decimumquartum excedunt, & inueteraſcunt, tanto non ſolum vehementia illa perturbationis quæ Criſim ſolet præcedere, ſed & celeritas quoque mutationis ſolet remitti: vnde fit vt Criſis duos tréſve dies occupet.

6 *Sicut enim plurimi diuturniores facti morbi.* Morbi χρονιώτατοι, id eſt inueteraſcentes & diuturni facti abſceſſibus aut coctionibus potius quàm excretionibus iudicari cõſueuere. Quod ſi tamen forte fortuna fiat aliquando vt aliqui ex his excretione aut abſceſſu inſigni iudicẽtur, ea certè ſolutio non ἀθρόως, id eſt, ſubito aut vno die, ſed κατὰ βραχύ, id eſt, paulatim & duobus tribúſve diebus abſoluetur.

7 *Neque enim ſolutionem ſimpliciter.* Siue Criſis eſt, vt nonnulli volunt, ſubita ad ſanitatem conuerſio, ſiue, vt alij, ſubita, præceps & ſolutionem præcedens in ægrotantis corpore perturbatio, certè in morbis inueteraſcentibus, vt qui non ſubito, ſed paulatim iudicẽtur, nulla vtique fuerit. Si vero morbi ſolutio quomodocunque fiat ſiue ſubito, ſiue præcedente perturbatione, ſiue etiã ſine hac, paulatim, Criſis appellatur, ſic vtique morbi, inueteraſcentes iudicari dici queant, vt & ante cap. 9. lib. 1. dictum eſt. Cęterũ auctoritate primùm Dioclis, deinde etiã Hippocratis probat veteres ſolutionẽ ſolam ſeu ſimpliciter & abſolute dictam, & quam neque excretio, neque abſceſſus inſignis & manifeſtus anteceſsiſſet, Criſim etiam vocauiſſe.

8 *Sed tamen neque iccirco.* Licet, inquit, plurimi morbi inueteraſcentes & diuturnorum naturam iuduentes, ſine excretione aut abſceſſu paulatim iudicentur, non tamen illico inferre licet omnes tales ſine excretione aut abſceſſu, ſicut neque etiam paulatim iudicari. Nam Cleonactidem, (cuius etiam hiſtoriam Gale. initio fere præcedentis cap. 4. adſcripſit) apud Hippocratem Epide. 1. legas ἐξ μιᾶς ἡμέρας, ἤτοι ἀθρόως, id eſt, vno die, ſeu ſubito

ſubito & cum excretione iudicatum eſſe. Cæterum emendandi ſunt hic duobus in locis codices Græci qui ſic habent· ὀγδοηκοστῇ γ'ᾗ κριθῆναί τινα γράφων ὁ ἱπποκράτης, φ' τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. Legendum eſt enim: φ' τῷ πρώτῳ, ſicut & duabus fere lineis poſt· ὁπότε τ' κλεανδίδης ἀπὸ τοῦ τρίτου τῶν ἐπιδημιῶν ἐκ τοῦ, ἢ πέμπτῃ γεγραμμένος legendū ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν ἐπιδημιῶν ἐκ τοῦ. Et hic etiam κλεανδίδης pro κλεοναξίδης ſcriptum habetur, hoc enim poſtremo modo & Gale ante & in fine li.2.de dyſpnœa,& Hippo ipſe ſcripſiſſe comperitur.

De quorum alijs iam his Commentarijs dixi. Supra cap.4. vxoris 9
Iphicratis, Cleonactidæ, Anaxionis, Clazomenij & aliorum aliquot meminit.Intactos autem adhuc reliquit,Pythionem primum tertio Epide.ægrotum,qui die 40. ſuppuratione & ſtrangurioſo abſceſſu iudicatus eſt. Parium, primum item poſt conſtitutionem tertio lib.ægrotum,qui 120.obiit. Mulierem denique eam, Thaſiam quæ 80.

Reperies verò & in Epide.lib. Libro 3. Epidem.Nicodemus in 10
Abderis per vrinas 24. iudicatus eſt.Virgo in Abderis per ſudores 27.Anaxion itidem etiam per ſudores 34. quibus exemplis apparet morbos etiam poſt decimumquartum ἀπὸ μιᾶς ἡμέρας ἤτοι ἀθρόως, id eſt, vno die ſeu ſubito & cum excretione etiam iudicari.

Nempe eiuſmodi morborum inueteraſcentium ſolutiones. Eiuſmodi, 11
inquit,ſolutiones quæ ſubito per excretionem in morbis inueteraſcentibus fiunt,non fiunt continuato morbi ad viceſimum, 30.40.60.aut octogeſimum (ſi forte in horum aliquem Criſis inciderit) acumine. Nam ſuprà diximus morbi continuatum acumen vltra 14. progredi non poſſe, ſed ita fiunt,cum ſcilicet morbus non continuus eſt,ſed interrumpitur,remittitur,& vno altero aut pluribus ſolui deprehenditur, poſtea deintegro recidiuus redit: vnde ſingulæ acceſsiones acutæ ſunt.Totum verò diuturnum,pro exemplo tibi erunt Epide.1. Epicratis vxor ordine quinta, Cleonactides ſextus.Epide.3.Cherion,Eurianactis filia:Parius, Hermocrates,& aliquot alij,quorum morbi inæquabiles motus habuerunt,& quibuſdam diebus ſumpta vehementia latenter poſtea eam remiſerunt: rurſúmque poſtea

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 353 sur 567

auctimotus continuationem acceperunt.

12 *At ſi vel Sophiſmata.* Græci codices ſic ſcriptum habent: Εἰ δ' ἄλλοι τισὶ τερα τῶν φαργῶς φαινομένων τὰ σοφίσματα ὑπέλαβεν, νενόμικεν, ἢ μηδ' ἐν, &c. ὑπέλαβεν, νενόμικεν alterum è duobus idem ſignificantibus tanquã abundans è margine in contextum adſcriptum, expungendum eſſe putem.

Capitis ſexti Summa.

REddit rationem cur Hippocrates aliis atque aliis locis de diebus decretoriis aliter ſcripſiſſe, duplicemque de iis diſciplinã tradidiſſe comperiatur. Alium ſiquidem in Aphoriſmis & Prognoſtico, alium in Epidemiis docendi ordinem tenere ipſum oſtendit Gale. dum hîc non ſolum eos dies qui per quaterniones & ſeptimanas ſurgunt, ſed & intercidentes etiam quoſdam adſcribit. Illic verò intercidentibus omiſsis, eos qui per quaternarios & ſeptenarios inuicem implicantur percurrit. Dicit autẽ Hippocratem varium vſum variámque naturam dierum decretoriorum deprehendiſſe, ac proinde variè etiam de iis diuerſis in locis ſcripſiſſe, & alibi aliter docuiſſe.

CAPVT VI.

NAM *cùm duplex eſſet dierum decretoriorum cum vtilitas, tum natura, eorum quoque duplicem diſciplinam inſtituit* Hippocrates. *In Aphoriſmis quidem & Progno. eorum qui ſecundum quaterniones & hebdomadas inuicem connexi ſunt, mentionem faciens, in primo verò* Epide. *non horum modò, ſed & aliorum omnium intercidentium, quorum intercidentiæ cauſam procedente oratione mox aperiam. Iam quòd natura & vſu inter ſe differant, patefaciam. Natura ſane quidem inter ſe differunt, quòd omnibus vite præſtitis ad quaternionum circuitus Criſes omnino perueniunt. Erratis autem quibuſdam admiſsis, in intercidentes transferuntur: vſu verò differunt, quod ad futuræ Criſeos cognitionem circuitus per quaterniones ſufficit. Cæterum ad iudicandum de iam facta Criſi, omnium fere etiam intercidentium vim & facultatem*

tatem cognitam habere oportet: ita vt tutiorem, verbi gratia, Criſim eſſe quæ nono, quàm quæ octauo accidit, minus fidam quæ octauo quàm quæ nono contingit, arbitremur. [2] Proinde fidæ Criſeos aut infidæ cognitio ad probam victus rationem inſtituendam iis qui iam iudicati ſunt, confert. Quod autem attinet ad temporis quo morbus iudicabitur cognitionem, id eis qui nondum iudicati ſunt, conducere par eſt. Procedente itaque ſermone nonnihil de hoc quoque dicetur: quanquam vniuerſa hæc tractatio ad Medendi Methodum pertinet. Et nunc de dierum decretoriorum vſu nihil, niſi obiter, dicturi venimus: ſed ipſorũ omnẽ vim facultatémque exponere feſtinamus: ſatis erit igitur quod ad præſens inſtitutum attinet, verba Hippocratis percurrere, tum ad ea quæ ſequuntur deinceps tranſire. [3] Sane in Prognoſtico ſic inquit: Febres ſiue ſanus ab his quis euadat, ſiue pereat, æquali dierum numero finiuntur. Vt enim ſaluberrimæ febres quæ videlicet tutiſſimis ſulciuntur notis, die quarto vel antea queſcere ſolent, ita peſſimæ quæque, & quibus periculoſiſſima ſigna adſunt, die quarto vel citius interficiunt. Primus quidem earum inſultus ita finitur. At ſecundus in ſeptimum diem producitur. Tertius in vndecimum. Quartus in decimũquartum. Quintus in decimumſeptimũ. Sextus in viceſimum. [4] Ipſi igitur inſultus (ex morbis acutiſſimis) per quatuor in viginti aucti, finiuntur. Poſt hos dies, puta poſt viceſimum eadem ratione atque additione primus circuitus ad quatuor & triginta, alter ad quadraginta, tertius ad ſexaginta perueniẽt. Hæc quidem ex Prognoſtico. In Aphoriſmis verò cum præ dixiſſet acutos morbos diebus 14. iudicari, mox infert: ſeptenorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octauus initium. Contemplatorius iterum decimusſeptimus. Hic enim quartus eſt à decimoquarto. Septimus ab vndecimo. Certè in his duobus Commentarijs omnes dierum decretoriorum circuitus hebdomadis & quaternionibus adſcribit. At in primo Epide. omnium meminit ordine his verbis: [5] Eſt autem primus decretorius eorum dico circuituum, qui paribus diebus decernunt, quartus, ſextus, decimus, decimuſ-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 355 sur 567

quartus, decimus octauus, viceſimus, viceſimus quartus, viceſimus octauus, triceſimus, triceſimus quartus, quadrageſimus, ſexageſimus, octogeſimus, centeſimus & centeſimus viceſimus. Eorũ verò qui imparibus iudicant, primus eſt tertius, quintus, ſeptimus, nonus, vndecimus, decimus ſeptimus, viceſimus primus, viceſimus ſeptimus, triceſimus primus. [6] *Conſtat igitur Hippocr. hac oratione decretorios omnes dies eſſe complexum.* [7] *Nam commentario eiuſmodi tractatio accommodata eſt. Porrò demonſtratum nobis ſæpenumero eſt, quòd Epidemiôn libri ante Prognoſticôn & Aphoriſmorũ libros ſunt ſcripti, & quòd item illi Cõmentariorum vim habeant. Meritò igitur illic quidem omnes dies decretorios adſcripſit: in his verò eos tantum qui inſigni facultate dotati ſunt, &, vt paulò pòſt oſtendemus, naturæ ſuæ ratione perfecti, & qui præter hoc etiam non mediocrem vſum adfuturi ſtatus & Criſeos prænotionem adferunt. Cur igitur Hippocrates non vnam in omnibus libris dierum decretoriorum doctrinam fecerit, iam apertè mihi demonſtratum eſt.* [8] *Sed nec etiam obſcurum eſt cur alios Medicos in controuerſiam de diebus decretoriis venire contigerit. Alij etenim quòd duplex eorum natura eſſet, non planè intellexerunt: alij ne ab initio obſeruarunt quidem, ſed rationi totum permiſerunt. Nec defuerunt etiam qui eò venerunt, vt experientia vellent ipſos deprehendere. Sed hi duplici nomine falſi ſunt, vel quòd nihil omnino ante experientiam cognitum determinatúmque & apud ſe conſtitutum habuerunt, vel quòd inconſultius ſententiam tulerunt.*

1 *ORVM qui ſecũdum quaterniones.* Adſcripta paulò antè cap. 4. dierum ſeries, implicatos inuicem tibi dies per quaternarios & ſeptenarios in centeſimum viceſimum ſurgẽtes, oſtendet. Cæterùm qui dies per quaternarios & ſeptenarios inuicem complexos, ſurgunt, ab intercidentibus eò differant, quòd illi natura ſua, ſi Medicus, æger, miniſtri, ſuum faciant officium, & rite etiam externa comparata ſint, iudicant morbos, intercidentes verò nunquam niſi erratis quibuſdam admiſsis, vt ſuprà cap. 11. li. 1. Quin vſu etiam differunt

ferunt. Nam illi ad futuram Criſim, intercidentes ad præteritam accommodantur. Siquidem ad futuram Criſim pręcognoſcendam ſatis eſt quaternarios circuitus (vt intercidentium nullam habeas rationem) agnoſcere. Quippe omnibus rite factis, ſi quaternarios circuitus agnoueris, & quarto, verbi gratia, die ſigna aliqua coctionis in vrinis, alui excrementis, aut verò ſputis deprehenderis, illico Criſim ſeptimo die futuram iudicabis: ſic ſi vndecimo, decimoquarto. Si decimoſeptimo, viceſimo. Atq; ita per ſolos quaternarios de futura Criſi, nulla omnino intercidentium habita ratione, feres iudicium. Si verò de iam facta & pręterita Criſi iudicium ferre oportet, cum quaternariorum tum etiam intercidentium vim & facultatem perſpectam & cognitam habere oportet, & intelligere ſecuriorem eam eſſe quæ hoc, quàm quæ illo die intercidente contingat: vt verbi gratia, ſecuriorē quæ nono quàm quæ octauo: quæ item quinto quàm quæ tertio. Sanè nos ſuprà cap. 5. lib. 1. nonum diem repoſuimus in ſecundo ordine eorum dierum, qui vt plurimum decernunt bene, perfectè, frequenter, ſubitò: octauum verò in ordine ſecundo eorum qui rarò, malè, imperfectè, & non ſubitò iudicant.

Proinde fidæ Criſeos, aut infidæ cognitio. Adnotauimus ſuprà cap. 2
1. li. 1. citato loco ex lib. 1. Hippo. de ratione victus acutorũ, contingere interdum vt quaſi ſoluto integre morbo ægri cõfidant, cibentúrque inde negligentius, & ſic eius quæ per circuitum repetat acceſsionis occaſionem præbeant. Et Gale. eo loco dixit, quòd ſi quaſi fide ſolutus ſit, neglectui deſpectuíq; habitus fuerit, multo hic grauiorem quàm antea euaſurum. Proinde ad probam victus rationem præſcribendam plurimũ refert agnoſcere fidáne, an infida Criſis praceſſerit.

Sanè in Prognoſtico. Is locus eſt lib. 3. Progno. cap. 1. & ſequen 3
tibus. *In Aphoriſmis.* 23. & 24. Commenta. 2. *Primo Epidemiôn* In fine tertij ſtatus ante ægrorum particularium tractationem. Cur autem hos locos citet Gale. reddit ipſemet rationem.

Ipſi igitur inſultus ex acutiſſimis morbis. Codex vterque Græ- 4
cus hic hoc loco ſcriptum habet· Ἆυ) μὲν ἔν ἅδη ἀϕ᾽ ἡσυχάζων ἐς τὴν κ΄. ἐκ πολλαπλασιασμοῦ ἐκ προδήσιος ἀϕικνέου). Legen-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 357 sur 567

dum tamen putem vt & in Prognoſtico ſcriptum habetur, hũc in modum· Αὐτῇ μὲν δὴ ἐκ τῶν ὀξυτάτων νοσημάτων δι᾽ τεσσάρων ἐς τὰς εἴκοσιν ἐκ προδιέσιος τελευτῶσιν: vnde colligere licet dictiones has, ἐκ πολλαπλασιασμοῦ, quas hoc loco Græci codices habent, ex margine aut gloſſemate in contextum irrepſiſſe: quod autem ſubdit Aſulanius, ὁ δωδεκάτη ἧ, legendum ὁ δωδεκάτη δὲ, &c. ſicuti & paulò poſt, vbi hic legitur, μετὰ ἧ ταύτας, ἤγουν τὰς κ. τὰς ἐν ᾧ αὐτῶ πρόπω, &c. legendum itidem ex Progno. eſt· μετὰ ἧ ταῦτα ἐν τῷ αὐτέῳ πρόπῳ, &c. Ex quorum locorum collatione has dictiones ἤγουν τὰς κ. ex margine in contextum irrepſiſſe colligi poteſt, & ex ταῦτα, ταύτας factum eſſe, item & vltimum τὰς expungendum eſſe, quanquam poſtea cap. 9. eadem etiam lectio habeatur, quæ & ipſa ita vt dictum eſt, emendanda venit: ἔφοδος autem hoc loco idem quod periodus ſignificat.

5 *Eſt autem primus decretorius eorum circuituum.* In dierum numero variant codices Græci. Nam & hic à Galeno & ab Hippo. in Epidemiis iis ordine & numero, quo hic à me poſiti ſunt, deſcribuntur, & in Venetiano Germanicóque codicibus his notis deſignantur· ἔσι δὲ πρώτη κρίσιμος τῶν περιόδων τῶν ἐν ἀρτίοισι κρινουσῶν τεσσάρων. ϛ'. ιδ'. κ'. κδ'. λδ'. μ'. ξ'. ϙ'. ρκ'. vt in ſumma ſint quatuordecim. Germanicus tamẽ codex alium ordinem margini habet adſcriptum, hoc modo· δ. ϛ. ιδ. κ. λ. μ. ξ. ϙ. χω ρ. In ſumma vndecim. Vetus interpres hos numeros habet 4. 6. 8. 10. 14. 18. 20. 28. 34. 40. 60. 80. 100. 120. Summa 14. Cẽſeam equidem (vt ſcrupulum hunc eximam qui ex tam varia lectione oritur) omnes eos dies quos ab ordine decimiſeptimi ſurgere tabula ante conſtructa oſtendi, modo per pares procedant, (nam Hippocrati eo loco de iis diebus qui paribus circuitibus iudicant, ſermo eſt) in eum dierum ex Epide. catalogum adſcribi poſſe, tales autem ſunt 4. 14. 20. 24. & cæteri qui his ad portionem reſpondẽt. Neque enim cum hic poſt quadrageſimum ſexageſimum adſcribit, & poſt hunc octogeſimum, & rurſum poſt hunc centeſimum, negare vult vllum diem decretorium inter illos medium eſſe & intercedere, ſed ad eos inueſtigandos ſatis eſſe arbitratur, quod multis in locis quinam ad viceſimum vſque decretorij eſſent, indicarit, ad quorum rationem dies intra duos vicenos medios, vt

qui

qui intra viceſimum & quadrageſimum. Intra hunc & ſexageſimum, vult ſuppleri, ſi minus adſcribãtur. Quoniã verò Hippocrati eo loco conſilium eſt, non ſolum eos dies, qui magnam vim decernendi habent, & in quos Criſis ſemper ſi nihil peccetur, recidit adſcribere, ſed & intercidẽtes quoque eorum circuituum qui paribus diebus iudicant, iccirco vnà cum veris decretoriis intercidentes quoque dies (παρεμπιπτούσας ἡμέρας Græci dicunt) ſed tamen pares recenſet. Sunt autem intercidentes ad viceſimum vſque per pares procedentes ſextus, octauus, decimus, decimusoctauus. In ſumma 4. quibus addi poſſunt & hi reliqui, quos antè in cap. 5. lib. 1. decernere malè, imperfectè non ſubito, ſed rarò tamen adnotaui, cum & ij pares ſint, & in eos etiam erratis quibuſdam admiſsis Criſis intercidat. Nos pares & impares dies lib. 1. cap. 3. ex Epide. Aphor. & Progno. in ordinem digeſsimus. Intercidentes verò à viceſimo ad centeſimũ viceſimũ proportione ad hos, quos hic adſcripſi, ſeruata cõperies.

Conſtat igitur Hippocratem hac oratione omnes dies. Tam eos intellige, qui veri decretorij ſunt, & per quaternarios & ſeptenarios ſurgunt, quàm eos qui intercidunt. 6

Nam Commentario eiuſmodi tractatio accommodata eſt. In iuſtis & iis quos primos ſcribimus Commentariis, ea fuſiſsimè tractare ſolemus, quæ tractanda ſuſcipimus, quo fit vt ſi quando quid poſtea etiam commentari voluerimus, ac inter commentandum, quædã etiã obiter repetere eorum quæ prioribus libris ſcripſerimus, multa eorum quæ alibi fuſe tractata ſint, prætermittere inculpatè poſsimus. Cum ergo Hippocrates Epidemiõn libros ante Aphoriſmos & Prognoſtica ſcripſerit (vt & hic & antè quoque cap. ſcilicet 3. lib. 1. dixit) nihil mirum videri debet, ſi aliquot dies in Epidemiis inter decretorios adſcripſerit, quorum in Aphoriſmis & Prognoſticis nullam mentionem fecerit. Quod autem legitur ὅλα δωδεκαμοιρ ὑπομνημάτων ἔχει, legendum putem ὅθεν δωδεκαμοιρ, &c. 7

Sed nec etiam obſcurum eſt. Græca litera ſic habet, ὃκ ἄδηλον δ' ὅλως, διότι τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς, &c. Legendum cum Germanico codice, ὃκ ἄδηλον δ' ὅδε διότι τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς εἰς διαφωνίαν ἀφικνεῖσθαι συμβέβηκε περὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν, &c. 8

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 359 sur 567

Capitis ſeptimi Summa.

DOcuit antè falſum eum & deceptum iri, qui ad examinandos per experientiam dies Criticos acceſſerit prius quàm cognitum, perſpectum & apud ſe conſtitutum habuerit, illos ſolos ægrotos in experimentum eſſe aſſumendos, in quibus nihil erratum ſit. Sicuti & eum quoque deluſum iri qui antequàm dies ipſos permultis annis in multis etiam ægrotis obſeruarit, de iis fere ſententiam properarit. Id etiam nunc repetit, vúltque quàm plurimos ægrotos & quidem per annos plurimos obſeruari, antequam quid certi de diebus decretoriis haberi aut ſtatui poſsit, eò potiſsimum, quòd annuæ conſtitutiones non ſibi ſemper ſint ſimiles. Exin inuehitur in Sophiſtas, quorum alij neque Criſim, neque decretorios dies admittebant. Alij Criſim quidem eſſe dicebant, ſed dies vllos decretorios eſſe plane negabant.

CAPVT VII.

SED *enim quænam ante experientiam cognita determinatáque habere oporteat,* [1] *iam nobis dictum eſt.* [2] *Sicut & quòd in ferenda de diebus decretorijs ſententia non admodum properandum ſit, aut ante ſcilicet quàm in multis ægris annis pluribus diligẽter quis ipſos obſeruauerit.* [3] *Nam præter alia, annuarum etiam conſtitutionum permultæ quædam differentiæ exiſtunt. Siquidem aliquando plures quàm quadringentos homines tota vna æſtate ſeptimo vel nono iudicatos animaduerti, qui omnes acutè febricitauiſſent. In altero verò deinceps anno alios decimoquarto, alios viceſimo, quamplurimis etiam morbum abs recidiua iudicatum. Alio verò item anno vidi permultos, quibus, cum quinto die ſanguis fluxiſſet è naribus, ſeptimo vel nono morbus iudicatus eſt. Obſeruaui & aliquando Autumno omnes vndecimo iudicatos. Sed hic quidem Autumnus bonam Criſim attulit. Aſt alius ſexto iudicauit omnes, ſed non bene, quo mihi magis mirari ſubit eos, qui nullum planè inter dies diſcrimen eſſe, ſed eiuſdem omnes dignitatis eſſe arbitrantur.* [4] *Nam non ſæpe fit vt conſtitutiones omnes Aeſtiuorum, Autumnaliúmve morborum vnam Criſeôn ſpeciem habeant, quod*

& ipſum

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 360 sur 567

& ipſum in illis conſtitutionibus quæ ab Hippocra. literis mandatæ ſunt, cernere licet, in quibus, niſi ſi quis omnino hebes eſt, alium interdum decretorium diem primas tenere & alio frequentius decernere comperiet.[5] Sed non tamen octauum, duodecimum, decimumſextum, aut huius ordinis quenquam alium. Videntur igitur Sophiſtæ in illa vtraque, quæ vniuerſam Medicinam conſtituunt, delinquere, experientiam dico & rationem. Neque enim experientiam, vbi neceſsitas poſtulat, expectant, ſed quod cuique in mentem venit, id quiſque effutit, neque euidenter apparentium cauſas ſcrutantur aut deprehendunt:[6] quo fit vt eorum alius neque decretorium diem exiſtere, neque etiam Criſim omnino eſſe aiat: alius Criſim quidem quandam eſſe dicit, non tamen dies decretorios admittit, quaſi ratione potius quàm experientia & decretorios dies & Criſes deprehendere oporteat, quaſi improbiores ſint ij & deteriore conditione, qui per experientiam vtraque ſe deprehendiſſe dicunt.[7] Nobis ſane qui poſt Herophilum, Xenophontem, Aſclepiadem nati ſumus, exiſtere fortaſſe videatur in illos viros vel æmulatio vel contendendi cupiditas.[8] Sed vndenam, obſecro, venit ei in mentem, qui primum accurate ipſos dies experientia collegit, vt Epidemiôn libri teſtantur, præuidere tales quoſdam Sophiſtas in poſterum futuros? neque enim his ſimiles vlli temporibus Hippocratis vſquam reperiebantur. Verùm ſinguli pro viribus aliquid excogitare & in artis vſum conferre, non rectè inuenta ſuggillare depraua réque ſtudebant. Quinetiam & Medicos illos, qui Empirici nominantur, quaſi publici ſint omnium Dogmaticorum hoſtes, videre licet curioſe obſeruare quod cauillentur & reprehendant, at non tamen aut decretorios dies, aut Criſes tollere,[9] ſed hæc ambo, ſicut & aliud quippiam maximè euidens admittere. Sed hæc mihi ſint ſatis in nugaces Sophiſtas.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 361 sur 567

©BIUM

1 NOBIS *iam dictum est.* Capite secundo huius Commenta. 2. Ex quo loco repetes quæ ad hunc locum facere videbuntur.

2 *Sicut & quod in ferenda de diebus decretorijs.* In Græcis exemplaribus legitur καὶ ὁ χρὴ αὖτις λέγειν ἀποφαίνασθαι περὶ κρισίμων ἡμερῶν, lege καὶ ὅλως ὁ χρή, &c.

3 *Nam præter alia annuarum etiam constitutionum, &c.* πάντα γὰρ ἄλλα, inquit, καὶ τῶν ἐπιδημιῶν κατασκευῶν αἱ διαφοραὶ πάμπολλαί τινες ὑπάρχουσιν. Ἐπιδημίας κατασκευὰς nunc dicit, quas Hippocra. Aphor. 15. Commenta. 3. κατασκευὰς φυσικὰς nominat. Est autem anni constitutio aëris nos ambientis per totum annum aut singulas eius partes affectio, modo calida humida, modo calida sicca: interim frigida humida, interim frigida sicca, interim temperata, & inde modo salubris, modo insalubris, tot enim modis alterari deprehenditur aër, & pro variis illis alterationibus varie etiam corpora nostra afficere, cum eius vsu ne momento quidem citra vitæ dispendium carere possimus. Permultas autem annuarum cõstitutionum differentias esse hoc loco docet Galen. cum vix fiat vt duorum annorum constitutiones sibi similes reperiantur. Nam hic annus per singula 4. tempora suam constitutionem seruabit, alius non seruabit, sed tempestatum cõstitutiones inter se permutabit: & fiet, verbi gratia, Ver Aestati similis, Aestas Autumno & contrà, vt Aphoris. 6. 11. 12. & 13. Commenta. 3. Alio item anno inualescet hyems ita vt totus annus pluuiosus sit & Australinus, qualis scilicet tertio Epide. describitur. Alio verò anno inualescet Aestas, vt apud nos contigit anno 1556. quo Aestas ita inualuit vt Ver Aestatem & Autumnum comprehenderet. Atque ille quidem annus salubritatem corporibus (vt Aphor. 15. Commenta. 3.) sed frugum tamen sterilitatem & annonæ caritatem ob pluuiæ carentiam & æstus magnitudinem attulit. Inualescere verò in anno modo Aestatem, modo hyemem, modo aliam constitutionem docet Hippocra. in fine libri de natu. humana. Neque verò tantum variæ sunt annuæ constitutiones, & inter se differentes, sed & temporum particularium, imò dierũ horarúmque etiam diuersę, quod quotidiana experiẽtia licet deprehendere. Cæterum certis temporibus & constitutionem suam seruantibus (vt Apho. 8. Commenta.

menta.3.)certi,tempestiui ac iudicatu faciles,morbi fiunt.Incertis autem & alienis incertæ quoque iudicationes fiunt,& ad iudicandum difficiles,vnde colligere licet Aestatem eam,qua Galen.se plusquam quadringẽtos homines,qui omnes acute febricitauissent,septimo aut nono diebus vidisse iudicatos memorat,constitutionem suam seruauisse.Illam aliam quæ 14.20.& nonnullos post recediuam iudicauit à cõstitutione sua aliquantum desciuisse,quòd in illa citius,in hac tardius morbus sit iudicatus. Idem & de Autumno licet colligere,quem Galen.hic & μετόπωρον,& cum Hippocra.etiam Aphor.4.9.10.Commenta. 3.φθινόπωρον,appellat,alij ὀπώραν.Iulius Pollux lib.1.cap.7.ὀπώραν proprie Autumnum appellari docet. Phauorinus tamen ὀπώραν,διὸ καὶ μετόπωρον, id est, Aestatẽ & Autumnum significare docet,& pro Aestatis parte sumi auctor etiam est Galen. Commen.3.in Apho.14.quo loco interpretes ὀπώραν fructuum seu pomorum generationem,Philander in Vitruuium maturationem conuertit.Pro Autumno videtur hanc dictionem vsurpauisse Varro qui lib.1.de re rustica cap.59.oporothecas vocat locos vbi fructus Autumnales asseruantur.Sane Martialis Epigrammaton lib.9.ὀπώραν etiam pro Autumno vsurpauit,dum alludẽs ad Earinum Domitiani,quatuor verbis quatuor anni tempora complectitur his verbis,

*Si daret Autumnus mihi nomen,ὀποριν*ὸς *essem.*
Horrida si Brumæ sydera,χειμερινός.
Dictus ab æstiuo θερινὸς mihi mense vocaret.
Tempora cui nomen Verna dedere,quis est?
Ast alius Autumnus sexto iudicauit omnes,sed non bene. Nempe sextum autẽ malum decretorium esse diximus,capitibus lib.1. quarto & quinto.
Quo mihi magis mirari subit. His haud dissimilia scribit Commen. in Aphor.36.quinto.

Nam non sæpe fit vt Constitutiones. Græci codices absque negatione sic habent, ὅλως γὰρ κατάστασεις πολλάκις ἢ θερινῶν, ἢ μετοπωρινῶν νοσημάτων φθίσεσ ἔχουσι κρίσεων, sed nullo plane sensu: apparet autem negationem addendam esse ex veteri interprete qui sic habet·Non enim inuenimus omnium ægritudinum quæ ex aëris mutatione acciderũt, in Aestate aut in Autũno multotiens fieri Crisim vno modo, &c. Sic ergo legendum in Græ- 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 363 sur 567

cis codicibus eſt, ὐκ ὅλας γὰρ καταστάσεις, &c.

5 *Sed non tamen octauum.* 12.16. Hos dies ſuprà c.5.lib.1.inter eos qui male,imperfectè,non ſubito & rarò decernunt,repoſuimus.

6 *Quo fit vt eorum alius neque decretorium diem exiſtere.* ἀλλ' ἆρα τοίνυν ὁ μὲν τις αὐτῶν ὅτε κρίσιμον ἡμέραν, ὅθ' ὅλως κρίσιν ἐπάρχει φησίν, pro ἐπάρχει legendum ἐπάρχειν modo infinitiuo.

Quo fit vt eorum alius. Sophiſtarum alij rationem admittunt, eámque,quod Dogmatici faciunt,experientiæ præponunt. Alij contrà,experientiam,quod Empirici faciunt, recipiunt, negant rationem. Alij horum neutrum admittunt, vt Aſclepiades,de quo antè in fine cap.5.lib.1. diximus. Ac primi quidem Criſim eſſe non negãt,quod ratio quam ſolam recipiunt,dictitet, Morbum vt pote hoſtem naturæ infeſtiſs.ſine magno cõflictu è corpore propelli non poſſe, nec mutationem de contrario in contrarium ſubito ſine perturbatione (id autem Criſim eſſe ſæpe antè diximus)fieri poſſe. Idem decretorios dies non admittũt, quod hi ſola experientia, quam non recipiunt, eſſe deprehendantur.Secundi contrà ac primi dies quidem admittunt, quod experientiam eos comprobare dicant.Criſim tamen eſſe negãt, quanquam ratio, quam illi negant,eam eſſe confirmet. Nec vero deſunt etiam qui neque Criſim neque dies decretorios admittunt, ac contra iſtos quidem diſputandum ſibi eſſe non putat Galen.quòd principia, experientiam dico & rationem, quibus omnis medicina nititur, negent. At eorum opinionem qui ſola ratione nixi, Criſim quidem admittunt, dies verò decretorios vllos eſſe negant,ſicuti & item eorum qui experientiam neglecta ratione recipiunt,ironia infirmat & eludit, dum ſic infit, quaſi verò ratione potius quàm experientia, & dies decretorios eſſe & Criſes deprehendere oporteat! quaſi innuat, vtroque ſimul inſtrumento, ratione inquam & experientia, decretorios dies eſſe non altero tantum horum deprehendendos & examinandos, nec ab his potius quàm illis ſtandum eſſe: cum nõ minus errent hi quàm illi. Rationales dico quàm Empirici. Vnde inferre videtur, ab illis potius ſtandum eſſe qui & Criſim & dies Criticos experientia ſeſe deprehendiſſe dicunt, Hippocratem tacite & ſeſe ipſum etiam immiens.

Nobis

Nobis ſane qui poſt Herophilum, Xenophontem, &c. Tacitæ ob- 7
iectioni occurrit hoc ſenſu Dicat fortaſſe aliquis nos vel inui-
dia vel contendendi ſtudio motos, hæc in Herophilum rationa
lem, Xenophontẽ Empiricum, Aſcleapidem neque rationem
neque experientiam recipiẽtem, ſuperiorum omnes temporum
Sophiſtas, debacchari & euomere. Verùm nos profectò idipſum
eo animo facimus quo Hippocrates, qui primus dierum de-
cretoriorum vim & facultatem experientia collegit, feciſſe
comperitur. Ille enim promouẽdæ, quod & nos facimus, potius
& augendæ artis quàm eius imminuendæ, tardandæ aut etiam
deprauandæ, peſſundandæve ſtudio & Criſim & dies decreto-
rios experientia ſe deprehendiſſe in libris Epidem. teſtatus eſt,
ſatis præuidens tales impoſterum futuros Sophiſtas, qui vtra-
que illa negarent exiſtere. Neque enim in ſui temporis Sophi-
ſtarum inuidiam hæc potuit dixiſſe Hippocrates, vt cuius tem-
poribus nulli adhuc reperirentur, qui quod reprehenderent &
cauillarentur, obſeruarent: quin omnes illius temporis homines
artem iuuare, quantum in ſe erat, ſtudebant. Cæterum He-
rophilus, cuius hic meminit Galen. Calchedonius fuit, qui in
humidis vitium omne ponebat, & cum Eraſiſtrato (vt auctor
eſt Cornel. Celſus lib. 1.) nocentes homines à regibus è carcere
acceptos viuos incidebat. Huius meminit etiam Gale. cum ali-
bi, tum potiſsi. lib. 1. ſimplicium, cap. 29. & Progn. lib. 1.

Sed vndenam obſecro venit ei in mentem. Græci codices ſic ſcri- 8
ptũ habẽt· ὁ δ' πρώτως δ' ἀκριβῶς αὐτὰς ἐξευρὼν ἀλλὰ τῆς πείρας ὡς
τὰ τῶν ἐπιλιμμάδην φυόμενα γράμματα, πόθεν ἂν ἐπῆλθε τὸ προ-
γνῶναι θαῤῥῆσαι τινὰς ἐξ ἑτέρου τοιούτους σοφιστὰς; Emendandum
tamen putem & legendum, πόθεν ἂν ἐπῆλθε τὸ προγνῶναι ἔστιν
ὅτε γενήσεσθαι τινὰς ἐκ ὑστέρου τοιούτους σοφιστὰς, &c.

Sed hæc ambo ſicut & aliud quippiam maxime euidens. Empirici 9
quĩ ſe ſic ab experientia nominant, euidentes quidem cauſas
vt neceſſarias amplectuntur, obſcuratum verò cauſarum
& naturalium actionum quæſtionem ideo ſuper-
uacuam eſſe contendunt, quoniam incom-
prehenſibilis natura ſit. Hæc Cor-
nelius Celſus libro
primo.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 365 sur 567

Capitis octaui Summa.

CAput hoc octauum anacephaleosis est & breuis repetitio eorum quæ passim antea de dierum decretoriorum tum facultate tum dignitate dicta sunt.

CAPVT VIII.

AT enim redeo iterum eò vnde sum digressus, & incæptam orationem persequor, comprehensis tamen in summa[1] prius omnibus quæ prædicta sunt. Decretorius omnium fortissimus est septimus. Eum præindicat dies quartus, duo hæc habens, quod scilicet decretorius minor sit, & item septimi index. Deinceps sunt vndecimus & decimusquartus, eandem proportionem & naturam inter se seruantes, quam cum septimo quartus. Tum item & hoc consequenter dictum est, frequenter quidem decimumseptimum ad vicesimum: rarò autem decimumoctauum ad eum ipsum vicesimum eandem proportionẽ seruare, quam cum septimo, quartus, & cũ vndecimo, decimusquartus.[2] Hi ergo dies vt Hippocrates dicebat, per quatuor aucti in vicesimum consurgunt. Coincidũt his nonus, quintus & tertius. Et plurimos quidem nonus iudicat. Secundas vires obtinet quintus, post hunc tertius, tertias. De sexto verò iam dictum est antea, quòd malus sit decretorius. Sane decimustertius omnium decretoriorum est imbecillimus, sed omnium qui non decernunt fortissimus, tanquam in medio quodam virtutis vtrorunque collocatus. Vehementissimæ sunt itaque Crises, sicuti & ante dixi, ad decimumquartum vsque diem. His minus vehementes sunt, quæ ad vicesimum perueniunt. Inde quæ ad quadragesimum vsque producuntur, prædictis etiam magis vehementiam remittunt. Ab illo die omnino languet, remittiturque solutio.

QVAE

QVAE *prius dicta sunt.* Capitibus scilicet 4.& 5.lib.1. de intercidētibus verò vt nono,quinto,tertio,dictum est etiam cap.2.lib.2.de sexto quòd malus sit decretorius dictum est suprà cap.2.& 3.lib.1.de decimotertio cap.quinto lib.1. Quod autem vehementissimæ Crises sint ad diem vsque 14. ostensum quoque suprà est initio cap.5. huius secundi Commentarij. 1

Hi ergo dies vt Hippocrates dicebat. Sic Græca litera habet· 2 Αὐτὴ μὲν δὴ, ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, διὰ τεσσάρων εἰς τὰς κ. ἐκ προδέσεως ἀφικνέοντ). Vnde apparet dictiones illas ἐκ πολλαπλασιασμοῦ esse expungendas ex eo loco quem suprà cap. 6. huius 2.indicauimus.Paulus Aegineta hæc ad verbum cap.6.lib.2.

Capitis noni Summa.

DOcet dierum decretoriorum ordinem à decimoquarto perpetua & continuata numerandi serie ad centesimum vicesimum seruari: quem terminum qui morbi excedunt, iam non dierum,sed mensium aut annorum numero paulatim & sine Crisi soluuntur. Porrò autē triplices periodos facit· Minores, quæ quaternionibus circunscribuntur. Maiores seu mediocres,quæ septimanis. Maximas & perfectissimas quæ vicesimo quoque numero circunscribuntur. Vt autem clarius quæ hic dicuntur intelligas, recurras oportet ad eam tabellam qua paulò antè capite 4. dies tibi decretorios per quaternarios ita digessi,vt facile videas primos singularum hebdomadarum quaternarios,Minores periodos appellari.Septimanam quamlibet seu secūdos quaternarios,Maiorem periodum. Maximas autem & perfectissimas periodos appellari dies à vicesimo in sese aucto & multiplicato surgentes,quales sunt 20. 40.60.80.100. & 120.vt scilicet maxima quæque periodus tres septimanas complectatur.

CAPVT IX.

QVAETERVM *dierum decernentium proportio & analogia perpetuò eadem seruatur:* 1 *vt enim decimusquartus & secundæ septimanæ finis est, & tertiæ principium, ita & tricesimusquartus, quintæ terminus est, & simul sextæ initium, vt tres septimanæ viginti sem per diebus circunscribantur. Ideóque sexagesimus, vti prius dixi-*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 367 sur 567

nus, non autem ſexageſimus tertius erit decretorius, ac pari ratione octogeſimus, centeſimus & centeſimus viceſimus. Sed enim vt progreſſu temporis Criſeon vehementia paulatim remittitur & langueſcit,[2] ita & imbecilles dies decretorios obſcurari planè contingit. Solos illos verò ſemper perſiſtere & vim ſuam ſeruare, qui perfectum decretoriorum dierum circuitum abſoluunt: videtur autem, quantum experientia diſcere licet, primus perfectus circuitus is eſſe, qui diebus viginti abſoluitur.[3] Si enim per diſiunctionem ſemper ſeptenarius numerus procederet, vt in duobus primis ſeptenarijs cernere licet, eſſet hac quoque ratione ipſa ſeptimana perfectus primus circuitus. At quoniam ſecunda à prima ſeiuncta eſt, tertia autem ſecundæ copulata, liquet eam rationem quæ ab initio ſeruabatur non amplius poſt decimumquartum ſeruari. Attamen poſt viceſimum, idem circuituum ordo perpetuò ſeruatur,[4] triceſimoquarto proportione reſpondente decimoquarto ex duabus ſeptimanis diſiunctis conflato, quadrageſimo item proportione reſpondente viceſimo, copulatam tertiam ſeptimanam explente. Hoc itaque ipſum nos docens Hippocrates, vbi in Prognoſtico de viceſimo die verba fecit, ſubiungit: Poſt hos eadem ratione atque additione primus circuitus ad quatuor & triginta perueniet. Primum enim dixit poſt viceſimum, triceſimumquartum.[5] Primum, inquam, vt circuitum, non vt diem decretorium. Nam & viceſimus quartus & viceſimus ſeptimus poſt viceſimum ſunt decretorij.[6] Sed enim poſtquam ipſe etiam de minoribus circuitibus (hi ſane quaterniones ſunt) abunde ſatis docuit, ac de ſeptimanis etiam quantum ſatis eſt, tractauit, reliquos ſtatim ordine duos circuitus voluit ſubiungere,[7] nempe eum qui ex duabus ſeptimanis conflatus eſt, & eum qui ex tribus. Verùm eum qui ex duabus ſeptimanis conflatus eſt, velut ſemiperfectum quendam circuitum: eum verò qui ex tribus ſummè perfectum eſſe docuit: nam profectò & quadrageſimum & ſexageſimum & octogeſimum, centeſimum & centeſimum viceſimum ex viceſimo ſæpius aucto fieri contingit. Perfecti igitur circuitus hoc ipſum eſt,

& non

& non aliud indicium, quod ſi ſcilicet componatur ſemper & in ſeſe ducatur, haud alio amplius egeat circuitu. Atqui ne vni quidem eorum qui viceſimum præcedunt hoc accidit.[8] Nam ſi ſeptimus ſeipſum ſemper augeret, multiplicaret ve, næ is in viceſimumprimum, viceſimumoctauum, triceſimumquintum & quadrageſimumſecundum excideret. Decimusquartus pari modo & decimumoctauum procrearet & quadraſimumſecundum.[9] Et ſi quaternarius etiam ipſe in ſe ipſum duceretur, octauum, duodecimum, & decimumſextũ validos decretorios efficeret. Quapropter ipſe quartus nec periodus quidem plane eſt, ſed vt periodi dimidium. Nam ſeptimana ſecta bifariam, quartus ſectionem accipiens primi quaternionis terminus eſt, & ſecundi initium.[10] At verò fortaſſe putet quiſpiam ſeptimanam ipſam perfectum eſſe circuitum, cum ne huius quidem ſeptimum diem ſecundæ ſeptimanæ initium eſſe contingat.[11] Sic enim ad decimumtertium non ad decimũquartum terminus eius perueniret. Verum enim iterum cum decimusquartus terminus ſit ſimul ſecundæ ſeptimanæ & idem etiam initium tertiæ, ne ſic quidem amplius perfectus circuitus ſeptimanæ fuerit. Bis enim ſe ipſam multiplicauit, tertiò non potuit. Atqui ſi propter duas priores hebdomadas ex diſiunctione factas integrum quendam circuitum ſeptimanam exiſtimare conuenit, propter tertiam verò coniunctam non item amplius integrum, omnino ſanè vel in ancipitem ambiguitatem orationem incidere neceſſe eſt, vel ſeptimana primus quidam ordine & ſimplex circuitus exiſtimanda eſt. Sed qui ex diebus viginti coaleſcit & conflatur circuitus, ſecundus, compoſitus & adhæc etiam perfectus eſt exiſtimandus.

VT enim decimusquartus. Quę hic dicuntur facilius intel 1
ligentur tabula ante cap. 4. conſtructa, inſpecta: quas autem maximas periodos vocet, docui ante in huius capitis argumento.

Ita & imbecillos dies decretorios. Græca ſic habent, οὕτω καὶ 2

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 369 sur 567

τὰς ἀδενεῖς κρισίμους ἀμαυρᾶσθαι τελέως συμπίπτει. ἀδενεῖς κρισίμους, id est imbecillos dies decretorios vocat, non solum primos quaternarios minores periodos terminantes, sed & vltimos etiam quaternarios septimanas claudentes, id est, septenarios, necnon etiam & eos quos intercidẽtes nominauit. Dicit autem morbos inueteraſcentes & in longius procedentes, neque quaternariis primis, neque septenariis, qui quaternarij etiam vltimi dicũtur, neque item intercidentibus diebus iudicari, sed solis maximis & perfectiſsimis circuitibus, qui soli in productis morbis vim suã seruant, cum in aliis modo dictis eadem vis obſcuretur & amittatur, quod etiam docet Gale. lib. 3. Progno. cap. 6. vbi post alia sic scribit, Post viceſimum verò abolẽtur quaternarij, fiúntque per septenarios iudicationes. Deinde etiam hi procedente tempore abolentur, ita vt per vicenos dies morborum solutiones fiant, post tandem ad menſium numerum deueniant. Quin libro etiam de Criſibus primo, cap. 18. poſtquam Pleuriticum ex hypotheſi finxit decimoſeptimo expuiſſe pauca, sed cocta tamen, dicit, fieri posſe vt huic viceſimo Criſis adueniat sed minime tamen perfecta, eo quòd, inquit, non eandem vim habent, neque inter indices primi cum posterioribus, neque primi decretorij cum vltimis. At valentiores quidem primi sunt, sed in longum protracta ægritudine imbecilliores redduntur.

3 *Si enim per diſiunctionem ſemper ſepenarius.* Εἰ μὲν γὰρ ἀεὶ κατὰ διάζευξιν ὁ ζ'. ἀριθμὸς παραχώροι, &c. Hoc dicit, ſi de ſeptimo in ſeptimum per diſiunctionem numerus procederet, vt verbi gratia, ſi ſeptimus eſſet, vt re-vera eſt, vltimus dies primæ ſeptimanæ, decimusquartus, vltimus ſecundæ, viceſimusprimus, vltimus tertiæ: & in ſumma, ſi ſeptimus in ſe auctus ſeptimanas terminaret, eſſet hac ratione prima ſeptimana primus perfectus circuitus. Secunda, ſecũdus, & tertia, tertius perfectus circuitus, & ſic deinceps. At quoniam prima ſeptimana à ſecunda diſiuncta eſt, tertia autem ſecundæ copulata (nam decimusquartus & ſecundæ finis eſt & idem etiam tertiæ ſeptimanæ initium) hac ratione neque primus ſeptenarius neque ſecundus, aut tertius perfectus circuitus eſſe poſsit. Nam perfectum circuitum paulò pòſt definit eſſe eum, qui compoſitus, & in ſeſe ductus, alio non amplius egeat circuitu. Secundum quam definitionem prima ſeptimana, licet integra ſit, nec vllo modo cum ſecunda copulata

pulata, perfectus circuitus esse nõ posit, quòd ea simplex circuitus sit & non cõpositus. Rursum quoniã secunda septimana integra non est sed cum tertia copulata (vnde satis liquet eam rationem quæ in prima septimana seruabatur non amplius post 14. seruari) fit vt ne ipsa quidem perfectus circuitus esse posit. Etsi enim ea ex bis septem composita est, eget tamen ipsa alio circuitu. Est enim decimusquartus non solum finis secundæ, sed &, vt sæpe dictum est, initium tertiæ septimanæ. Quatenus igitur secundus septenarius alio eget circuitu & cum quinto quaternario, qui idem primus est tertiæ septimanæ copulatur, eatenus secundus septenarius perfectus circuitus esse non posit.

Tricesimoquarto proportione respondente decimoquarto ex duabus septimanis disiunctis conflato. Græcè legitur, ϕλ μὲν ιδ. ὡράλογον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ γενομένης, ἐκ δυοῖν ἑβδομάδων διεζευγμένων, legendum tamen & ita meo quidem iudicio, interstinguendum est, ϕλ μὲν ιδ. ὡράλογον τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, γενομένη ἐκ δυοῖν ἑβδ. διεζ. &c. Cæterùm 34. decimoquarto ideò respondere dicitur, quòd vt hic vltimus dies secundæ septimanæ est & idem initium tertiæ, ita tricesimusquartus finis est quintæ, & idem etiam initium sextæ septimanæ, quod autem post vicesimum diem idẽ circuituũ ordo perpetuò seruetur, facile inspecta tabella dierum à 14. surgentium deprehendes. Decimusquartus item ex duabus septimanis disiunctis conflatur, quia prima septimana cum secũda non copulatur. Vicesimus item cum quadragesimo rationẽ quandam habet & analogiam. Nam vt ille tertiam septimanam cum secunda connexam, ita hic sextam cum quinta etiam copulatam terminat. 4

Primum inquam, vt circuitum, non vt diem decretorium. Tricesimusquartus primus est post vicesimum circuitus, non quidem simpliciter, sed circuitus maior, seu medius, vt qui septimanam quintam terminet & claudat. Nam si simpliciter dicas 34. primum esse post vicesimum circuitum, falsum astruas: cum inter hos duos numeros intercedant 24. 27. & 30. qui & ipsi decretorij sunt circuitus. Sed 24. & 30. quaternarij sunt, seu minores circuitus. 27. & 34. septimani seu medij. Et hoc est quod Galenus hic scribit de Hippocrate loquens, πρώτην γὰρ εἶπε μετὰ τὴν κ. ἡμέραν εἶναι τὴν ιδ. ὡς πορίσασθαι καὶ ὡς ἡμέραν χρήσιμον, ἐπεὶ καὶ ϕλ. 5

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 371 sur 567

καὶ ϛ̅ κα̅. μετὰ τῶν κ̅. ὃν κρίσιμον, quo tamen loco emendandi ſunt codices tum Græci tum Latini. Primum in Græco legendum ſic eſt, ἐπεὶ καὶ κδ̅. νὴ κζ̅. νὴ λ̅. μετὰ τῆς κ̅. ὃν κρίσιμον, vt ſit: Nam & 24. & 27. & 30. poſt viceſimũ eſt decretorius. Guinterius 34. & 37. falsò adſcripſit. Vetus interpres numero vno contentus fuit, nec ſenſum videtur aſſecutus, cum ſic dixit: Et ſi non eſſet illud, eſſet dies 34. exiſtens dies primus ex diebus Criſis poſt viceſimum.

6 *Sed poſtquam ipſe de minoribus circuitibus.* Græca litera ſic habet. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρότερον τῶν μικροτέρων περιόδων, αἱ δὴ τεσσάρες εἰσὶν, αὐταρκῶς ἐδιδάξεν, καὶ περὶ τῶν ἑβδομάδων αὐτῶν ἱκανῶς διεξῆλθεν, εὐθὺς ἐβούλήθη ἑξῆς τὰς ὑπολοίπους δύο περιόδους ἐπιδιδάξαι, τὴν τε ἐκ τῶν δύο ἑβδομάδων συγκειμένην, ἣ τῆς ἐκ τ̅ τριῶν, &c. Ex hoc loco intelligere licet Galenum tres dierum in ordines digeſtorum circuitus facere. Vnum minorem & imperfectum, ex quaternionibus. Maiorem & ſemiperfectum ex ſeptimanis. Maximum & perfectiſsimum ex viceſimo in ſe aucto & multiplicato.

7 *Nempe eum qui ex duabus ſeptimanis conflatus eſt.* Decimusquartus ex duabus ſeptimanis, prima ſcilicet & ſecunda conflatus, ſemiperfectus, & ſi Græce vis, ἡμίτελὴς, eſt circuitus. Viceſimus ex tribus ſeptimanis conflatus, ἀκριβῶς τελέα περίοδος, id eſt, ſummè perfectus eſt circuitus, ſicut & quadrageſimus, ſexageſimus, octogeſimus, centeſimus, & centeſimus viceſimus, qui omnes ex viceſimo bis, ter, quater & ſæpius aucto, iteratóque fiũt. Hi ergo ſumme perfecti circuitus ſint, & quod horum ſinguli tres ſeptimanas expleant, eóque compoſiti ſint, & item quod non amplius egeant alio circuitu.

8 *Nam ſi ſeptimus ſeipſum ſemper augeret.* Si ſeptimus, inquit, in ſe duceretur, næ is decimumquartum, viceſimumprimum, viceſimumoctauum, & cæteros eius ordinis pareret. Nam bis ſeptem in quatuordecim, ter ſeptem in vigintiunũ, quater ſeptem in 28. quinquies ſeptem in 35. conſurgunt, & pari ratione in infinitum. Sic pari ratione 14. procrearet 18. 42. & reliquos circuitus medios vt 21. 25. 28. 32. vt euidenter cernere licet in ordine dierum à 18. ſurgentium.

Et ſi

Et ſi quaternarius etiam ipſe in ſe duceretur. Quaternarius in ſe ductus & bis,ter,quater auctus prædictos numeros parit, octauum dico 12.& 16.Nam bis quatuor,octo,ter 4.duodecim,quater 4.ſedecim pariunt,vnde emendandi veniunt codices Græci, qui ſic habent· Ἀλλὰ καὶ ἡ τετρὰς ἡ ἅπαξ εἰ τὴν σωμβεσιν αὐτῇ πρὸς ἑαυτὴν ἐποιεῖτο, τὴν ὀγδόην ἂν ἀπειργάσατο ἡ τ̄ ιβ̄. καὶ τὴν ῑ. ἰσχυρὰς κρισίμους. Nam & ἀπειργάσατο legendum eſt, & pro ῑ. reponendum ῑε̄. 9

At vero fortaſſe putet quiſpiam. τάχα δ' ἄν τι ἑβδόμας ἄντι δόξειεν, νομιδείη ἅπαν τελείαν περιοδον ὑπάρχειν, δόξειεν, νομιδείη. Altera ex his dictionibus idem ſignificantibus abundare videtur, & ex margine in contextum irrepſiſſe, vt ſic legendum videatur, τάχα δ' ἄν τι ἑβδόμας ἄντην δόξειέν τινι, &c. Dicit autem exiſtimaturum eſſe fortaſſe aliquem & ſibi perſuaſurum ſeptimanas primam & ſecũdam perfectos eſſe circuitus: quia ſcilicet vtranque ſeptenario claudi & terminari comperiat. Prima enim ſeptimo. Secũda decimoquarto (qui ex bis ſeptem fit) terminatur. Verum enim ſecundam ſeptimanam perfectum circuitum eſſe non poſſe ex eo oſtendit, quòd ea cum tertia copulata ſit, ita vt dimidiatus dies 14.ad ſecundam ſeptimanam dimidiata pars eiuſdem altera ad tertiã pertineat. Eſt enim 14.ſecundæ ſeptimanæ finis,& idem etiã initium tertiæ. quò fit vt ſecundũ hanc rationẽ, ſeptenarius bis tãtum, ſed nõ tertiò ſeſe multiplicare potuerit, ſiue vt Græcè loquitur, δὶς ἑαυτὴν πολυπλασιάζειν, τὸ τρίτον δ' οὐκ ἠδυνήθη. Nam etſi bis ſeptem quatuordecim pariũt, qui & ſecundam ſeptimanam claudunt, tamen quia iidem quatuordecim tertiam etiam itidem ſeptimanam incohant, vltra progredi non poſſis, nec ſimili analogia dicere, tertium ſeptenarium tertiam ſeptimanam claudere, cùm ter ſeptem in viceſimumprimum conſurgant. Tertiam verò ſeptimanam non viceſimoprimo ſed viceſimo claudi terminarique ex Hippocratis & Galeni doctrina iam ante oſtendimus: hac igitur ratione fit, vt ſecunda ſeptimana perfectus circuitus eſſe minime poſsit. Iam verò quod ad primam attinet, poſsit ea cuipiam τελέα περιοδος, id eſt, perfectus ideo videri circuitus, quòd à ſecunda diſiuncta ſit, & ſeptenario numero integro, nec diuiſo terminata. Imò & quòd nullo alio amplius egeat circuitu. Cùm ergo ſecunda ſeptimana propter cauſas prædictas perfectus circuitus nullo modo dici poſsit, pri- 10

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 373 sur 567

ma vero vtique posit: fit vt merito quis hîc hærere posit, ac dubitare, primámne perfectum circuitum existimare, an verò minime vt nec secundam, debeat. Sed vt omnis scrupulus & ambigua dubitatio tollatur, dicit primam septimanam primum & simplicem circuitum dici posse, at secundum, compositum & perfectũ (vt & tertia quę viceſimo clauditur) dici minime posse.

Sic enim ad decimumtertium, non ad 14. Si sic esset, inquit, quòd prima septimana cum secunda copulata esset, ita vt septimus & vltimus dies primæ septimanæ, idem esset & initium secundæ haud aliter ac secundæ finis, idem etiam est initium tertiæ, sane secundæ septimanæ terminus in decimumtertium, non autem in 14. recideret. Sed id ita esse dispositis hoc modo numeris facile intelliges.

1	2	3	4	Prima septimana.
4	5	6	7.	
7.	8	9	10	Secunda septimana.
10	11	12	13.	

Cæterùm codex vterque Græcus sub capitis finem malè sic scriptum habet, τὴν δ'ἐκ τῶ κα'. ἡμερῶν συγκειμένην, δευτέραν θ'ἅμα & σωίθετον τῆ τελέαν, legendum est enim, τὴν δ'ἐκ τῶ κ'. eo quo conuertimus sensu.

Capitis decimi Summa.

DIstributis diebus in periodos, iam considerationem ineundam censet, quísnam dierum de morbis acutis decernat. Quoniam autem Sophistæ, ex eo Hippocratis Aphorismo quo docet acutos diebus 14. iudicari, magnam contendendi & disputandi futiliter ansam arripuerant, aliis eorum tales iam morbos diuturnos appellantibus, & negantibus acutos in eum terminum posse prorogari, aliis contrà aientibus. Imò & in 17. & in 20. acutorum iudicationem prorogantibus, eos ipsos, Sophistas dico, omittendos esse monet Galen. docetque sine illorum nugis futilibus & inanibus altercationibus, imò sine vlla nominis acuti aut diuturni huic illi morbo impositione Crises futuras prę sentiri posse, præteritas examinari, & denique conueniente morbo victus ratione imperata magnum ægro præsidium adferri posse. Porrò verò eosdem etiam Sophistas ridet & reprehendit, quòd in acutorum diuturnorúmque distinctione plus satis immorãtes, tẽpus cum suum, tum

tum aduleſcentulorum conterant, quaſi duæ tantum ſint ac non plures morborum differentiæ.

CAPVT X.

AFFINIS ſanè quodammodo & hæc tractatio eſt huic conſiderationi, quiſnam ſcilicet horum dierum de morbis acutis decernat.[1] Cùm enim Hippocrates in Aphoriſmis acutos morbos diebus 14. iudicari dixiſſet, magnam inde nugandi & contendendi occaſionem Sophiſtæ arripuerunt.[2] Cum tamen ſine illis omnibus facile ſit & Criſes futuras præſentire, & iam factas præteritáſque examinare. Nam ſi die, verbi gratia, viceſimo morbum iudicatum iri præſentias, ac victus rationem ei morbo conuenientem inſtituas, magnum vtique ægro præſidium attuleris. Morbum vero ipſum acutum aut diuturnum vocare tibi erit integrum, cum ex ea appellatione nulla vel commoditas vel offenſio ad ipſum ægrum queat dimanare. Sed enim huic morbo liceat acuto vocari. Si omnia quæ ad ægrotantis victus rationem pertinent, ritè fuerint adminiſtrata, quid inde boni ve mali ve? iam contrà diuturnum, ſi placet, appella, vt ex hac quoque appellatione nihil quicquam vel iuuari ægrum vel offendi intelligas.[3] Quemadmodum igitur cum in multis alijs de nominibus contendentes Sophiſtæ addiſcentium tempus conterunt, ita & in acutorum diuturnorúmque diſtinctione.[4] Nam ſi verum fateri licet, non duæ tantum morborum differentiæ ſunt, ſed multo plures exiſtimandæ.[5] Siquidem quartana alia febris in tantum annorum numerum exceſſit, in quot alia diebus iudicata eſt. Itẽ alius quiſpiam morbus in multos mẽſes protractus eſt.[6] Ipſa igitur prima morborum differentia triplex eſt. Nam alij quidem diebus, alij menſibus, alij annis integris iudicantur. Iam verò particulatim iterum quod ad eos morbos attinet, qui in menſes protrahuntur, & excidunt, nihil ſimile eſt hunc morbum duorum menſium ſpatio, alium ſeptem, terminari. Simili ſanè ratione inter morbos qui vel dierum vel annorum numero

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 375 sur 567

ſoluuntur, permagna diſcriminis latitudo intercedit. Nam quid hic eſt ſimile, tertio aut viceſimo eſſe iudicatum? quid, inquam, viceſimo aut quadrageſimo? Sane ſi naturalem ipſorum morborum differentiam deprehendere volueris, quot profecto dierum decretoriorum circuitus ſunt, tot quoque morbos ſtatuere & tibi erit neceſſe. Itaque ſi alterius naturæ eſſe fingas (vt alterius re-vera eſt) eum morbum qui non poſsit primum quaternionem excedere, alterius eum qui ſeptimum non excedat, pari profectò ratione & vndecimi & decimiquarti, decimiſeptimi, & viceſimi omniúmque deinceps decretoriorum ſuum cuiuſque diei morbum exiſtimare par eſt.

1 *CVM enim Hippocrates in Aphoriſmis.* Is Aphoriſmus eſt 23. Commenta. 2. Ex eo autem loco Sophiſtæ altercandi inter ſe & diſceptandi occaſionem acceperunt, quod quanquam Hippocra. eo loco dicat, acutos diebus 14. iudicari, proximo tamen Aphoriſmo quaſi ſui oblitus dicit Spectandum rurſum eſſe 17. tacite innuẽs eum indicare quid viceſimo (cuius ille eſt index) futurum ſit, tacitè item innuens acutos in viceſimum poſſe recidere, quod etiam notat Galen. in caput 10. libro tertio Progno. vt in aſsignando acutorum limite ſibi non conſtare videatur Hippo. Sed de hoc pluribus proximis capitibus 10. & 11. dicemus.

2 *Cùm tamen ſine illis omnibus facile ſit.* Galen. lib. 3. Progn. cap. 6. diſputationes eas quæ parum ad artis opera, conferant ſpeculationes logicas vocat, qualis hæc fuerit quam de morbi appellatione mouent Sophiſtę, dum alius peruicaciter contendit hũc, verbi gratia morbũ qui 14. iudicetur acutũ, alius diuturnũ eſſe nominandũ. Vult ergo Gale. nos, re intellecta, in verborum vſu faciles eſſe, ac potius nos in id ſtudium incumbere, vt de morbi appellatione parum ſoliciti, diem quo morbus iudicari debeat, cognoſcere ſatagamus, vt hoc cognito pręuiſóque, & victus rationem idoneã præſcribamus, & hac via ſaluti ægrotantis conſulamus. Nam ſi quis præſentiat aut ſeptimo (verbi gratia) die aut viceſimo hunc illum morbum ſolutum iri, etiam ſi is definire non poſsit acutúsne ſimpliciter, an ex decidentia, an verò longus

longus ſit,nihilo tamen hic rudior artis fuerit,quæ vtilia remedia præſcribit,& rationẽ victus cõuenientem inſtituit.

Quemadmodum igitur cum in multis. His haud diſsimilia etiam 3
habet Galen.in cap.6. libri 3.Progno. Si quis audiat,inquit, primum quibus rationibus probabilibus diſsidentium vnuſquiſque nitatur,deinde expendat quiſnam eorũ melius peiúſve ſentiat,multum cõteret temporis, nec quicquàm in arte iuuabitur.

Nam ſi verum fateri licet. Εἰ γὰρ δεῖ τ'ἀληθῆ εἰπεῖν, ὀ δύο μό- 4
νας οἶδε καὶ νοσημάτων διαφορὰς, legendum Εἰ γὰρ δεῖ τ'ἀληθὲς, &c.Si verum fateri licet,inquit,non duæ tantum ſunt,ſed multo plures ſtatuendæ morborum differentiæ. Sane Medici plerique omnes doctrinæ clarioris gratia duas abs tempore morborum differentias ſumunt, dum alios acutos, alios diuturnos appellant,illud ὀξὺ νόσημα,hoc χρόνιον Græci dicunt.Sed re ipſa poſtea coacti vtranque rurſum differentiam ſubdiuidunt in alias,& ex acutis,hunc acutum ſimpliciter,illum ex decidentia,alium vero etiam peracutum vocant,prout ſcilicet citius tardius iudicatur. Ex acutis enim alij primo quaternario, alij ſecundo,alij tertio, nonnulli etiam 4.aut 5. iudicantur, ſicut & diuturnorum alij dierum,alij menſium,alij annorum numero ſoluuntur, vnde cogimur duplicem illam primariam morborum diuiſionem in alias differentias diducere.

Siquidem quartana alia febris. Quartana febris omnium con- 5
ſenſu, vt auctor eſt Gale.in cap.1.lib.2.Progno.in numero morborum longorum reponitur,ſoluitúrque non dierum,ſed periodorum numero, hæc citius, illa tardius pro temporis,regionis, rationis victus,ætatis & melancholiæ,ex qua ortum habet,conditione.Morbi enim alij ad alia tempora bene vel malè ſe habẽt. Et quædam ætates ad alia tempora, & loca & aliud victus genus.Aphor.3.Commenta.3. Sic Aeſtiuæ quartanæ Autumnalibus ſunt breuiores. Aphor.25. Commenta.2.Breuiores item in regione temperata, aut calida humida,quàm contrariis qualitatibus prædita.In ætate item conſiſtenti breuiores quàm in ſenili.Breuiores denique in ſucco melancholico tum primum incipiẽte putrere,et generato vel ex ſanguine vel ex pituita,quàm in eo qui ex fæce ſanguinis,aut ex bile flaua iam retorridis & peruſtis generatur. Hac ratione quartana quæ Petrum annos

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 377 sur 567

natum 35.Italum,ratione victus calida humida vtentem, pauco ſucco melancholico,ſed tũ primũ tamen incipiente putrere, abundantẽ,æſtate media Romæ corripuerit,ipſum ſeptimo aut vndecimo circuitu aut etiam ante relinquet. Quæ vero quartana Paulum annos natum 45.Germanum, victus ratione frigida ſicca vtentem,melancholico ſucco pridem putreſcẽte abundantem Autumno medio Vitembergæ corripuerit, ea ipſum non ante ſeptimum aut vndecimum menſem relinquet. Quæ verò quartana Thomam quinquagenarium, Anglum,ratione victus frigidiore ſicciorẽque quàm Paulus,vtentem & retorrida melancholia ex bile flaua aut craſſo & feculento ſanguine aduſtis abundantem in fine Autumni Londini corripuerit, ea ipſum eum non ante annos duos, tres, quatuor plures aut pauciores reliquerit. Sic vides quartanam in hoc citius, in illo tardius ſolui.

6 *Ipſa igitur morborum differentia triplex eſt.* Morborum, inquit, alij diebus, alij menſibus, alij annis iudicantur: vnde apparet iam morborum differẽtiam abs tẽpore ſuperatam trimembrem eſſe,non vt Sophiſtæ volunt, bimembrem tantum. Sanè quanquam trimembris hæc morborum diuiſio ab illa bimembri diſcrepare videtur, re ipſa tamen cum illa conuenit & in vnum idémque vtraque recidit. Nam qui morbi intra dies 20. iudicantur, acuti ſunt vel ſimpliciter vel ex decidentia,qui hunc terminum ſuperant,diuturni ſunt. Vtrorunque tamen permagna latitudo exiſtit. Nam in acutorum differentia, alij cito,alij citius, alij citiſsime. In diuturnorum alij tarde, alij tardius, alij tardiſsime ſoluuntur.

Capitis vndecimi Summa.

MOnet Sophiſtas vt omiſsis longis de morborum ſumpta abs tempore differentia altercationibus,ad ſe redeant, & optimam præſtantiſsimam diſciplinam ſectati vel compendiofius adoleſcẽtes, quorum ingenia fruſtra onerant,inſtruant, vel ipſimet quod è re ægrotorum magis futurum ſit faciant. Porrò optimam hanc tam docẽdi quàm diſcendi rationem eſſe cenſet, ſi quis omiſsis logicis quæſtionibus, vſum rei vel doceat alios, vel Hippocratis exemplo ſcrutetur & in curandis ægrotis exerceat. Neque enim Hippocrates tantum morborum differentias perſecutus eſt,ſed & ſingulis etiam ſuam victus rationem (in quo

(in quo omnis vtilitas consistit) prescripsit, & in ægrotis curandis exercuit. Quod si hunc morbum acutum esse, aut diuturnum intellexeris, nec vltra fueris progressus, nihil aut parum inde commodi referes. Sin præterquam quod id noris singulis etiam morborum differentiis suam victus rationem noris prescribere, tum deinde ad cognitionem actionem etiam adiunxeris, & Petrum peracuto verbi gratia morbo correptum & primò aut vt longiss. secundo quaternario iudicandum extremè tenuissimo victu cibaueris. Paulum acuto correptum & non ante 14. iudicandum paulò pleniore quàm Petrum. Thomam contrà acuto ex decidentia laborantem vtroque illo plenius, & ad portionem etiam itidē in diuturnis feceris, tum profectò ægrotos iuueris, artemque promoueris magis quàm si totos dies de morborum differentia fueris altercatus.

CAPVT XI.

SED[1] *enim doctrinæ gratia, præstat morbos communioribus membris, generalioribúsve terminis complecti, ne ipsorum numerus sit infinitior. At non ita tamen generalibus vt multum distantes inter se morbi, sibi inuicem subordinentur. Quare neque eos laudo qui duas vniuersas morborum species, neutram ipsarum deinde subdiuidentes, faciunt, vt neque etiam eos qui tot esse dicunt, quot dierum decretoriorum sunt circuitus. Quæ igitur optima præstantissimáque doctrina fuerit, & ad artis vsum maximè idonea? Si quis scilicet medicorum Sophistarum diligenter Medicinam facere conetur, relicto illo sublimi throno in quo magni cuiusdam regis instar sedens adolescentes futili oratione illectos detinet. Hunc satis scio ex ipsa rei obseruatione vsum esse percepturum & vtilitatem iri edoctum. Qua vtique ratione summè in omnibus admirandus Hippocrates ab ipsis euidentibus initium faciens sic aliquando scribit:*[2] *Vbi morbus peracutus est, statim extremos labores habet, & extremè tenuissimo victu vtendum est. Aliquando vero sic: Acuti morbi diebus quatuordecim iudicantur. Deinde rursum,*[3] *ipsi igitur insultus (ex acutissimis morbis) per quatuor aucti ad viginti perueniũt. Iterum postea, Spirandi facilitas maximam vim ad salutem habere existimanda est in omnibus*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 379 sur 567

morbis acutis, quibus febris copulatur, quique diebus quadraginta finiunt.[3] Quinetiã sexagesimi, octogesimi, centesimi & cẽtesimi vicesimi rursũ meminit, & his itẽ intermissis,[4] Aestatis morbos hyemes solui ait, hybernos æstate. Quin & sic etiam scribit,[5] Plurimi puerorum affectus diebus 40. finiunt, nonnulli septem mensibus, aliqui septem annis, nonnulli etiam ad pubertatem vsque perueniunt.[6] Hæ omnes cum ad disciplinam clariorem, tum ad ægrotorum quoque vtilitatem commoditatémque admodum vtiles sunt differentiæ. Est enim sua & alia vnicuique differentiæ rationis victus species accõmodanda, id verò imprimis intellexeris si eũdem ægrum per omnes has differentias ex hypothesi oratione effictum deduxeris.[7] Esto verò vt iuuenis quispiam validus morbo corripiatur, qui in primo quaternione iudicari debeat. Aphorismum potissimum illum in hoc iuuene reuocans in memoriam, vbi morbus peracutus est, extremos protinus labores habet, summéque tenuissimo victu vtendum est, neque alimenti quicquam huic, neque melicratum, neque quicquam aliud simile exhibeto. Imò etiam ab aquæ potu, quantum fieri poterit, abstinere iubeto.[8] Hunc ipsum rursum iuuenem, si septimo iudicandum finxeris, paululum quid de prædicta victus ratione immuta, & vel melicratum vel aliam quampiam eiusmodi, potionem naturæ morbi familiarem, vt Hippocrates docuit, propina. Deprehendes autem & hæc, nonnulla quidem ipsemet signis quibusdam, vtpote temperamento, consuetudine & ætate, nonnulla etiam ex ægroti interrogatione colligẽs,[9] an scilicet ventriculum validum habeat,[10] & qui longã inediam ferre possit, an verò qui promptè offendatur & soluatur facilé.[11] Nec verò minus hominis habitum contemplando ipse quoque quædam, ex ijs quæ ex libris de tẽperamentis didicisti, excogitabis, quædam etiam ex ægroto sciscitabere. Sunt enim quidam facilè transpirabiles, & qui ideo longam inediam non ferunt, licet validi viribus antè fuerint. Quòd si & interroganti tibi & coniecturã etiã vestiganti tale quid appareat,[12] & æger facilè sit transpirabilis, & cuius etiam stomachus facilè offendatur, ptisanæ cremorem

morem probè percolatum quotidie & modicè quidem exhibebis.
13 *Id rursum hic in memoriam reuocans quod ab Hippocrate dictum est. Sed & aliquid tum consuetudinis gratia, tum etiam ne magna fiat vasorum inanitio, ingerere oportet: ipso verò septimo instante, haud quaquam ægrum nutrire conuenit, sed ante vnum diem, vel etiam ante minus exhibendum est. Cæterùm & hæc quoque nos diligenter bonus ille Senex in Commentario de ratione victus acutorum edocuit. Sane si talem iuuenem tertio aut quarto die iudicatum iri speraueris, nullam stomachi malignitatem, aut habitus inanitionem suspectam habe. Quin si præter quàm quòd iuuenis sit, & validissimis viribus præditus, etiam se longam inediam ferre posse ipsemet fateatur, ac præter hæc ægrè transpirabilis tibi appareat, ac nullo etiam tali morbo corripiatur, qui vel oxymeli, vel mulsam requirat, næ is omnino ad septimum vsque diem à cibis abstinere potest. Quod si in tertium vel quartũ quaternionem Crisim illapsuram speraueris, iam talem ægrotũne amplius quidem licet in inedia aut solo potu continere. Quapropter vt nec rationis victus immutatio, ita nec morborum differentia res leuis & exigui momenti putanda est.*

SED enim doctrinæ gratia. Diuisionis legem hoc postu- 1
lare tradunt Dialectici, vt siue genus in formas, siue totum in partes, siue accidens in accidẽtia diuidimus, membraque diuidentia vocant, ad certum numerum paucitatémque, quoad eius fieri possit, reuocemus: sed ita tamen vt in diuisione nihil quicquam aut prætermittatur aut redundet. Quin tradunt etiam iidem Dialectici, membra diuidentia nec pauciora esse debere duobus, nec rursum tam multa, vt multitudo confusionem pariat. Siue ergo accidens in accidentia, siue genus in formas dituidimus, cum morbum in acutum aut diuturnum diuidimus, in pauca quidem & præcipua, sed quę tamen etiam subdiuidi debeant (nam aliâs aliquid prætermitteretur) partimur. Quia autem in fine præcedentis capitis dixit eum qui naturalem dierum differentiam deprehendere satageret, necesse habere tot morborum genera statuere, quot essent dierum decretoriorum circuitus, iam clarioris doctrinæ gratia

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 381 sur 567

omittendam esse monet multiplicem illam quæ ex multiplici dierum circuitu consurgeret, morborum differentiam, ne res in immensum crescat & in infinitum propagetur. Vt ergo eos non laudat Galenus, qui duas tantum morborum species faciebant, deinde ipsarum neutram subdiuidebant, ita eos improbat, qui tot esse dicebant, quot essent dierum decretoriorum circuitus, medium ergo tenendum præscribit, censetque morbum in duas primùm species à tempore desumptas diuidendum: deinde harum vtranque subdiuidendam. Sic ergo primùm diuidetur morbus: vt scilicet alius acutus dicatur, alius diuturnus. Item vt acutorum alij sint peracuti, alij acuti simpliciter, alij ex decidentia. Diuturnorum item alij plurium dierum, alij mensium, alij annorum numero soluantur. Nec verò sisterendum hic esse vult. Nam pauca admodum commoditas ex hac diuisione ad artem medicam, imò & ad ægrotos quoque dimanaret: sed vult singulis morborum differẽtiis suum victus genus præscribi: hoc enim præscripto plurimi ægroti à morte vindicantur, & conseruati pristinam sanitatem recuperant, qui artis Medicinæ finis est.

Vbi morbus peracutus est. Is est Aphor. 7. Commen. primi sicut qui sequitur est Aphor. 23. Commenta. 2.

2 *Ipsi igitur insultus.* Locus hic habetur lib. 3. Progno. cap. 4. de quo & antè cap. 6. huius Comment. diximus: qui sequitur locus habetur etiam lib. 1. Progno. cap. 10.

3 *Quinetiam sexagesimi.* Sexagesimi meminit Hippocra. cap. 4. lib. 3. & item cap. 10. lib. 2. Progno. de purulentis suppurationibus verba faciens. Octogesimi meminit lib. 1. Epide. in Cleonactidæ historia. Centesimi, libro tertio Epide. in historia Heropyti Abderitæ.

4 *Æstatis morbos hyeme solui ait.* In extremo fine lib. de natura huma. de quo mox cap. 7. lib. 3.

5 *Plurimi puerorum affectus.* Is Aphor. est 28. Commen. 3.

6 *Hæ omnes cum ad disciplinam clariorem.* Dicit Hippocratem eo consilio morborum omnes differentias locis omnibus supradictis

ctis percurriſſe, vt & clarius doceret,& ægrotorum valetudini hac ratione conſuleret. Nam ſi cuique morbi differentiæ ſua & conueniens victus ratio à Medico fuerit pręſcripta,& nihil peccatum fuerit,ſanitatem profectò facilius recuperare æger poterit,nec ita magnum vitæ diſcrimen ſubierit.

Eſto iuuenis quiſpiam validus. νεανίσκος δή τις ἰσχυρὸς ἑαλωκέτω νοσήμαλι. Non per aduerbium ἰσχυρῶς cum Aſulano, ſed per adiectiuum nomen ἰσχυρὸς, vt Baſilienſis codex habet,melior erit lectio,vt ſit, νεανίσκος δή τις ἰσχυρὸς ἑαλωκέτω νοσήμαλι. Sic enim cum ex ætate tum ex adiuncto nomine intelligi dabitur ægroti vires validas eſſe: eóque ipſum in quartum diem omnimodam inediam ferre poſſe. Nam ſi ob eam cauſam ægrotíve ſanive edimus,bibimúſq; vt vitalis facultas illæſa conſeruetur,meritò omnimodā inediā ei præcipias,qui per eius facultatis virtutem ad morbi vſque iudicationem,quam quarto die futuram ex hypotheſi ponit,ſufficere poſsit. Alimēti quippe indicatio ab ęgrotātis viribus deſumitur,quarū tantū gratia alere licet,non ipſius morbi cauſa,vt Commenta primo in Aphor. 9. Cæterum morbus primo quaternario iudicandus omnino peracutus eſt: talis autem ſtatim extremos labores habet,id eſt, ſtatim adultus viget:quod eſt(docente Galeno Comment. primo in Aphor. 7.) circiter primos quatuor dies. Cùm autē totum id quatuor dierum tempus exacerbatio ferè ſit & vigor,in vigore autem abſtinendum ſit,vt Aphor.11. Comment.primi,iure quis tali iuueni peracuto morbo laboranti inediam ad morbi vſque iudicationem imperet:& cum tandiu vel à melicrati ptiſanæque tantilla ſorbitione,imò verò etiam ab aquæ potu cohibebit. Sane melicratum mellis ratione exiguè admodum nutrit,humiditas quippe cibi eſt vehiculum & non cibus. Cùm ergo in propoſita hypoteſi ne exiguè quidem ægrotum nutrire conſilium ſit, conſultò idcirco melicratum nō exhibemus. Aquâ autē,quę tamen nullo pacto nutrit,eò interdicit Galen. quòd illa facultatem vitalem debilitare poſsit,quam tamē potius roborare ſit cōſilium. 7

Hunc ipſum rurſum iuuenem. Si ſeptimo,inquit,die eundē ægrotum iudicandum præuideris, aliquid de ſummè tenuiſsimo victu & præſcripta inedia immutandū tibi erit,& quippiam,quod modicè nutriat, exhibendum, vt vires paululum recreentur. 8

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 383 sur 567

Periculum enim eſſet,ne eæ tam longa inedia (ea enim ſummè debilitat)ita deiicerentur,vt ægrotus vitæ ſubiret periculum,atque ita Medicus infamiæ notam incurreret,qui alimenta negando neceſſe videretur. Cæterum ptiſana tota minimùm nutrit: hac minùs cremor eius : omnium minimùm ſolus potus : cuius generis ſunt melicratũ,oxymeli,aqua præbullita,hydroſaccharum, aqua hordei vulgò dicta : & ſi quæ ſunt eius generis aquæ potabiles. Pro vario ergo conſilio,pro varia moleſtantis morbi natura,ægri temperamento, conſuetudine & ætate modò hunc modò illum potum ex Hippocratis doctrina propinare ſolemus : vt,verbi gratia, ptiſanam,ſi & vires roborare, incidere & humectare,quæ expui oportet, conſilium eſt. Habet enim hæc vim tum alimenti,tum medicamenti. Melicratũ,ſi vires tantum roborare quamlibet modicè conſilium etiam eſt. Habet enim id cibi vim tantum, non medicamenti. Oxymeli ſi incidere & humectare tãtum volumus,non etiam alere. Habet enim Oxymeli ſolam vim medicamenti. Aquam verò propinare ſolemus, ſi ad temperamenti ſymmetriam ægrum reducere ſatagimus. Ea enim nullo modo nutrit, ſed tantum refrigerat, humectat, cóque medicamenti tantum vice conſtante virtute exhibetur, non antè tamen quàm coctionis morbi quamtumuis momentaneum ſignum apparuerit. Cæterum pro temperamento,conſuetudine & ętate hoc vel illud è prędictis imperabimus,vel cõtrà ab hoc illo abſtinebimus. Sic acutè febricitantibus,temperamento biliosis,ætate florentibus, tali potu non aſſuetis melicratũ non exhibebimus, præſertim meracius & mellitius, quòd is potus tales,vtpote picrocholos,lædat, melle promptè in bilem tranſeunte. Huc adde,quòd quæ non aſſueta ingeruntur, offendunt. Sic aquam ſolam, aut oxymeli, aut verò inediam iis non imperabimus, qui viribus ſunt imbecillis,exucci, & ſenes, qui denique talibus non ſunt aſſueti,etiam ſi ij acutè febricitent.

Neque alimenti quicquam huic. *μήτε τροφήν τινα ὅλως τούτῳ, μήτε μελικράτου ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν τινῶν*, &c. Sic Aſulanius. Sed Baſilien. rectius habet, *ἢ ἄλλο τι τινῶν.*

9 *An ſcilicet ventriculum validum habeat.* *στόμαχον ἰσχυρὸς*, id eſt, Ventriculus validus eſſe dicitur, cum pro natura ſua ſe habet, & ingeſta vndiquaque conſtrictoria vi complectitur, & ſi vis, cum

cum probè cibos conficit, ἀδύνατος ὢν, id est, imbecillus contrà dicitur, cùm assumpta vndiquaque complecti non valet, atque adeò cum malè cibos concoquit. Aliâs ventriculus etiam validus dicitur, id est, robustus & hebes, nec ita exacto sensu præditus, & qui, quà talis, agrè difficulterq; à cibo, potu, multo, pauco, calido, frigido, & inedia etiam offendatur, qualis est vẽtriculus agricolarũ, fossorum & cæterorũ id genus. Contrà verò imbecillus vẽtriculus dicitur, ὁ ἑτοίμως κακῶς πάσχων & ῥᾳδίως λυόμενος, qui promptè faciléque à suprà dictis offenditur. Talis ferè est vẽtriculus hominum vrbanorum, molliorum præsertim ac delicatiorum, & eorum quorum ventriculus sentit insigniter.

Qui longam inediam ferre possit. μακρὰς κενίας φέρειν δυνάμενος. Ἀσιτία (Latinis ieiunium) significat νηστείαν, id est, inediam, seu à cibo abstinentiam. Cibo autem abstinemus vel omnino vel magna ex parte, & vtroque modo vel voluntario, vel imperato. Et volentes quidem à cibo omnino se abstinent ij, quibus per morbos corporis aut animi fame se enecare consilium est, qualis is fuit cuius Galen. meminit lib. 1. de causis Sympto. cap. 7. Coacti verò omnino etiam à cibo se abstinent ij, qui quod edant omnino non habent, vt qui ignari viæ per inuia aberrant, aut qui ignorati, loco aliquo concluſi detinentur. Ex parte verò cibo se volentes ij abstinẽt, qui animi imperio, corporis seruitio vti volũt, genúmque ita fraudare, vt ne caro spiritui reluctetur, & sic liberiùs philosophẽtur. Ex parte verò coacti cibo se abstinẽt ij qui aliena quadra victitant, seu qui manu aliena cibum quidem, sed non quantum sufficit, ad iustam alimoniam sumunt: quo modo se mendici ij abstinere videntur, qui hostiatim victum quæritantes in summa annonæ caritate cibos quidem, sed non sufficientes ad vitam mendicant. Item obsessi, qui in annonæ penuria demensum quidem, sed non iustum, abs suo imperatore accipiunt. Nonnunquam verò etiam partim volentes, partim coacti abstinemus nos à cibo: vt cum in summa annonæ caritate id mensibus duobus aut pluribus consumimus, quod moderatè & frugaliter vno mense aut pauciore tempore in rerum summa copia insumere consueueramus: vel cùm cibo consueto & familiari carentes, ad esum rerum non consuetarum, conuertimur: à quibus abhorrentes, parcè vtimur: vt cum in rerum esculentarum summa penuria, equorum, murium, felium

carnibus, herbarum etiam non veſcis radicibus vti cogimur. Quoniam autem media diu citra appetentiam ferri non poteſt, fit vt ἀσιτίαι & ἀνορεξίαι pro vno eodémque capiantur, vnde ſcribit Galen. Commen. 1. in 1. Epide. ἀνορέκτους, id eſt, non appetentes & ἄσιτους, id eſt, à cibo abſtinentes eos à Græcis appellari qui cibos non ingerunt. Eos verò qui cibum auerſantur & faſtidiũt ἀποσίτους. Et Gale. Commen. 4. in Aphoriſ. 17 ἀποσιτίαν καὶ ἀνορεξίαν, cibi faſtidiũ vocat. Porrò verò illi ferũt νηστείαν μᾶλλον ἀσιτίας, id eſt, ieiunium ſeu mediam facilius, qui non appetunt, difficilius autem, qui appetunt. Commenta. 1. in Aphor. 13. Non appetunt autem ij, quorum ventriculus à venis non fugitur, nec penuriam ſentit. Appetũt contrà ij, quorum ventriculus mulgetur, & penuriam ſentit. Penuriam porrò non ſentit, cùm ab intemperie calida, vel ſola, vel cum bilioſo humore ſupernatante ipſius os angitur, roditur & ſubuertitur. Calor enim laxat & ſoluit: proinde vim ſuctionis diſsipat: adhæc humidum ſubſtantiam liquat, & vacua ſpatia replet. Appetunt cõtrà ij etiam quorum ventriculus ab acerbis acidíſque, vt ab atra bile, contrahitur & conſtringitur, vt lib. 5. de vſu partium. Ferunt quinetiam illi ieiunium facilius, quibus caloris natiui parum ineſt, quorũmodi ſenes ſunt, vt Aphoriſ. 13. & 14. commen. 1. Contrà qui anguſtas venas habẽt, eóque exigui ſanguinis ſunt, non longam mediam ferũt. Quibus latæ, eóque ſanguinis copia, hi citra noxam à cibo abſtinent: niſi tamen ſint bilioſi. nam bilioſi mediam ferre non poſſunt, vt lib. 9. Metho.

11 *Nec verò minùs etiam habitum hominis.* ἕξις, ſeu habitus, eſt corporis ipſius moles formatio & compages tam interna quàm externa, quæ temperamentum ſequitur tum naturale tum acquiſititium. Conſtitit autem habitus in obeſitate, gracilitate, mollitie, duritia, calore, frigore, & horum etiam mediocritate. Sic medio corporis habitu is eſſe dicitur, qui horum extremorum medius eſt, qui & εὐσαρκος, id eſt, quadratus, & εὐκρατος, id eſt, temperatus etiam dicitur: talis enim eſt quem nec gracilem nec obeſum, nec durum, nec mollem, nec item calidum, nec frigidum dicere poſsis, vt lib. 1. temper. is autem habitus εὐεξία, id eſt, bona habitudo dicitur, qualem plures agricolæ habent, humo fodienda, demetendíſque ſegetibus & aliis ruralibus laboribus exercitati. Hæc εὐεξία ſi modum excedat, & ad ſummum bonitatis

pertin

pertingat, iam non ſimpliciter εὐεξία, ſed ἡ ἐπ' ἄκρου εὐεξία, id eſt, immodica, ſeu athletica habitudo dicitur: quam periculoſam eſſe docet Hippocr. Aphoriſ. 3. Commenta. 1. Iam pari ratione ſi corpus ab illa bona habitudine recedat, adeóque macilentum euadat, vt de eo habitu queri liceat, is habitus κακεξία dicitur. Ergo τὰ ἕξιν ἐπισκοπῶν τ' ἀνθρώπου, id eſt, hominis habitū conſiderans, facilè iudicabis quæ cuique habitui victus ratio conueniat.

Et æger facilè ſit tranſpirabilis. καὶ ῥᾳδίως μὲν ὁ κάμνων διαφορεῖται. Διαφόρησις, id eſt, tranſpiratio, eſt aëris per totum corpus introitus & exitus, cap. 6. lib. 1. de differ. ſympt. Facilè vero tranſpirabiles εὐδιαφόρητοι Græcis dicti, ſunt ij qui raram natura corporis texturam habent, vt picrocholi & molles: qui tum euaporantur facilè, tum facilè in ſyncopam incurrunt. Ægrè tranſpirabiles, δυσδιαφόρητοι Græcis dicti, contrà ſunt ij qui habitu corporis ſunt duro, cute denſa, poris anguſtis, ſuccis craſsis & viſcoſis, ſpiritus foras exhalationem prohibentibus, præditi. Ad perſpiratum verò illi bene ſe habent, qui rari & denſi medij ſunt, quales ſunt temperati. 12

Sed aliquid tum conſuetudinis gratia. Is locus eſt apud Hippocr. lib. 1. de ratione victus acut. circa medium. Sed tantum, inquit, quantum & ob conſuetudinem, & ne vaſorum multa fiat depletio, ingerere conuenit. Eandem etiam ſententiam repetere videtur Aphor. 2. Commen. 1. Sic & vaſorum, inquit, depletio, ſi qualem fieri oporteat, fiat, conſert, & facilè ferunt. Sin minùs contra. Item & Aphoriſmo etiam 17. Comment. 1. Δοτέον δὲ ἁ, inquit, μὴ τῷ ἄρρι & τῇ χώρᾳ, μὴ τῇ ἡλικίᾳ καὶ τῷ ἔθει, &c. 13

Capitis duodecimi Summa.

QVia ſuperiori capite ſingulis morborum differentiis ſuam conuenire victus rationem declarauit, eámque ad ſanitatem recuperandam & ægrotos à morte vindicandos (in quo tota planè conſiſtit curandi ratio) plurimum valere docuit: iam hoc ipſo capite morbos tam acutos quàm diuturnos in differentias ab eorum motu & natura deſumptas ſubtilius eo conſilio partitur, vt ſingulis differentiis perſpectis & cognitis, Medicus ſuam cuique victus rationem norit præſcribere.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 387 sur 567

CAPVT XII.

VOCETVR[1] verò vtique morbus is qui ad ſeptimum vſque protenditur, peracutus: qui verò vlterius aliquanto procedit, ſimpliciter acutus. Sane ſi memores fuerimus eius differentiæ quæ in peracuto eſt (eſt enim exquiſitè peracutus is, qui ad quartum diem: non exquiſitè, verò, qui ad ſeptimum progreditur) eadem profectò ratione exquiſitè quidem acutum eum eſſe dicemus qui ad decimumquartum: non exquiſitè verò qui ad viceſimum protendetur. Acutus ſanequidem eſt & ipſe etiam.[2] At genus tamen morbi aliud, is qui cum hoc addito, acutus ex decidentia ad quadrageſimum vſque vocatur. Sic enim vocare ipſum præſtat: quòd ſcilicet acuto quopiam imperfecte intra viceſimum diem iudicato, & inde vehementia confracta & debilitata, quod relictum eſt intra quadrageſimum ſolui conſueuit. Sunt verò etiam nonnulli morbi qui ab ipſo ſtatim initio quaſi præpediti, cohibiti, tardéq; moti nulla ſubita interea mutatione facta, ad quadrageſimum producuntur. Duplex autem & horum quoque natura eſt. Aut enim acceſſionum remiſſiones in exactam integritatem deſinentes habent, aut continua ſemper febris perſeuerat.[3] Et hi quidem tales ad acutorum naturam videntur pertinere. Illi verò alij planè ſunt diuturni. Sanè eum ob multa alia iure laudandus eſt Archigenes, tum non minùs ex eo (vnde ſcilicet quis eius in artis medicæ tractatione ſtudium diligentiámque nouerit) quòd non ex ſola temporis breuitate, ſed & ex motu & natura morbi potius acutum aut peracutum morbum ſolet appellare.[4] Nam eum morbum qui ſegni lentóque motu & cum interuallis ad quadrageſimum vſque protenditur, nemo ſanæ mentis acutum natura appellauerit.[5] Quin ſi citius etiam quadrageſimo ceſſaret, ac talis eſſet, iam ſic etiam diuturnus eſſet. Alios verò quoſdam morbos idem ipſe breues vocat: haudæquum eſſe affirmans ipſos aut acutos, aut diuturnos vocari:[6] cuiuſmodi ſunt exiguæ hæ febres & periculo vacantes. Has enim

enim non esse diuturnas, & ab acutorum natura recessisse certum est & manifestum. Nam acutum eum esse aiunt, qui cum velocitate periculosus sit. Vides igitur nos hunc morbum acutum, illum minime esse vocaturos, licet vtriusque solutio eundem habeat præfinitum terminum,[7] haud aliter ac aliquando hunc acutum, illum diuturnum, ipso scilicet solo motu ipsos interstinguentes. Equidem complures noui ad quadragesimum vsque diem continua febre conflictatos. Eam scilicet ita nomino, quæ ad integritatẽ non desinit: quare quòd ciusmodi morbus diuturnus non esset, dicere poteram. At neque tamen acutum simpliciter ipsum vocare rationi erat consentaneum. Sed enim cum & ij qui ex decidentia acuti sunt, exactæ solutionis longissimum terminum habeant diem quadragesimum: nonnulli verò etiam cum febre continua semper ad hunc vsque diem protendantur, statuatur id tempus interdum quidem diuturnorum planè morborum intermissionem, vt antea dixi, habentium: interdum verò acutorum esse terminus. Hac vtique ratione Hippocrates in Prognostico hunc in modum dicebat:[8] Existimare autem oportet, quòd facilis spiratio in omnibus morbis acutis quibus febris copulatur, & qui quadraginta diebus iudicantur, magnum admodum ad salutem momentum habet. Non enim in acutis simpliciter, etsi potuisset, dixit: sed cum hoc additamento, & quadraginta diebus iudicantur, quòd scilicet acuti quidam sunt, qui vt integrè soluantur, in eum diem protendantur. Acuti igitur simpliciter vltra decimumquartum iniudicati non progrediantur. Qui vero in quadragesimum recidunt, hi ipsi interdum sunt, qui non perfectè intra decimumquartum sunt iudicati,[9] interdum verò hi, quorum paulò antè memini, qui non ita frequenter eueniunt.[10] Quinetiam & tertium illud genus tardorum planè morborum, qui acutis opponuntur, quadragesimum diem habent decretorium. Sed de his paulò pòst dicemus. Cæterum vniuersum prædictum genus acutum nominetur ex decidentia. Porrò demonstratum est nobis cum in alijs, tum præcipuè in tertio de dyspnœa, quod Hippocrates in opere Prognostico & de acutis simpliciter & adhæc

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 389 sur 567

©BIUM

etiam de ijs qui ex illis per decidentiã fiunt, pertractat. Cùm itaque[11] ad libri calcem generatim sententiam pronuntians dicat, Hæc autem dico de morbis acutis & de ijs qui ex illis fiunt: particulatim verò & de aqua intercutem hunc in modum, Aqua intercutem omnis, quæ ex acuto morbo fiat, mala est. Sic & cum de puruletis & phthisicis affectibus, & item de ijs qui ex abscessu in longum tempus excidunt, verba facit, aperte innuit se sui propositi non esse oblitum, verùm morbos, qui ex acutis fiunt, etsi diuturni sunt, percurrit. Huc spectant & illa, Reliquæ verò vomicæ magna ex parte rumpũtur, aliæ vicesimo, aliæ triceſimo, aliæ quadrageſimo, nonnullæ ad sexageſimum vsque perueniunt. Quin etiam & in dierum decretoriorum, qui in Prognostico recẽsentur, catalogo ad sexageſimum vsque diem iure processit. Nam quoniam non de acutis solùm, sed & de ijs etiam qui ex illis fiunt, sermo ipsi erat, non absurdè, credo, & inter ipsos decretorios & in tractatione de abscessium ruptura sexageſimi fecit mentionem. Hanc itaque docendi rationem qui non intelligunt, hic hærent, & nequicquam & frustra texunt quæstiunculas, controuersiásque mouent, hos locos pugnare existimantes cum prædicto Aphorismorum loco quo inquit: Morbi acuti intra dies quatuordecim iudicantur. Quasi ea oratione Hippocrates ipse non satis accuratè ostenderit acutorum ex decidentia naturam aliam esse ab eorum qui simpliciter acuti sunt, natura. At hoc ipsum contrà habet, ac illi putant. Nam nisi ipse acutorum naturam duplicem esse persuasum habuisset, aliam quidem acutorum simpliciter, aliam eorum qui acuti sunt ex decidentia, additamento sanè suam illam enuntiationem haudquaquam distinxisset. Verùm absolutè dixisset, Facilem verò spirationem in omnibus acutis morbis magnum ad salutem momentum habere existimare oportet. Nunc autem cùm huiusmodi dictionem simpliciter acutos demonstraturam sciret, neque tamen ita tantum vellet, sed & vnà cum his alios quoque complecti, iure merito addidit, primum quidem hoc, Quibus febris copulatur.[12] haud quaquam adscribens, continua: quòd simpliciter

pliciter acutorum erat proprium. Deinde etiam & hoc, quadraginta diebus iudicantur. Quasi alij quidam acuti sint, qui intra dies quadraginta non iudicantur. Vndequaque igitur morborum eorum natura, de quibus totus in Prognostico sermo est, Hippocrati ipsi distincta, apertéque demõstrata est. At interpretes apertè dicta obscura reddere conantur. Si quis igitur nominis appositione controuersiam dirimere conetur, & quæstionem quam nonnulli mouent, soluere satagat, nec is excusationem meretur, & venia dignus est. At enim id facient, qui ita scribent, Facilem spirationem in omnibus acutis morbis quibus febris copulatur, quique quadraginta diebus iudicantur, magnum ad salutem momentum habere, existimare oportet. [13] Quidam verò Hippocratis dictioni hæc verba, quibus febris copulatur, non adscribentes, ea subaudiri oportere aiunt, vt ea oratio ipsi duplicem habeat intellectum. Vnum quidem de acutis morbis, de quibus in Aphorismis tulit sententiam. Alterum de alijs, quibus febris copulatur, & diebus quadraginta iudicantur. [14] At verò arbitrari Hippocratem, ne in Aphorismis quidem decimumquartum diem decretorium esse iudicasse, sed & illic quatuordecim tantum numero in vniuersum dies decretorios esse censuisse. (Tot enim esse numero si quis à tertio qui primus omnium decernere natus est, ad quadragesimum vsque supputauerit, quidam arbitrantur) nec id haud parua reprehensione dignum est. Neque enim vt Medici hoc dicunt, neque vt qui numerare, sed ne ratiocinari quidem sciant. Nam si Medici essent, hoc primum intelligerent, [15] Nullum exquisitè acutum non iudicatum ad quadragesimum diem peruenire. Deinde ne quatuordecim quidem numero tantum dies decretorios ad quadragesimum vsque intercedere. In hoc autem ne vel numerare quidem ipsos scire quis iure dixerit. [16] Nam plures sunt quàm quatuordecim, cum ijs qui veritatem ipsam, tum ijs etiam qui, quod in artis operibus experientia euidẽs esse comprobatũ est considerant, vnà cum eo etiam quod ab Hippocrate Epid. 1. scriptis mandatum est. [17] Adscripsi verò antea dictionem illam in qua decretorios dies enumerat, quos vni-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 391 sur 567

uersos si quis in summam nouit colligere, plures quàm quatuordecim ad quadrageſimum vſque intercedere comperiet. Iam verò ſi quis ſolos eos dies qui tetrada, id eſt, quaternionem finiunt ſupputandum ſibi eſſe putauerit (forſan enim in hoc errare conuicti, eò uerũ deflectẽt) pauciores ſunt hi quàm quatuordecim.[18] *Quod verò ne ratiocinari quidem norunt, qui talia dicunt, ſic potiſſimum didiceris. Nam ſi in Prognoſtico quadrageſimum diem acutorum decretorium eſſe dixiſſet: deinde in Aphoriſmis quatuordecim totis diebus ipſos item iudicari intuliſſet: tunc nimirum tale quid, quale illi dicunt, cogitare liceret. Sed cùm & in Prognoſtico intra quadraginta dies ipſos acutos iudicari dicat, & in Aphoriſmis intra quatuordecim, ridiculum, credo, fuerit, eandem dictionem alibi aliter inaudire. His verò meliore conditione ſunt ij, non qui quærunt demonſtrare ſcripta illa inter ſe concordare, ſed qui alterius quidem viri Aphoriſmos eſſe, alterius opus Prognoſticum affirmant. Verùm hi ſcilicet ob ingentes animi ingenijque dotes ſtupendi ſunt. Cæterùm quod in huius diſciplinæ vtilitatẽ Hippocrates intuens, ſimpliciter quidem acutos ſemper dierum quatuordecim terminum rectè habere dixit, acutorum verò ex decidentia alios quadraginta, alios ſexaginta dierum terminum abundè eſt demonſtratum.*

1 *VOCETVR vtique morbus is peracutus.* Vt peracutum, ita & acutum duplicem facit Galenus. Vtrunque ſcilicet ſimpliciter talem & cum addito. Ac ſimpliciter quidem peracutũ vocat, eum qui ad ſeptimum vſque protenditur. Exquiſitè verò peracutũ, quẽ nonnulli peracutum etiam vocant, qui ad quartum tantum. Sic ſimpliciter acutum eum vocat, qui viceſimum: exquiſitè acutũ, qui decimum quartum terminum habet. Paulò tamen aliter ſcribit Galen. in cap. 6. & 10. lib. 3. Progno. Quin aliud etiam genus acutorum eſſe ait, quod appellatione ex integra oratione conſtante ὸ ἐκ μεταπτώσεως ὀξὺ νόσημα μεχρὶ ϕλ μ. id eſt, acutum ex decidentia intra 40. dies morbum nuncupari dicit. Cur autem ita dicatur, cum hîc tum etiam in Aphor. 23. Commen. 2. ratione reddit, vt pluribus hîc non ſit opus. Hoc iam monuiſſe ſatis erit Galenum in

in prædictum Apho. ſcribere eos morbos rectius & clarius acutos per prioris ſtatus in alium mutationem aut à ſua ſpetie degenerationem, quàm acutos ex decidentia nominari poſſe.

Genus morbi aliud. Codices Græci habent: γένος δ' ἄλλου νοσημάτων, legendum tamen γένος δ' ἄλλο νοσημάτων ὧν ἡ ἀρχὴ δέ, ἐκ μεταπτώσεως, &c. 2

Et hi quidem morbi ad acutorum naturam. Morbi inquit illi qui ſegni lentóque motu ad quadrageſimum vſque cum febre continua protenduntur, ad acutorum naturam. Qui vero tales eodem etiam prorogantur, ad integritatem tamen in paroxyſmorum declinationibus deſinentes, iam ad diuturnorum naturam pertinent. 3

Nam eum morbum qui ſegni lentóque motu. De morbi motu dicemus infrà cap. vltimo lib. 3. Tales autem morbos qui ſegni lentóque motu mouentur ad quadrageſimum vſque, Galenus hîc vocat νοσήματα κωλυόμενά τε καὶ βραδέως κινούμενα. & item ἀργῶς καὶ βραδέως ἕως τῶν τεσσαράκοντα ἐκτεινόμενα, quaſi cohibitos freno morbos, nec laxis habenis ad ſuum terminum properantes dicas. Vetus interpres eas nominat ægritudines incipientes à principio ſui motu graui, tardo valde. Sunt autem ij morbi ita acuti, vt longi tamẽ ſint, niſi fortaſſe hic pro κωλυόμενα μολυνόμενα legere malis, qua dictione in hunc fere ſenſum vtetur proximo capite decimo ſcilicet tertio huius. Sanè Galenus in cap. 10. lib. 3. Progno. Tria omnino morborum genera facit, in differentia quæ à tempore ſumitur. Vnum eorum qui diebus 14. iudicantur, quibus longi opponuntur. Ambigens vero & velut in confinio illorum duorum generum poſitum eſt genus tertium, cuius terminus, criticorũ dierum eſt dies quadrageſimus. 4

Quin ſi citius etiam quadrageſimo ceſſaret ac talis eſſet. καὶ γὰρ ἐὰν δᾶττον τῶν μ'. πάνυ δοκῇ, τοιόνδε ὑπάρχον, ἄδηλον χρόνιον ὄντα, legendum τοιοῦδε ὑπάρχον. Intelligitur enim νόσημα. Sicut & vbi paulò pòſt in Germanico codice legitur: ἀξιὸν γὰρ οὐ τοῦτ' εἶναι φύσιν ὃ ἧττον πάχεων κινδυνωδέστερον, legendum cum Aſulanio codice, ᾧ ἄν ἧττον πάχεων κιν. &c. & paulò antè Aſulanius male habet ἐκ ἄν τις ἓν φρονῶν ἔτι καλέσειεν ὀξὺν. φησὶ, ſcribendũ enim cum Germanico φύσει. 5

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 393 sur 567

©BIUM

6 *Cuiusmodi sunt exiguæ hæ febres.* οἱ μικροὶ τῆς ἀκινδύνου πυρετοὶ, id est, paruę & periculo vacãtes febres sunt eæ quæ mites sunt, nec admodum vires exoluunt, quas item natura facili negotio victura est, talis est Diaria vt Commenta. in Aphoris. 19. 2. & item cap. 13. lib. 3. huius Commentationis, & tertiana item intermittens, vt Aphoris. 43. Comment. 4. Synochus item non putris ex sanguine tantum immoderatius calfacto non etiam putrente, de hoc febrium genere sermo est Hippocrati cap. 2. lib. 3. Prog. cum scribit: Simplicissimæ febres ac signis firmatæ securissimis quarto die aut citius definunt.

7 *Haud aliter ac aliquando hunc acutum, illum diuturnum.* Esto vt duo viri vno eodémque die febre fuerint correpti: sed alter continua, alter intermittente quæ quotidie recurrat, vexetur. Deseruerit etiam vtrunque die 40. Sane is qui continua febre conflictabatur, acuto morbo prehensus fuisse (acutorum enim morborum febres omnino sunt continuæ.) qui intermittente, diuturno dicetur. Nec vero tamen acuto simpliciter ille dicitur fuisse prehensus, sed acuto ex decidentia, aut acuto, sed qui tamen longus esset & degener.

8 *Existimare autem oportet.* Is locus est apud Hippocra. lib. primi Progno. cap. 10. quod autem sequitur: Acutos simpliciter vltra 14. iniudicatos non posse progredi, id discas etiam ex Aphoris. 23. Commen. 2. quo loco Gale. docet morbi continuatum acumen plures 14. dies habere non posse.

9 *Interdum vero hi quorum paulò ante memini.* Eos dicit, qui ἐυθὺς ἐξ ἀρχῆς, id est, ab ipso statim initio tarde mouentur, & tamen febrem continuam ad quadragesimum vsque comitem habent, tales autem rarò accidere dicit.

10 *Quinetiam & tertium illud genus.* Quod scilicet tarde mouetur ad quadragesimum vsque cum febre intermittente. Hinc colliges duplices esse acutos ad 40. Vnum genus eorum qui ex acutorum imperfecte 14. aut vicesimo iudicatorum decidentia fiunt. Aliud eorum qui ab ipso statim initio tarde moti, cum febre tamen continua ad eum vsque terminum durant. Vtrunque vero genus, inquit, vocetur acutum ex decidentia. At tertium

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 394 sur 567

tium genus eorum qui ab initio etiam ad 40. tarde mouentur, cum febre intermittente, plane est diuturnum. Priora duo genera πρόπικοντα νοσήματα dicuntur, vt post cap. 8. lib. 3. Tertium genus χρόνιον ἢ χρόνιζον νόσημα ἄπαν πάθος dicitur, vt in Aphor. 4. Commen. 1. & in Aphor. 25. & 39. Commen. 2.

Ad libri calcem. Circa finem lib. 3. Progno. De aqua autem intercutem cap. 1. lib. 2. Progno. De purulentis & phthisicis cap. 10. eiusdem secundi Progno. Catalogum autem dierum reperias lib. 3. Progno. cap. 4. 11

Haud quaquam adscribens continua. Dictionem [continua] ideo non adscripsit Hippocrates ei orationi, quam περὶ εὐπνοίας, id est, de facili spiratione lib. 1. Progno. c. 10. habuit, quod non de acutis tantum simpliciter, ὧν οἱ πυρετοὶ τὰ πλείστα εἰσὶν συνεχεῖς, id est, quorum febres vt plurimum sunt continuæ, ipsi sermo erat, sed de acutis etiam iis qui & cum continua febre & cum intermittente etiam ad vsque quadragesimum producuntur. 12

Quidam verò Hippocratis dictioni. Quidam censent, inquit, hæc verba: Quibus febris copulatur & diebus quadraginta iudicantur, de nuper citato Hipocratis loco esse tollenda & expungenda, vt illius oratio tam ad acutos simpliciter (quos Aphorii. 23. Commen. 2. diebus 14. iudicari dixit) quam ad acutos etiam qui siue cum febre continua, siue cum intermittete ad dies 40. prorogantur, referri possit, & vtrosque pariter complecti. Quæ si tamen tollenda sunt, næ is, inquit, venia & excusatione dignus fuerit, qui dubitationis, quæ inde oritur, tollendæ gratia, ea ipsa adscripserit. 13

At verò arbitrari Hippocratem. Eadem etiam quæ hic habet Galen. Commen. 2. in Aphor. 23. his verbis: Hic autem vbi inter Aphorismos de morbis acutis absolute loquitur, eos intra 14. dies finiri ait, non me hercule his verbis id sibi volens quod putarunt nonnulli: quatuordecim scilicet numero dies esse qui in his morbis iudicationes faciant. Eadem enim ratione etiam dies qui morbos per degenerationem acutos nominatos iudicant, quadraginta esse dicere possemus. Eadem siquidem est in vtriusque loquendi forma, & hic scilicet cum ait: Morbos acu- 14

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 395 sur 567

tos intra dies 14.iudicari.Et in Progno.cum dicit·Qui acuti febrem habent, & intra dies 40. iudicantur. Et paucis interpositis·Neque enim,inquit,14. sunt ad quadragesimum vsque dies decretorij,sed cum extraordinariis, quos intercidentes vocant, plures,sine illis pauciores habentur. Et vero lib.1. Progno. caput 10.hæc etiam habet·At verò quicunque putant numerum dierum decretoriorum ab Hippocrate doceri cum ait·Morbos acutos intra 14.dies iudicari,adeò nesciunt ea quæ maxime eos scire oportet, vt dictiones quoque vetustissimi Medici nequaquam intelligant. Si enim ea oratio, Acuti morbi intra dies 14. iudicantur,declarat quis sit numerus dierum Criticorum, certè ea etiam oratio quæ dicit acutos intra 40. iudicari,numerum itidem declarat dierum decretoriorum.Hęc satis sunt ad huius loci explicationem.

15 *Nullum scilicet exquisitè acutum.* Et ratio & ipsa rei euidentia seu experientia docent, nullum morbum qui statim ab initio celeriter moueatur, vltra duas septimanas progredi posse. Ratio quidem,quia cum acutos morbos magnitudinem celeritati coniunctam habere intelligamus,vt in Aphor.19. Comment.1. & eam etiam vim magnã corpori inferre nõ ignoremus, statim ratiocinatione colligimus nullũ violentum esse posse perpetuũ, & nec morbi acumen vltra 14.diem posse prorogari. Experientia vero idipsum etiam ostendit ei qui ægrotis assidere, eósque obseruare paulo vult attentius.

16 *Nam plures sunt quàm quatuordecim.* Dies decretorij veri ad quadragesimũ vsque sunt hi, qui septimanas singulas terminãt, Cum autem sex sint tantum ad eum vsque diem septimanæ, vt ex præstructa dierum tabella deprehẽdere licet, fit vt sex etiam tantum veri sint ad eum vsque diem dies decretorij.Sunt autem hi 7.14.20.27.34.40.omnes sex· Indices sunt ij qui primos singularum hebdomadarũ quaterniones terminant,qui sex etiam numero sunt ad quadragesimum 4.11.17.24.31.37.Coniuncti ambo hi numeri ad duodecim tantum non ad 14.consurgunt. Sic pauciores sunt quàm 14.ad quadragesimum vsque dies decretorij, siue decretorios solos, siue cum indicibus vnà etiam coniunctos supputare volueris. Quod si vero etiam interciden tes cum prædictis & decretoriis & indicibus numeraueris,inque vnam summã collegeris,longe plures item quàm 14. esse comperies

peries decretorios dies ad quadrageſimum. Nam cum decem ſint ad eum diem intercidentes, Duodecim verò tam decretorij quàm indices, tota ea ſumma ad vigintiduo conſurget. Ex quibus apparet Hippocratem cum ſcribit acutos diebus 14. iudicari: non intelligere dies totidem decretorios ad quadrageſimum vſque intercidere. Intercidẽtes porrò ſunt quotquot præter indices & decretorios adſcriptos eſſe comperies ſupra cap. 3. lib. 1. in parium impariúmque ſerie. Sunt autem hi 3. 5. 6. 8. 9. 10. 13. 18. 21. 30. Omnes in ſumma decem, de quibus omnibus ex Hippocrate dixit ante Gale. cap. 6. huius 2.

Adſcripſi verò antea. Suprà cap. 6. huius ſecundi libri. Cæterum codices Græci ſic ſcriptũ habẽt, ἔμπροσθεν ὑπαρέγραψα τῆς λέξιν γὰρ ἓξ διὰ σκεπτέας τὰς κρισίμους ἡμέρας, ἅπασας, εἴ τις ἀριθμεῖν ἐπίσταται, &c. cum tamen legendum ſit ἃς ἅπασας εἴ τις, &c. vel, τὰς κρισίμους ἡμέρας ἅπασας, ἃς εἴ τις ἀριθμεῖν ἐπίσταται, &c. 17

Quod autem ne ratiocinari quidem. Ὅτι δ' οὐδ' ἀναγινώσκειν ἴσασιν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ὧδ' ἂν μάλιστα γνοίης. Vix, inquit, ratiocinari norunt qui putant Hippocratem numerum dierum decretoriorum in ſummam vnam complecti voluiſſe, cùm Aphoriſmo 23. Comment. 2 dixit, τὰ ὀξέα τῶν νοσημάτων γὰρ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρησι κρίνεται, id eſt, acutos morbos intra dies 14. iudicari. At aliud ſibi voluiſſe cum Progno. lib. 1. cap. 10. eadem dicendi formula ſcripſit, acutos γὰρ τεσσαρακονθ' ἡμέρησι κρίνεται, id eſt, intra quadraginta dies iudicari. Nam cùm vtrobique eadem dicendi forma ſit vſus, Hippocr. ridiculum ſane ſit & abſurdum eandem dictionem alibi aliter inaudire, & aliud atque aliud ex eadem oratione inferre. Quòd ſi verò diuerſa dicendi formula vſus, in Progno. quidem ſimpliciter dixiſſet τὰ μ. ἡμέραν τῶν ὀξέων κρίσιμον εἶναι, id eſt, diem 40. acutorum decretorium eſſe. In Aphoriſmis verò mutato dicendi modo, dixiſſet acutos γὰρ τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρησι τὰς πάσας κρίνεται, id eſt, intra dies omnes in ſumma 14. iudicari: tunc nimirum ex varia dicendi ratione & forma, liceret illis inferre, Hippocratem in Aphoriſ. intellexiſſe dies tantum 14. numero à tertio ad quadrageſimum vſque intercedere. In Progno. verò diem quadrageſimum acutorum decretorium poſuiſſe. Sic illi inferrent quod cogitant. 18

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 397 sur 567

©BIUM

Capitis decimitertij Summa.

RAtionem diuidendi optimam eam esse tradit, quæ formas generi alicui ita subiicit, vt nulla in diuisione forma neque prætermittatur, neque redundet. Exin proposita quæstione, dubium quoddam mouet, quo soluto, secundo tandem libro finem imponit.

CAPVT XIII.

SCIRE[1] autem operæpretium est in vniuersum de omnibus eiusmodi, quòd quæcunque ex quantitatis cuiusdam diuisione fiunt, ea soriticam ambiguitatem comitem habent.[2] Sic itaque diuidere conandum est, vt nec particulæ multum alioqui differentes, inter se cohæreant: quod accidere solet dum in pauca secatur tota quantitas: nec verò tam multæ rursum partes faciendæ sunt, vt disciplinæ vtilitas excidat. Tam bene igitur mihi quæ ab Hippocrate diuisa sunt, esse videntur diuisa, quam quæ optimè. Primum siquidem peracutos ad septimum vsque diem progredi demonstrat, de quibus, vt dixi, in Aphorismis scripsit. Oportere scilicet in ipsis extremè tenuem victum præscribere. Deinde postea in Commentario de victus ratione acutorum docet nonnullos in inedia omnino esse ad septimum vsque seruandos, tum verò & 14. acutorum simpliciter terminum posuit, hinc ad vicesimum vsque processit.[3] Rursum verò in altera morbi specie ad quadragesimum vsque. Itidem pariter etiam in altera vsque ad sexagesimum. Postremo tandem decretoriorum dierum supremum terminum centesimum & vicesimum fecit, quatuor scilicet mensium tempus. Deinceps alios morbos mensium decretoriorum numero, alios annorum solui commemorat. Atque hæc est quæ ex hac doctrina dimanat vtilitas.[4] Incidunt autem nonnullæ quæstiones logicæ, quæ examinandæ veniant, & disquisitionem requirant, qualis credo hæc fuerit. E morbis qui pro confesso apud omnes acuti habentur, nonnulli decimumquartum excedere deprehenduntur, qua ratione Diocles etiam non

non decimumquartum, sed ipsum vicesimumprimum terminũ ipsorum posuit, in eo quidem ipso peccans, quòd non vicesimum potius quàm vicesimumprimum ipsorum limitem constituit, non tamen omnino in eo errat, quòd decimumquartum excedat.[5] Scimus enim quosdam ex his qui acuto morbo laborarant, & decimoseptimo, & vicesimo etiam fuisse iudicatos, quemadmodũ profecto etiam apud ipsum Hippocr. in libris Epidemion comperire licet. Quomodo igitur si hæc ita habent, videntúrque acuti quidam morbi decimumquartum diẽ excedere, in Aphorismis hunc ipsum diem terminum ipsorum fecit? Promptum quidem & facile erat respondere,[6] rarum quidem hoc esse, aliud sæpe accidere consueuisse, esse verò cum Hippocrates id solum quod plerunque oculis vsurpauit, enuntiat, nulla habita ratione eius quod raro accidit. Verùm ea enuntiatio altiorem quendam habet intellectum, si quis eam diligenter & vt par est examinauerit. Nam qui morbi exquisitè acuti ad decimumseptimum aut etiam vicesimum exciderunt,[7] hi planè tanquam submersi lente tardéque moueri incœperunt, tum horum alij quidem in primo quaternario, alij in secundo exquisite acutorum motum accipientes, in decimumseptimum & in vicesimum etiam exciderunt, intra decimumquartum suum & hi quoque iudicati. Nam certum est eos morbos, qui in dierum quaternario vehementiam nancisci incœperunt, deinde decimoseptimo iudicati sunt, decimumquartum suum diem non excessisse. Nouit verò hoc cum Diocles ipse, tum alij propè veteres omnes. Phreneticos itaque à primo statim die non admodum fieri ait. Si quis igitur vel quinto, vel septimo morbi die Phrenetide corripiatur, ac tum postea vel decimoseptimo vel vicesimo iudicetur, hunc certum est intra suum decimumquartũ esse iudicatum. Quin hac vel maxime ratione diem etiam vicesimum, vt qui mediam naturam & ambigẽtem facultatem habeat, in dubium venire existimo, & quod scilicet frequenter quidem morbos post primos dies acutos factos, iudicet, & quod de iam antea iudicatis interdum superiudicet. Nullus enim ex his, qui à primo die acuti sunt, in hunc diem illabitur, qui non antea fuerit iudicatus. Quòd si

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 399 sur 567

©BIUM

is etiam dies morbum diſcuſſerit integrè, qui imperfectè in aliquo ſuperiorum fuerit iudicatus, ne id quidem impedit quominus decimusquartus acutorum morborum finis & terminus exiſtat.[8] *Qui vero morbi ab initio ſubmerſi lentique apparent, & poſt ad quadrageſimum vſque tales perſeuerantes deintegro intenduntur, hos merito quis diuturnos appellauerit, quemadmodum & de his qui cum acuti manifeſto eſſent, ſed in aliquo eorum qui viceſimum antecedũt nõ fidè iudicati, poſt interm iſerint. Dein redierint, tum rurſus acuti facti quadrageſimo iterum iudicati ſint, dubitauerit quiſpiam abſoluténe acuti, an acuti ex decidentia, imò verò magis an diuturni nominandi veniãt. Certè in ambiguis obſcuríſque firmum ratúmque pronuntiatum quærere non oportet. Nam pro rerum natura & conditione firmas ratáſque aut contra, enuntiationes fieri neceſſe eſt. At vbi rerum natura & conditio prorſus ſimplex eſt, hic manifeſtam & ſimplicẽ enuntiationem fieri par eſt. Sane poſtquam Hippocrates in ipſis Aphoriſmis decimumquartum diẽ acutorum terminum fecit, ſtatim etiam decimiſeptimi meminit his verbis: Contemplabilis rurſus eſt decimuſſeptimus. Hic enim quartus eſt à decimoquarto. Septimus ab vndecimo. Latenter etiam hic innuit viceſimum diem ſecundum quendam terminum acutorũ eſſe. Sed quoniam hic liber in ſufficientem molem creuiſſe videtur, præſenti tractationi finem imponam. Quod verò de dierum decretoriorum cognitione reliquum eſt, id totum ſequenti Commentario tractabitur.*

1 *SCIRE autem operæpretium eſt.* Apud Ariſtotelem in organo ἡ ποσότης καὶ τὸ πόσον, id eſt, quantitas ſeu quantum ſecundum inter predicamenta locum tenet. Inter accidentia vero primum. Quãtitatis autem proprium cum ſit in ea quæ inſunt diuidi, fit vt ſi permiſtè genera rerum cum partibus implicentur, nec in omnes ſeu formas ſeu partes genus aut totum explicetur, in Soriticam ambiguitatem ſeu in acerum ambiguitatum quæ aliæ ex aliis naſcantur, incidamus. Incidemus autem (vt exemplo è re quam tractamus deſumpto, Soriticam ambiguitatẽ declaremus) ſi duo tantum tẽpora morbis

bis præſcribentes & aut acutos aut diuturnos nominantes, acutorum quidem decimumquartum, Diuturnorum verò centeſimumviceſimum terminũ ſtatuerimus, nec vltra diuidẽdo perrexerimus. Sed cum deinde ad vtrũuis terminum paulum quid additum eſſe, aut de vtrouis imminutũ viderimus, & ex acutis verbi gratia, alios quarto, alios 7.17.20. aut vero etiam 40. iudicari. E diuturnis verò itẽ alios citius centeſimoviceſimo, alios eo ipſo tardius, tunc hic hærentes neſcimus quódnam nomen ei imponamus, qui citius 14. die, vt 4. vel 7. vel ſerius illo vt 17. 20. aut 40. Sicut neq; etiam quódnã nomẽ ei imponamus qui citius centeſimoviceſimo, vt verbi gratia 60. 70. 80. vel multo ſerius illo, vt mẽſibus 7. anno vno, altero aut pluribus fuerit iudicatus. Ne ergo decimumquartum acutorum terminum ſtatuentes, & centeſimumviceſimum diuturnorum, in ambiguitatũ aceruum incidamus, re ipſa cogimur ſingula ſuperioris diuiſionis mẽbra rurſum ſubdiuidere, & peracutos ſimpliciter illos vocare qui ſeptimo, peracutos exquiſitè, qui quarto. Sic acutos ſimpliciter qui 17. aut 20. Acutos exquiſitè, qui 14. Acutos degeneres ſeu ex decidentia qui 40. iudicentur. Sic è diuturnis alios dierũ, alios menſium, alios annorum numero iudicatos dicimus, vtranque ſcilicet morbi ſpeciem in tantas partes, in quãtas neceſſe eſt, ſubdiuidentes. porrò autem Galenus locorum affectorum lib. 1. Soritem rationem ex minutatim coaceruatis contextam vocat: cuius meminit etiam cap. 11. li. 2. de differen. febrium, quanquam Leonicenus & Laurentianus illorum librorum poſt veterẽ primi interpretes σωκρᾶτικὸν legere, ſed falſo tamen, maluerunt. Cicero lib. de diuinatione 2. Quomodo autem, inquit, mẽtientem quem ψευδόμενον vocãt, diſſoluas? aut quemadmodum Soriti reſiſtas? quem ſi neceſſe eſt Latino verbo liceat acerualem appellare. Sed nihil opus eſt. Vt enim ipſa philoſophia & multa verba Græcorum, ſic Sorites ſatis Latino ſermone tritus eſt. Et Academ. quæſtionũ 2. Soritas vocat vitioſum & captioſum interrogãdi genus: & poſt alia multa, eius exẽplũ dat. Sic enim, inquit, aſcẽditis? Si tale viſum obiectũ eſt adeò dormienti vt probabile ſit, cur nõ etiã vt valde veriſimile? Cur deinde vt nõ difficiliter à vero internoſcatur? Deinde vt ne internoſcatur quidẽ? poſtremò vt nihil inter hoc & illud interſit. & paulò pòſt: Vitioſi ſunt Soritę. Frangite igitur eos ſi poteſtis ne moleſti ſint. Erunt enim niſi ea ueatis. & quæ ſequuntur. Neque verò ſemper Sorites ex interro

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 401 sur 567

gationibus consurgit,sed aliquãdo etiam recta oratione procedit. In eo tamen argumentandi genere aceruus vocum vt effectuum,causarum,generum,formarum sibi cohærere debet,alioqui nõ valet Sorites.Huius exemplum habes apud Ciceronem tertio de nat,deo.his verbis:Præterea si quid est quod nec voluptatem sentiat nec dolorem, id animal esse nõ potest.Sin autem quod animal est,id illa necesse est sentiat,& quod ea sentiat,non potest esse æternũ:& omne animal sentit. Nullum igitur animal est æternum. De Sorite etiam antè diximus in caput 3.lib.

1 *Sic itaque diuidere conandum est.* De diuisionis lege diximus etiã paulò ante in initio adnotationum in caput 11. huius secundi libri. Cæterum particulæ multũ differentes inter se cohærerent, si morbum in acutum tãtum & diuturnum diuideremus. Deinde neutrum membrum subdiuideremus. Nam ita peracutum cum acuto,& acutum simpliciter cum acuto exquisitè, aut etiã acuto ex decidentia cõfunderemus,& sub diuturno centum viginti dierum,diuturnos pauciorum vt quadraginta 60.70.& 80,plurium etiam,vt diuturnos mẽsium 7.aut annorum vnius aut plurium comprehenderemus,cum tamen partes illæ multũ alioqui inter se distẽt, pluribus vero antea diximus de peracutis,acutis, & diuturnis,ac simul ostendimus cum ex Aphorismis,tũ ex lib. de ratio. victus acutorum,quibus inedia,quibus tenuis, quibus item extremè tenuis victus conueniret.

3 Ἄνθις ϗ καθ' ἑκάτερον εἶδος νόσου ἀχρὶ σή μ'. Legendum est εἴδεος νόσου cum Germanico codice,gignendi casu non accusandi, vt Asulanius codex habet.

4 *Nonnullæ quæstiones logicæ.* λογικαὶ ζητήσεις,id est, quæstiones logicas Galenus hic vocat eas quæ Medicis opponantur. Medicæ porrò sunt,quæ vel ad sanitatem conseruandam,vel ad morbos profligandos spectant.Logicæ vero quæcunque vsum transeendunt,qualis sit rerum natura secundum propriam essentiam indagantes,vt c.1.li.3.loco.affec.Cæterũ quæstionibus illis logicis satisfacit Gale.adeo clare vt res interpretatione non egeat.

5 *Scimus enim quosdam ex his qui acuto morbo laborarant.* Herophõ ordine tertius Epide.1.die 17 iudicatus est. Philini vxor ibidem quarta,vicesimo obiit.Cherion ordine secundus tertio Epid. vicesimo prorsus iudicatus est. Febre omnes acuta correpti.

Rarum

Rarum quidem hoc esse. Σπάνιον μὲν οὖν τοῦτο. Vt scilicet acuti 14. 6
diem excedãt· πλὴν σπάνιος ὁ δεύτερος ἀποβαίνων ἀεί. At alterũ sæpe accidere consueuisse, vt scilicet acuti decimoquarto iudicentur.

Hi planè tanquam submersi. πάντως ἄρξανθ' οὗτοι καθάπερ ὑπο- 7
βρύχια βραδείως τε ὑπὸ οἴου μεμολυσμένου κινεῖσθαι. De hoc genere morborum meminit etiam Gale. Commen. 2 In Aphor. 23. quo loco post alia multa sic infit· Adeo vt nonnulli primis diebus tardi & parui, circa quartũ aut quintũ diem citatiores & vehementiores facti 17. die sint terminati. Alij ad sextum aut septimum sumpto acumine cessarint vicesimo, vnde manifestum fit, morbi continuatum acumen plures 14. dies habere non posse: vult ergo Gale solutionis eorum morborum supputationem iniri non ab eo die quo æger decubuerit & febre correptus fuerit, sed ab eo quo citatiores & vehementiores morbi fieri cœperint, vnde eos semper intra suũ 14. iudicari infert, quod Phrenetidis exemplo docet: quam quia nõ statim primis ægritudinis diebus occurrere vel auctore Diocle scimus, si eam quarto verbi gratia, aut septimo die ab initio morbi incœpisse & vel decimoseptimo vel vicesimo desiisse ponamus, etiam sic quidem ipsam intra suum 14. iudicatam esse comperiemus. Inita scilicet supputatione aut à quarto die aut à septimo. Nam à quarto ad decimũseptimum dies quatuordecim, à septimo ad vicesimum totidem esse numerando disces, vt putẽ codices Græcos emendandos esse, qui hanc lectionẽ habẽt· Εἰ τοίνυν τις ἀρξάμενος φρενιτίζοι ἢ τετάρτου ἢ ἑβδόμου ἢ ἑβδόμου καὶ δεκάτου ἢ εἰκοστοῦ κριθείη, πρόδηλον ὡς ἐντὸς τῶν ἑπτακαιδεκατέων κριθήσεται. Sic enim legendum putem· Εἰ τοίνυν τις ἀρξάμενος φρενιτίζοι ἢ τετάρτου ἢ ἑβδόμου καὶ ἐνδεκάτου ἢ εἰκοστοῦ κριθείη, &c. vt sit· Si quis igitur vel quarto, vel septimo morbi die phrenetide corripiatur, ac tũ &c. eo scilicet sensu, quẽ in nostra conuersione expressimus. Hãc lectionẽ vetus interpres videtur esse secutus, qui sic hunc locum vertit· Nam si incipit in homine phrenesis in quarto ægritudinis suæ, deinde aduenit ei Crisis in 17. aut incipit cũ eo die 7. & aduenit ei Crisis in vicesimo, tunc manifestũ est quòd Crisis non aduenit ei, nisi in die 14. Et quatuor fere lineis ante hunc locum, pro ὀξέων ὀξέως legendum putem, vt legatur· πάσχει τὰ μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τριάδι· τὰ δ' ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν νῦν ἀκριβῶς ὀξέων ἀπολαμβάνοντα κίνησιν, εἰς τὴν ιζ. τὴν κ. ὀξέπτωσιν· ἐντὸς δὲ τῆς ιδ. τῶν τοιοῦτα δὲ ἑαυτῶν κρι-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 403 sur 567

θέντα. Quòd autem immediatè sequitur, τὰ γὰρ ἐν τῇ τετράδι τῶν ἡμερῶν ἀπαρξάμενα ἡ ὀξύτητος, ἐπὶ δ' ἐπτακαιδεκάταίαν κριθέντα, &c. vel supplenda vel addenda est dictio πρώτη, vt sic legas, τὰ γὰρ ἐν τῇ τετράδι τῶν ἡμερῶν πρώτῃ ἀπαρξάμενα ἡ ὀξύτητος, &c. vt de iis morbis loquatur, non qui ab ipso statim initio, sed qui quarto tũ primum die phrenetidem coniunctam habeant, sub primo tamen quaternario, & secundum posis intelligere, quo secũdo dico, si quis phrenetide corripiatur, & vicesimo eadem ipsa liberetur, decimoquarto etiam iudicatus esse dicatur. Sanè adolescens ille in Melibea qui 16. est lib. 3. Epid. decimo die delirare modice incœpit, Decimoquarto valde, vicesimo multo plus, vicesimoquarto obiit, quòd est intra decimumquartum suum. Inita scilicet supputatione à decimo die quo incœpit delirare. Phrenetica tamẽ ab initio fuit Dealcis vxor, quæ ibidem quindecima ordine est Superuenire autem Phrenetidem febribus ardentibus de se ipso testatur Gale. lib. 4. loco affec. cap. 1. ipse quoque obseruaui Lazotam Gorletam nostratem, mulierem annos decem & octo natam, ad primam imi nostræ ciuitatis oppidi Marchandi portam habitantem, die Veneris hora secunda post mediam nõctem (cuius dico noctis quæ inter diem Iouis & diem Veneris media intercedit) Augusti 14. anni æstuosissimi millesimi quingentesimi quinquagesimi sexti ardẽtissima febre correptã, decimaseptima eiusdem mensis, id est, quarto ab initio die, in phrenetidem vehementissimam incidisse, tum vicesimaseptima eiusdem mensis, id est, vndecimo ex quo delirare cœperat, die (hoc autem est intra suum 14.) prorsus fuisse liberatam, cum tamen septimo ab initio morbi die, quarto autem à phrenetide, eadem hora qua febricitare incœperat, biliosa vomuisset, eadem etiam aliquot horis pòst, deiecisset, & in multam diem large sudauisset.

8 *Qui vero ab initio morbi submersi lentique apparent.* Sic Græci codices habẽt· ὅσοι δὲ ἤδη ἐκ τῆς ἀρχῆς ὑποβρύχια τε καὶ μολυνόμενα φανεῖεν, καὶ μετὰ ταύτην ἕως ἡ μ'. τοιαῦτα μένοντα, πάλιν ἐπισταθῶ, ταῦτα χρόνια δικαίως ἂν τις ἐνομάσειεν. Hic rursum Galenus νοσήματα ὑποβρύχια & μολυνόμενα dicit, quæ paulò antè hoc ipso capite ὑποβρύχια βραδέως τε καὶ δι' ὀλίγου μεμολυσμένως κινεῖσθαι ἀρξάμενα dixit. Vetus interpres ęgritudines sepultas in profundo corporis graues tardas transtulit.

Finis libri secundi de diebus decretoriis, Ioanne Lalamantio Heduo interprete & enarratore.

CLAV

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER TERTIVS,

Ioanne Lalamantio Heduo interprete & enarratore.

Capitis primi Summa.

POstquam ſuperioribus duobus Commentariis Galenus dierum differentias ad artem neceſſarias & experientia etiam comprobatas explicauit, iam hoc tertio ratione (ſunt autem experientia & ratio inſtrumenta duo quibus fides fieri ſolet) eoruin ipſorum cauſas ſe indagaturum recipit, & diſquiſituru, cur fiat, vt non omnes dies eadem vi decernendi dotati ſint. Ac primum quidem experientia teſtatum eſſe comprobatúmque dicit, non omnes dies de morbis decernere: ſed circuitus ſeptimanos primum validiſsima virtute eſſe præditos. Secundo poſt hos loco quaternarios. Tum poſt hos etiam intercidentes. Rationem verò cur id fiat, ſuperioribus corporibus, quibus hæc inferiora reguntur & diſpenſantur, refert acceptam.

CAPVT I.

AT VERO *in huius hæc gratiam conſcripta ſunt, cui cauſas expendiſſe ſatius eſſe videatur, propter quas fiat, vt ne ſingulis diebus morbi iudicentur.* Ac *primum ſanè inuentionis dierum Decretoriorũ principia, qualia ſuperiore libro tradita ſunt, pro confeſsis habere & admittere conuenit. Sunt autem hæc genere duplicia. Horum alterum genus experientia, alterum ratione nititur. Et experientia quidem planè teſtatum comprobatúmque eſt, non omnes pariter dies de morbis decernere, ſed circuitus ſeptimanos validiſsima vir-*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 405 sur 567

©BIUM

tute esse præditos. Secundo post hos loco quaternarios, quosdam verò etiam extra hos coincidere. Item neque omnes septimanas à se inuicem separari, sed ipsarum aliquas etiam coniungi: adhæc neque omnes quaternarios seperari, sed horum aliquos disiungi, aliquos etiam coniungi. Præterea etiam Crises vt plurimum contingere in acutis quidem morbis imparibus diebus, in diuturnis, paribus. Sanè inquam hæc omnia[3] de quibus etiam antè dictum est, experientia abundè satis testata comprobatáque sunt.[4] Nobis verò horum omnium causas ratione indagantibus, duo principia quæ sunt omnium etiam eorum quæ fiunt prima statui oportere videbantur. Vnum inordinatum, quod scilicet ex hac inferiore materia ortum habet. Alterum ordini imitens, & certa via & ratione semper progrediens, quod originem cælestibus refert acceptã. Omnia siquidem hæc inferiora ab illis vim accipiunt, & certis ordine modóque gubernantur. Iam ergo per hæc duo principia, per ea dico quæ & experientia cognita deprehensáque sunt, & per ea etiam quæ ratio docuit, omnium eorum quæ ad dies Decretorios pertinẽt causas vestigare tentandum est, dicendi hinc facto initio.

1 Τί δὲ καὶ τῆς αἰτίας ἐπιστῆσαι κάλλιον ἐν δέκα μὲν ἃς ἐκ τῆς ἀπειρίας αἱ νόσοι κρίνουσι τοῦτο καὶ πάνυ σύνηθες. Tertius inquit, hic liber in illorum scribetur gratiam, qui causas, quibus fiat, vt non omnes dies æquè de morbis decernant, scrutari & disquirere duxerint præstantius, quàm in illorum ipsorum differentiis per experientiam vestigandis tempus & operam insumere. Hoc quidem ad praxim seu actionem, illud ad θεωρίαν, id est, speculationem, seu cognitionem refertur. Porrò qui sequitur locus suspectus mihi est, nec satis videtur emendatus. Habet autem hunc in modum: Δεῖ δὲ ἐστὶν αὖ [ἀρχὴ δὲ πλόνου] πρῶτ γένεσθαι, τοῦτο μὲν τῆς πείρας φανερῶς μαρτυρούσας· τοῦτε μὴ πᾶσαν ἡμέραν ὁμοίως εἶναι κρίσιμον· ἰσχυρότατην δὲ δύναμιν ὑπάρχειν ταῖς κατ' ἑβδομάδα πουιόδοις, & fere totus in finem capitis locus, cui qua ratione mederi possit, iam non satis video. Sensum tamen, vtcunque potui, & quibus potui verbis expressi.

Ac prima

Ac primum sanè inuentionis dictum criticorum. χρὴ μὲν τοι καὶ τὰς ἀρχὰς τῆς εὑρέσεως τῶν κριτικῶν ἡμερῶν αὐτῶν ὁμολογεῖσθαι, καίτοι καὶ ταύτης τοῦ πάνυ τούτου χρήματος λέληθεν. In disciplinis αἱ ἀρχαὶ, id est, principia ea dicuntur, quæ per se non per alia fidem habent. quod igitur ad præsentem tractationem attinet, Galenus hæc effata, Experientiæ credendum est. Rationi credendum est, pro principijs sibi dari postulat, eáque in hac disciplina admitti, & pro confessis haberi vult prius, quàm quid certi de diebus Decretorijs statui cognoscíque possit. 2

Hæc omnia de quibus antè dictum est. De experientia dictum est antè cùm alibi passim, tum verò maximè cap. 3 lib. 2. 3

Nobis verò horum omnium causas ratione indagantibus. Græca sic habent: ἡμῖν δὲ λόγῳ δ' ἐξιχνεύσασιν ἡμῖν τὰς τούτων αἰτίας, ἐφαίνετο μὲν ἀρχὰς βέβαιος κρίνειν τὰς πρώτας ἑπτάδας τῶν γινομένων. Ἅπασαι μὲν, τῇ εἰς τὸ φύσεως ὕλης ὁρμωμένῃ, ᾗ τάξει δέ τινι καὶ κόσμῳ πεφύκασιν ἀεὶ τῇ εἰς τὴν καθ' ἑαυτὴν. Rimantibus, inquit, nobis & causas ratione vestigantibus propter quas fiat, vt non omnes dies eandem in decernendo vim habeant: sed circuitus septimani validissima sint virtute prædicti: his minore quaternarij, quibus item cedant intercidentes, duplices hæ esse & è duobus pendere principijs, seu à duplici materia deprehenduntur. Prima causa est ἡ ἀρχὴ ἄτακτος, καὶ ἀόριστος, id est, principium, causa seu materia confusa & inordinata, quam Macrobius lib. 1. Somnij Scip. syluestrem tumultum vocat. Altera est ἡ μὲν τάξει τινὶ καὶ κόσμῳ πρέπουσα, καὶ ὡρισμένη, id est, principium, causa seu materia ordini inhærens. Nam tria hæc τὴν ἀρχὴν dico, τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν ὕλην, id est principium, causam & materiam vna eadem significatione vsurpo, cùm ea etiam inter se conuertantur, vt omne principium & causa sit & materia, & omnis itidem causa, materia & principium. Nec verò cùm id dico, de primo principio, aut de prima illa materia loquor, ex qua & in qua sunt omnia, quæ principium passiuum rerum naturalium est, subiectum ex quo corpus naturale generatur primũ, & in quod corrumpitur vltimum, quæ individua est simplex ortus & interitus expers, informis, semper vniusmodi suique similis, cuiuslibet formæ naturalis appetens, imaginatione tantùm non sensu vllo perceptibilis, quæ hyle, id est, sylua per metaphorã dicitur, 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 407 sur 567

©BIUM

quòd ſcilicet ex ea rebus naturalibus tã copioſa materia, quàm ex ſylua operi inteſtino fabricando ſuppeditetur. Non de e inquam materia mihi hîc ſermo eſt, ſed de ſecunda materia aut ſecundo principio ὑποκειμένου propriè dicto, quæ materia eſt flexibilis, mutabilis diuidua, compoſita formæ, particeps, ſenſibilis, res corporea & naturalis, ortui & internecioni obnoxia, qualis ſcilicet eſt materia elementorum & eorum quæ ex iis cõcreta ſunt, nimirum eorum quæ concauo cæli Lunæ continentur. Cùm ergo & omnia ea quæ ſunt, & ea etiam ex quibus cuncta conſtant, mutabilia ſint, nihil mirum eſt, nullum corpus non poſſe eſſe mutabile. Vult ergo Gale. ἄτακτον ἤτοι ἄκοσμον, id eſt, inordinatum omne & confuſum, id eſt, mutabilitatem omnem, flexibilitatem, internecionem, corruptionem, ſenium, morbos, & ſi quo alio nomine placet appellare, ἐκ τῆ φύσεως ὕλης (vt ipſe hic loquitur) id eſt, à materia terreſtri ab elementis ſcilicet, & ijs quæ ex his fiunt, manare & proficiſci, quod & antè dictum eſt, cap. 2. lib. 2. Ordinem verò & conſtantiam, τὴ τάξιν dico, καὶ κόσμον, à materia cæleſti, id eſt, à cælo: & vt hic dicit, ἐκ τῆ κατ' οὐρανὸν, cuius cæli dico materia, vt longè eſt ab illa indiuidua prima & ſimplici aliena, ita ab hac etiam inferiori diuidua & compoſita diuerſa, & quæ non abſurdè dici poſsit media quodammodo eſſe inter hanc & illam. Imò vtriuſque etiam naturæ eſſe particeps. Nam quâ ſimplex eſt cæli materia, quâ indiuidua in alia ſpecie, quâ ex elementis non compoſita, quâ ſui ſemper ſimilis, & vt ortus, ita & interitus expers, vt nonnullis placuit, eatenus cum prima materia conſpirare: quâ verò eadem ipſa formę particeps eſt, ſenſibilis, corporata, ortui & interitui obnoxia, vt & ſacræ literæ docent, & auctor eſt Plato in Timæo, eatenus cum ſecunda materia conuenire intelligi queat. Vtrunque autem ſit, cùm cælum omnium corporum ſit multò nobiliſsimũ, pulcherrimum, præſtantiſsimum, optimum, ex perfectis perfectiſsimum, ex abſolutis abſolutiſsimum, & quod diſſolui nullo modo poſsit, niſi ab eo abs quo ſit colligatus. Cùm ipſum, inquam, æterni ſit alicuius æternum ſimulachrum, intelligens, ſapiens, animans, ratione vtens vt cenſent Platonici. Cùm etiam Solis (qui cæli pars purior eſt) calor ſit corporeus, purus, perlucidus, vitalis, ſalutaris, omnia conſeruans, alens, augens, ſuſtinens & ſenſu afficiens. Cuius etiam candor & lumen immenſo mundo longè latéque colluceat, & vim etiam rebus his caducis

affert

afflet & aſpiret. Sint præterea motus eius tam ij qui admirabili celeritate volubilitateque incitati in orbem 24. horarum ſpatio circũaguntur, quàm ij qui per ſigniferi obliquitatem ab ipſo fiunt, rati & conſtantes. Cùm denique cælum ipſum & eius pars purior Sol (cuius nomine reliqua etiam omnia aſtra complector) ab illo ſuo ſummo opifice, architecto, rectore & moderatore, necnon & ab iis quibus regitur mentibus & ſpiritibus vim præſtantiſsimam etiam & perfectiſsimam recipiat, nihil itidem mirum eſt hæc inferiora ab illo omnium perfectiſsimo corpore vim accipere, & ab illo certis ordine & modo, quãtum non noxia corpora tardant, gubernari. Nec enim mundus hic inferior ſupernis conuerſionibus Ariſtoteli alia ratione continuus factus eſſe creditus eſt, quàm vt ab eo vim reciperet, id eſt, quàm vt vis illa cæleſtis per totum mundum inferiorem, & vel ad abditiſsimos vſque terræ receſſus penetraret. Ad cuius rei confirmationem id pro magno argumento fuerit, quòd cælum nullo ſemine multas producit tum animantes tum plantas: cùm tamen ſemen nihil quicquam ſine cælo generare queat, vt ſemen gignendis rebus materiam duntaxat paret & ſuppeditet. Cælum in materiam apparatam formam & perfectionem immittat, & calore, candore, motu, & ſpiritibus vitam rebus impertiat, vnde hominem & Solem, hominem leonem & Solem, leonem plantam & Solem, plantam generare phyſicè dicere ſolemus. Et Ariſto. de generatione animalium cap. 2. In vniuerſo, inquit, naturam terræ quaſi fœminam matrémque ſtatuunt. Cælum & Solem & reliqua eiuſdem generis nomine genitoris patríſque appellant. Certè Macrob. li. 1. Sõnij auctor eſt, Platonicos quoſdam mundum in duo diuidere, quorum alterum facit, alterum patitur. Et illud facere dixerunt, quod cùm ſit immutabile, alteri cauſam & neceſsitatẽ permutationis imponit. Hoc pati, quod per mutationes variatur. Et immutabilem quidem mundi partem à ſphæra quę Aplanes dicitur, vſque ad globi Lunaris exordium. Mutabilem verò à Luna ad terras vſque dixerunt. à Luna enim deorſum natura incipit caducorũ. Huc pertinere videtur quod Io. Picus Mirãdula lib. 3. aduerſus Aſtrolo. cap. 6. ſcribit, Calorem ſcilicet cæleſtem natura ſua eſſe ſalutarem, almum, vitalem & fœcundum, ſed tamen interdum ſuſcipientis imbecillitate, quoties ſcilicet in ſublunari mole recipitur, fieri noxiũ, & à ſua actione & perfectione degenerare. Ex quibus omnibus

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 409 sur 567

©BIUM

facilè licet intelligere materiam cæli & materiam hanc terrestrem, quam Gale. hoc loco τὴν γηΐνην ὕλην vocat, omnium eorũ quæ fiunt primas esse causas. Sed illam ordinem quendam & cõstantiam rebus inferioribus, quantum harum natura patitur, causari. Hanc verò inordinationem, confusionem, & labefactationem, senectutem & morbos afferre. Omnis enim coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur & frangitur, & ad morbos senectutemque impellitur. Sic ὡρισμένας εἶσι καὶ τεταγμένας τῆς φύσεως αἱ κινήσεις, ὅταν ἐυρωστῇ τε καὶ κρατῇ τῆς ὕλης, καὶ τοῖς οἰκείοις λόγοις ἐνεργῇ, ἀόριστοι δὲ καὶ ἄτακτοι καὶ ὅλως ἄγνωστοι κρατηθεῖσαι. id est: Definiti sunt (inquit Gal. lib. 3. Crisecon cap. 10.) & ordinati motus naturæ enim valida fuerit, & naturæ dominatur, & suis modulis nullo casu interturbata operatur & agit. Indeterminati verò, atque inordinati, eóque etiam incogniti quando succumbit.

Capitis secundi Summa.

DIerum Decretoriorum causas altius vestigans, eas ad Solem primùm, deinde & ad Lunam etiam hoc vel illo modo affectam refert. Ab iis verò eas idcirco dependere docet, quòd corpora cælestia vires suas in hæc inferiora transmittant.

CAPVT II.

SVPERIORVM[1] *sanè quidem astrorum omnium vim experimur, & eorundem efficiẽtia fruimur:*[2] *sed qui hæc inferiora ratis ordinibus moderatur, immutabilique constantia gubernat, rector omnium moderatórque existens Sol ipse est. Nam Veris, Aestatis, Autumni, Hyemis auctor non extat alius.*[3] *Non alius tam manifestam vel ex hac terrestri fæce gignendi, animalia procreandique, vel efficiendi vt ea quæ oriuntur è terra maturitatem assequantur, vel ad coitum & generis propagationem animantia solicitandi vim habet. Magnæ verò sunt etiam Lunæ in hæc inferiora vires & effectus varij: sed qui tamen Solis effectibus cedant & secundis teneãt. Verùm enim mensibus illa semper præest, vt apertè in animantibus ac potissimum*

mum marinis deprehendere licet: sed profectò hoc ipsum quod habet, à Sole habet. Tenuissimum enim lumen facit proximus accessus eius ad Solem. Tanta autem eius portio semper conspicua illustratáque est, quantam Sol aspicit. Prorsus autem deficit, lucísque expers & tenebrosa redditur, vbi opposita Soli interpositu interiectúque terræ opacatur, & repente deficit. Quapropter tum cum Sole congrediens, tum digrediens varias lucis mutationes habet. Etenim longissimus eius ab Sole digressus (diametram Græci sic affectam Lunam dicunt) eam facit pleniss imam. Recessus eius ab Sole per tetragonum (sic etiam affecta τετράγωνος dicitur) ἡμίσεως, id est, semiplenam, seu æquali portione diuisam: per media tetragonorum vltimorum (dum scilicet τρίγωνος est, & ἀμφίκυρτος Græcis dicitur) gibbosam seu turgidam facit. Recessus verò eius à Sole per tetragonorum primorum media (dum scilicet ἑξάγωνος est, & μηνοειδὴς dicitur (corniculatam, seu falcatam facit. Eadem tum primùm noua est, cùm post congressum Solis è radijs Solaribus emergit. Opacatur autem omnino cum illius radijs obnoxia, circũillustrata nulli conspicitur. [4] Ipsa igitur ijs quæ oriuntur è terra, dat incrementum, animantia saginat, menstrua statotempore mulieribus curiosè solicitat, morbo comitiali laborantium circuitibus insidiatur, pro ratione scilicet progressus eius ad Solem, vel recessus eius à Sole. Sanequidem omnia quæcunque illa efficere nata est, tum obscura sunt, cùm μηνοειδὴς, id est, corniculata est, falcísque habet imaginem. Omnia contrà valida, cùm ipsa pleno orbe lucet: quare eo tempore frugum incrementum & maturitatem accelerat. [5] Demortua quinetiam corpora putrefacit, somnóque sopitos sub eius radijs, vel etiam aliter diutius immoratos decolores & capite grauatos reddit. Vt igitur Luna ad res omnes Solis eget auxilio: ita Sol ad nullam rem magnam, neque alterius cuiusquam astri, sed ne ipsius quidem Lunæ opem desiderat. [6] A nullo enim impediri potest quo minus Aestatẽ faciat, cùm in vertice nostro cõsiterit, aut quo minus frigus adducat, si humilis & demissus terrísque vicinus circũferatur, aut verò quo minus etiã Acqui-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 411 sur 567

noctium vtrunque constituat, si modicè obliquus feratur.

1 SVperiorum sanequidem. Πάντων μὲν τῶν ἀνωθεν ἄστρων ἀπολαύομεν τὴν δύναμιν. Ἀλλ' ὁ μάλιστα κατωθεν τὰ πρὸς τὴν γῆν καὶ ἐνθμίζων καὶ διακρίνων ὁ ἥλιος ἐστίν, &c. Non solùm Macrobius lib. 1. Somnij Scipi. auctor est ἀστέρα καὶ ἄστρον hoc differre, quòd ἀστὴρ vna stella sit, Ἄστρον signum stellis coactum, quod nos sydus vocamus. Sed & Galenus etiã Comment. 1. in libr. 1. Epide. in ipso statim initio, ait Græcos vt plurimum vocare id quod ex multis stellis constet, ἄστρον: vt vel Taurum totum, vel aliquam eius partem, vt Succulas & Vergilias. Esse tamen etiam, ait, cùm interdum singulos ἀστέρας, id est, singulas stellas, astrum appellent. Et non tamen contrà, id scilicet quod ex multis constet, ἀστέρα, id est, stellam appellare, sed astrum tantùm. Vnam verò quãlibet stellam, non ἀστέρα solum, vt dixi, inquit, sed etiam astrum, vt Arcturum, Caniculam, Luciferum, Hesperum. Sanè Etymologici auctor ἀπὸ τοῦ ἵστημι στέρα καὶ ἀστέρα deduci ait, & ἀστέρα quasi ὁ μὴ ἱστάμενον dici, παρὰ τὸ ἄστατον ἔχειν δρόμον. id est, asterem, quasi minime stet, sed quod vagum & errantem cursum habeat, à verbo sto deduci. Et κυρίως ἐπὶ τῶν πλανητῶν, inquit, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπλανῶν λέγεται. proprie de planetis dici. Abusiuè de fixis seu immobilibus. Vtcunque autem sit, superiorum certè omnium corporum cæli dico, & stellarum tam fixarum quàm errantium (quæ sui orbis partes esse densiores, & Ciceroni 2. de Natura deo. ex nobilissima purissimáque ætheris parte gigni dicũtur) omnia quæ sunt vim efficientiãmque sentiunt, experiuntur & recipiũt, tam per eos quibus corpora cælestia regũtur, spiritus, quàm per ipsorum etiam corporũ motum, lumẽ & calorem siue is ipsis insit, & huc per eorũ radios dimanet, siue in his inferioribus per incitatissimos illos orbium motus, & radiorum reflexionem causetur. Huc adde quòd omnia quæ sunt, totius mundi partes sunt. Est enim totum hoc vniuersum, quem mundum & cælum dicimus, vnum veluti corpus multis partibus continuis integratum. Cuius corporis cælum (id nomen iam ea significatione vsurpo, quâ Aristoteli libro primo de cælo capit. 9. dicitur corpoream molem extremo & inferiori cælo Lunæ, & supremo item primæ sphæræ contentam significare) pars est purissima, & vt cui nihil desit, quæque omnes dimensiones habeat

habeat, ex perfectis perfectiſsima, abs qua initium motus eſt, & vis in hæc ſublunaria tanquam in ſua membra dimanat. Haud aliter quàm ex capite vis animalis & ſentiẽs in omnes & extremas etiam corporis partes deriuatur & profluit. Neque verò vim illam primario cælitus huc demitti velim intelligi. Ea quippe ab effectore, architecto & molitore rerum omniũ Deo opti. max. ad ipſum cælum primùm, deinde ab ipſo tandem tanquam inſtrumento in hæc inferiora tranſmittitur, non quòd inſtrumento quidem ille egeat, ſed quia ſic melius fore ratus eſt præſtantiſsimus ille mundi architectus & artifex. Et huc pertinere videatur quod Moyſes primo capite Originũ ſcribit principio deum creauiſſe cælum & terram. Nam per cælum, agentem cauſam, per terram, materiam Moyſem intellexiſſe auctor eſt Ioan. Picus Mirandula ca. 2. expoſitionis primę Heptapli. Sed nec hoc etiam myſterio carere credendum eſt, quod apud Moyſem, in opere diei quarti Deus iuſsit vt exiſterent luminaria, quę & in ſigna & tempora & dies & annos eſſent, & in cælo lucẽtia terras colluſtrarent. Itaque Deum duo luminaria magna creauiſſe & cælo collocata inſeruiſſe, maius ad diei, minus ad noctis moderationem, & ad lucem etiam & tenebras diſcernendas. Ex quibus verbis licet intelligere, Deum ſimul cum dicto duo luminaria magna creauiſſe, quæ in ſigna eſſent, quæ ſuis curſibus tempora metirentur, & adhæc quæ largo lumine terras complendo vim ſuam pariter in hæc inferiora præſide & moderatore ſpiritu diuino, quem creatis illis Deus impertiuit, transfunderent. qua ratione motus Anaxagoras dixit νοῦς ἐστὶν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος. Mens, inquit, eſt quæ omnia regit, & omnium cauſa eſt. In ſigna autem nobis duo illa luminaria ſunt, vt id obiter de meo ſenſu interpreter, vel quia diuinitatis nobis præbent argumentum (nam doctore Paulo, per viſibilia huius mundi in inuiſibilium cognitionem deuenimus) vel quia cùm expletis curſibus ſuis eodem redierunt, annum, mẽſem, diem abſolutum & perfectum eſſe nobis ſignificant. Scio tamen Auguſtinum ea poſita eſſe in ſigna dicere, non qualia Aſtrologi, ſed qualia nautæ & agricolæ obſeruent, cuius generis ſunt quæ Virgilius lib. 1 Georgicôn deſcribit, cum canit:

Si verò ſolem ad rapidum lunáſque ſequentes
Reſpicies, nunquam te craſtina fallet
Hora, neque inſidijs noctu capiere ſerenæ. & quæ ſequuntur.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 413 sur 567

©BIUM

Melanchthon in Heſiodum poſita eſſe in ſigna Solem & Lunam dicit, id eſt, diuerſitatem temporum efficere, vt aliâs æſtus ſit maior, aliâs frigus actius, aliâs maior ſiccitas, aliâs vt vuidus magis ſit aër. Ad propoſitum redeo, dicóq; eos paulò altius vim ſuperiorum in hæc inferiora diſquirere & ſcrutari, qui tres mundos conſtituentes, primum eum faciunt qui ſupremus eſt, & ſuperçeleſtis, vbi optima, eximia & præſtantiſsima natura, quam Deum nuncupamus, cum beatis mẽtibus ſempiterno æuo fruitur. Secundum & medium eum qui firmamento à domiciliis noſtris altiſsimo & omnia cingente cælo, & orbe Lunæ omnium poſtremo & infimo ſuis velut terminis concluditur. Tertium infimum hunc & ſublunarem. Ac primum quidem mundum optimum, ſapientiſsimum, infinitum, lucis plenum, inaſpectabilem, ab omni concretione mortali alienũ, vix cogitatione comprehenſibilem, ad quem nulla vis poſsit pertingere, nulli nec ortui nec interitui obnoxium eſſe dicunt. Tertium & infimũ contrà, ab optimo illo primo & ſapientiſsimo mirum quantum deficere aiunt, finitũ quippe eſſe, tenebrarũ plenum, aſpectabilem, ex corruptioni obnoxiis elementis conflatum, ſenſu comprehẽſibilem, vtpote corporatum, victum, caducum, & mortalem. Medium autem ſeu çeleſtem vtriuſque mediam naturam ſortiri volunt. Et ſane permultis hic medius haud aliter ac ſuperçeleſtis ille optimus, ſapiẽtiſsimus, infinitus, lucis plenus, nulli nec violentiæ nec ortui aut interitui obnoxius, vt Plinio lib. 2. ca. 1. eſſe creditur. Aliis non item, ſed finitus eſſe, luce & tenebris temperatus, aſpectabilis & corporatus, non ex elemẽtis quidem, ſed ſua tamen materia concretus & ſi ortui interituique obnoxius, quandiutiſsimè tamen & quandiu ſummo architecto & rerum molitori Deo viſum fuerit, talis permanſurus. Et ſecũdum quidem à primo immediatè. Tertium à ſecundo cui contiguus eſt, regi & gubernari volunt: vnde pro conſtantiſsimo eſſe ponunt, Nihil omnium hîc eſſe, in quod vis ea çeleſtis non ſeſe inſinuet, nihil omnino quamlibet vile & abiectum, quod çelitus tranſmiſſam trãsfusámque vim pro ſuo modulo non recipiat & ſentiat: vnde fit vt nos omnes ſuperiorum omnium aſtrorum vim efficientiámque ſentiamus & illorum facultate virtutéq; fruamur.

2 *Sed qui inferiora hæc.* Solem Cicero de natura deorũ 2. dictum eſſe ait, vel quia ſolus ex omnibus ſyderibus tantus ſit, vel quia cum

eum ſit exortus, obſcuratis omnibus ſolus luceat: in quam ſententiam deſcendit etiam Macrob. in lib. 1. Somnij, quo loco cauſas reddit, cur ibi Cicero ipſum ducem, principem, moderatorem reliquorum luminum, mẽtem etiam mundi & temperationem vocet. Quin & Plinius li. 2. cap. 6. Solem ſyderum ipſorum cæliq́ue rectorem, mundi totius animum ac planius mentem appellat. Hunc principale naturæ regimen credere decet, inquit, opera eius æſtimantes, &c. Sanè Solis in hæc inferiora tam varij multiplicéſque ſunt effectus, tot tantęq́ue virtutes, vt is non modo Deus creditus ſit & habitus, ſed & virtutes eius ſingulæ diis etiam nomina dederint. Aq primum quòd Deus ſit habitus, indicant hi ipſi tanquam Deo attributi maieſtatis & diuinitatis tituli. Etenim παντοκράτωρ, παγγενέτωρ, κόσμου πνεῦμα, δυνάμις, φῶς, νοῦς, id eſt, omnipotens, omnium rerum effector & pater, Mundi ſpiritus, vis, lux & mens dictus & appellatus eſt. Quæ nomina ſi per ſimilitudinem quandam analogiam aut participationem ipſi attributa ſunt, abuſiue certé. Sin re-vera & quaſi Deus non eſſet alius, licentioſe profectò nimis, ne dicam impiè ipſi ei conceſſa ſunt illa & attributa nomina. Vnus quippe Deus omnipotens eſt. Vnus omnium quæ ſunt, quæq́ue videntur principeps & origo. Mens, luminũ lumen & ſpiritus omnia viuificans, vim ſuam primũ in hũc aſpectabilem Solem & cęleſtia alia corpora, deinde per illa tanquam inſtrumenta in hæc inferiora demittens, & omnibus communicans. Cuius tanti numinis Sol hic aſpectabilis & cęleſtis illius imago tantũ eſt & ſimulachrum (vt & Iamblicus & Dionyſius cenſent) mirum etiam quantũ ab illo diſtans, qui non Sol ſimpliciter, ſed Sol iuſtitiæ, Sol æternus, Sol vix mente & cogitatione nedum oculo comprehenſibilis paſsim in ſacris literis eſſe dicitur. Quin & poëtæ qui eum quaſi Deum inuocauerunt, hunc etiam errorem etiam foouerunt. Id facit Chryſes apud Homerum Iliados α. his verbis,

Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ' ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας
Κιλλάν τε ζαθέην τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις
Σμινθεῦ. Nos ſic Latinè,

Audi me Smintheu, qui argentea ſpicula vibrans
Et Chryſam colis, & diuam Cillam Tenedúmque
Conſilio regis, &c. Et Euripides in Phœniſsis
Ὦ θύγατερ ἀελίου Σελάνα.
O *Solis filia Luna.*

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 415 sur 567

©BIUM

Solem ſub Liberi Patris nomine, Lunam ſub Cereris inuocat Virgilius Georgicôn primo, ſic canens,

-Vos ô clariſſima mundi
Lumina, labentem cælo qui ducitis annum,
Liber & alma Ceres. & quæ ſequuntur.

Eos etiã inuocat Varro de re ruſtica li. 1. c. 1. Ex quibus omnibus perſpicuum eſſe arbitror Solem & Lunam creditos eſſe deos & habitos. Iam quod Sol pro variis, quas habet, virtutibus & effectibus varia & quidem deorum nomina habuerit, hinc conſtare arbitror, quòd modò Apollo, modò Mars, interdum Minerua, Vulcanus, Phœbus, Heracleis, Dieſpiter, Ieïus & Pæan cognominatus eſt. Apollo quidem vel ἀπὸ τ῀ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, id eſt, à iactu radiorum, vel ἀπὸ τ῀ ἀπόλλυσθαι τὰ ζῶα, id eſt, ab exanimandis & perimendis animalibus, cum ſcilicet peſtem caloris intemperie emittit. Mars, quòd calorem in animo & ſanguine excitet. Minerua, quòd humanis mentibus prudentiam ſubminiſtret. Vulcanus ab ignea vi, quaſi multis ignibus conſtet. Phœbus vel à candore & ſplendore, vel quia ἡ βίος φῶς, id eſt, lumen vitæ ſit, ἢ ἀπὸ τ῀ φοιτᾶν βίᾳ, vt Cornificio placet, quòd vi feratur. Heracleis, quòd eius ſplendor aëris gloria ſit. Dieſpiter, diei pater, cum diem propulſis tenebris reducit. Ieïus quaſi proſper & ſalutaris Medicus, ἀπὸ τ῀ ἰᾶσθαι, id eſt, à ſanãdo. Pæan ἀπὸ τ῀ παύειν τὰς ἀνίας, id eſt, à ſedãdo dolore, ἢ ἀπὸ τ῀ παίειν, id eſt, à feriendo, & peſtiferum virus terris immittendo, quale immiſſum ſcribit Homerus Iliados α'. ad Chryſæ ſacerdotis preces, his verbis,

Δεινὴ δ' ἤλαχε κῆρ γένεϊ' ἀργυρέοιο βιοῖο.
Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο κὰι κυνὰς ἀργούς, &c.

Et Virgilius 3. Georg.

Hic quondam morbo cæli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totóque Autumni incanduit æſtu.
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
Corrupítque lacus, infecit pabula tabo.

Sanè huius ſyderis, id eſt, Solis duo ſunt maximi effectus. Alter quo calore temperato mortalium vitam iuuat. Alter quo iactu radiorũ virus eiaculatur & immittit, vnde inuſti morbo ἀπολλωνοβλαβεῖ ἢ ἡλιοβλαβεῖ appellantur. Mirum etiã eſt quòd gignat & gignatur. Nam mane nouo ſemper exoriens gignitur. Ipſe autem generat vniuerſa ſeminando, fouendo, producendo alendo

do,& augendo,auctor Macrob. Saturna. primo,cap.20.Iam verò quomodo idem ipſe ſit ὁ μάλιστα κοσμῶν τὰ πρὸς ἄρκτον τὰ κάτω τῆς ξυθμίζων τῆς διακρίσεως,vt hîc loquitur Galenus,id eſt,qui hæc inferiora ratis ordinibus moderatur, gubernat & regit, facile ex eius acceſſu receſſúque intelligas. Nam is cum curſum ſuum inflectens ad Meridiem tantum abſceſsit quantum abſcedere potuit (veteres id tempus Brumale Solſtitium ſeu Brumã à dierum breuitate appellauiſſe auctor eſt Macro.lib.1.Saturna. c. 27. Quanquã Victorinus in M. Varronẽ; & Philander in Vitruuium negent veteres προπὰς χειμερινὰς Brumale Solſtitiũ,ſed Brumam tantum appellauiſſe) Hyemes efficit.Inde remeando quartam Zodiaci partem conficiens,efficit id tẽpus quod Hyemi ſeneſcenti adiunctum Ver dicitur.Inde tantũ ſpatij oberrans & ad Septentriones curſum ſuum dirigens Aeſtates facit. Pari etiam ratione Zodiaci reliquam partem quartam conficiendo, id tempus efficit,quod Aeſtati ſeneſcẽti adiunctum Autumnus dicitur. Porrò Brumã eſſe circa octauum Calendas Ianuarias, Aequinoctium Vernum menſe Martio circa octauũ Calendas Aprilis Solſtitium vltimo menſe Iunio circa octauam partem Cancri Aequinoctium Autumni circa octauũ Calẽdas Octobris cum octauã Libræ partẽ Sol attingit, docet Columella rei ruſticæ lib.9.c.14. quanquam idem etiam ſcribit li.11.c.2. numero 385. Hipparcho placere decimoſexto Calendas Ianuarij Solem in Capricornum trãſitum facere & Brumale Solſtitiũ eſſe. Sic enim loquitur ibi Columella, cõtra opinionẽ tamen Victorini & Philandri doctorũ hac ætate virorum. Quod autem ad Hyemẽ attinet,etſi ea frigore aſsiduo,gelu, niuibus,pluuiarum & imbrium copia horrida eſt, ignaua,ad generationem rerum, quas terra in vſus animantium producat, minimè accommoda, id tamen videtur afferre commodi, quòd terrã fructibus,frugibúſque Aeſtate & Autumno collectis effœtam & emaciatã, contrahendo,denſando,indurando,naturalémque terræ calorẽ intrò contrahendo, ac interdum etiam velut datis induciis tepore relaxando & imbribus mitioribus irrorando & veluti impinguãdo,ſubigere, fermentare, & ad nouã quaſi fœturã prẽparare videtur,qua ratione nix etiam meſſem augere dicitur Ariſtoteli Meteororum 2.cap.3.vt & poëta ibidem,

Candida nix nimium,tu fundis acumina viſus:
Tu cadis vt floccus,meſsibus apta venis.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 417 sur 567

©BIUM

Huc pertinet,quod Theophraſtus libello de igne ſcribit, frigus idem etiam nonnunquam quod calorem efficere videri,tam abſolutè quàm ſuperlatè,cum & fructus frigoribus cõcoqui, & frigus perinde ac æſtũ adurere prædicant, quòd non vere loquuntur tamen,cũ & coquere & vrere frigus videatur non ſua ſponte,ſed ex conſecutione,quia ſcilicet cogat & contrahat calorem huius rei effectorem,qui copioſior etiam protinus valentior eſt. Hyemi Ver ſuccedens & terræ poros præterita Bruma & intepeſcente anno aperiens velut rudimenta quædam profert largæ & copioſæ frugíſque ſegetíſque,& terram veſcis floribus, herbis,frugibus,& fructibus incredibili multitudine & varietate diſtinctis veſtit.Aeſtas ſequitur,quæ increſcentis caloris beneficio auget,incraſſat,conficit,concoquit quæ Ver protulerat omnia. Autumnus Aeſtatem excipiens perfectam maturitatem adfert. Sic ex quatuor tẽporum,quas Sol faciat, mutationibus, ſibi inuicem nunquam turbato ordine ſuccedẽtibus omnium quę terra maríque gignũtur initia cauſæque ducuntur. Tempus autem generationis omnium fere viuẽtium eſt Vernum & Aeſtiuum, quibus ſcilicet Sol ad nos accedit. Tempus verò corruptionis eſt quo deficit eiuſmodi viuentium productio,vt Autumnale & Hyemale,quo ſcilicet tempore Sol à nobis abſcedit.Sic generationis tempus æquale eſt tempori corruptionis docente Ariſtotele lib.2.de generat.& corrup.cap.10. Ex his apparet verum id eſſe quod Galenus hic ſcribit· ὡς ὁ μάλιστα κοσμῶν τὰ τῇδε καὶ ῥυθμίζων τὴ διακράσιν ὁ ἥλιος ὤν, ὡς ἂν ἄλλος τις ἢ θερμὸς καὶ θέρους φθινοπώρου καὶ χειμῶνος κάτω ad eſt,Solem eſſe qui hęc inferiora ratis ordinibus moderetur & gubernet. Nec vllum alium Veris,Aeſtatis,Autumni aut Hyemis eſſe cauſam.

3 *Non alius tam manifeſtam ex hac terreſtri fece.* Οὐδ' ἄλλος ἐμφανῶς ὅτως ὅτ' ἐξ ἰλύος γείνης ζῶα γεννᾷν πέφυκεν,&c. Siue Galenus hic loquitur de iis animalibus quæ nullo nec ſemine nec ouo è limo terræ vi caloris Solaris, ſiue de iis quæ ex illis, ſemine dico aut ouo generantur,ſiue ambo intelligat cum dicit ἐξ ἰλύος γείνης ζῶα γεννᾶσης, profectò nullus alius à Sole planeta, immò nullum aliud corpus cæleſte tam manifeſtam habet vim gignendi animalia ex hac terreſtri fęce ſeu colluuione,id eſt,vel ex limo,vel ex ſua cuiq; rei ſubiecta materia in terra (vt omnia ſunt in omnibus)deliteſcente.Cæterùm quòd quædam etiã animalia

malia nullo nec ouo nec ſemine è limo terræ, Solis beneficio gignantur, docet Plinius li. 9. c. 51. cũ tradit Ranas ſemeſtri vita reſolui in limũ, & rurſum Vernis aquis renaſci. Pectines terreſtres & limaces in humore terreno certo anni tẽpore gigni. Et Ariſt. lib. de natura animalium 6. ca. 16. auctor eſt Anguillas, & ea quæ inteſtina terræ vocãtur, putredinis ratione prouenire, quãquam Plinius loco prędicto ſcribat anguillas ſeſe ſcopulis atterere, atq; ea ſtrigmẽta viueſcere, nec aliam earum eſſe procreationẽ. Idem etiam li. 9. c. 58. ſcribit, Deturgente Nilo muſculos reperiri incohato opere genitalis aquæ terræque, iam parte corporis viuentes, nouiſsima effigie etiamnum terrena. quod & teſtatum reliquit Diodorus Sicul. & Ouidius lib. 1. Metamorph. de hominis generatione loquens ſic canit:

Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit
Ille opifex rerum mundi melioris origo:
Siue recens tellus ſeductáque nuper ab altò
Aethere, cognati retinebat ſemina cœli.

Et paulò pòſt,

Cætera diuerſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit, poſtquam vetus humor ab igne
Percaluit Solis, cœnúmque vdæque paludes
Intumuere æſtu, fœcundáque ſemina rerum
Viuaci nutrita ſolo, ceu matris in aluo
Creuerunt, faciémque aliquam traxere morando.
Sic vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alueo,
Æthereóque recens exarſit ſydere tellus,
Plurima cultores verſis animalia glebis
Inueniunt, & in his quædam modo cœpta, per ipſum
Naſcendi ſpatium, quædam imperfecta, ſuíſque
Trunca vident humeris, & eodem corpore ſæpe
Altera pars viuit, rudis eſt pars altera tellus. & quæ ſequuntur.

Sanè teſtacea omnia ſponte naturæ in limo diuerſa pro limi differentia oriri, & in cœnoſo oſtrea, in arenoſo conchas ſcribit Ariſto. 5. de natura anima. c. 15. eius rei cauſam nonnulli ad variã radiorum errantium quæ per Zodiacum contra motum primi mobilis feruntur, permiſtionem referunt, aiúntque eam conſtitutionem cæli poſſe aliquando incidere, quæ tum homines tum equos & ſimilium etiam perfectorum animantiũ genus, ex ipſis

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 419 sur 567

clementis non aliter ac ranas, mures, locuſtas ſæpe ſua ſponte natas videmus, generet, quod tamẽ fieri nec ne poſsit, tibi, lector iudicandum relinquo. Porrò autem cum orbium cæleſtiũ duplex ſit motus & conuerſio. Vna, qua extimus globus reliquos omnes complectens, in quo infixi ſunt illi qui voluuntur ſtellarum curſus ſempiterni horarum 24. ſpatio ab Oriente in Occidens ſubiectos omnes ſecum rapit & rotat. Altera qua ſubiecti ſeptem verſantur retro atque extimum cælum motu, intelligendum eſt priorem illam conuerſionem vniuſmodi ſemper eſſe & conſtanti immutabilique ordine progredi, ac nihil habere contrarij, eóque certe nec ortus nec interitus rerum (ſunt enim hæc duo ſibi contraria) cauſam eſſe poſſe. Poſteriorem verò errãtes ſtellas per ſigniferi obliquitatẽ circumagere ac rerum exortus facere, dum Solem quidem potiſsimum, ſed & reliquos etiã planetas in Septemtrionẽ adducit. Interitus verò dum in Auſtrum eundẽ abducit. Vt autẽ Solis reliquorúmq; planetarũ acceſſus receſsúſque à Septemtrione in Meridiẽ & cõtrà, perpetuato ordine & conſtantia, ac ne momento quidem permutatis vicibus ſeſe excipiunt, ſic ortus obitúſque rerum ſemper erunt conſtantiſsimi, nec vllo vnquã tempore, dum hic mundus erit, deficient. Itaque appetente Vere cum nos vis illorum reuiſit, innouari omnia deprehendimus & exhilarari, prata herbis, agros frugibus, arbores frondibus & floribus, vites denique gemmis veſtiri, vnde poeta Georgicon 2. dixit:

Ver adeo frondi nemorum, Ver vtile ſyluis.
Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt.

Sol quinetiam Vere primo ad nos rediens, magnam vim habet ſolicitandi animalia εἰς ὀχείαν τε καὶ τὴν τοῦ γένους διαμονήν, vt hic loquitur Galen. id eſt, ad coitum & generis perpetuitatem propagationémque: quòd in Vere maximè deprehendas, quo tempore omnia fere animantia in Venerem ruunt. Quod Oppianus de canibus loquens lib. 1. de venatione his verbis teſtatus eſt:

Εἰ ἤ νύδι περάσαι φίλην ἐπὶ λέχεϊ θείᾳ γενέθλαι,
Ἔαρι μὲν πρώτιστα λέχου πόρσιον κωήεσσιν.
Ἔαρι μὲν γὰρ μᾶλλον φιλοτήσια μέμβλεται ἔργα.
Θηρσί τε καὶ σκυλάκεσσι καὶ ὀλομένοισι βρότεσσι.
Ἠερίοις τ' ὄρνισι καὶ ἐναλίοις νεπόδεσσι. Interpres ſic:

Si miſcere canes cupias, prolémque creari,
Vere breui gratum, Veneris permitte cubile.

Vere

Vere canes, angues, volucres, piſcéſque, feráſque
Torquet amor flammis, multò vehementius vrens.

Dein particularibus exemplis vbi idipſum confirmauit, tandem ſic infit:

Καὶ δ' αὐτῶν μερόπεσσιν ἐν ἔαρι μᾶλλον ἔρωτες·
Ἔαρι γὰρ πάνδημον ἐπιβάλλει κυβέρνα.

Id eſt, vt interpres habet:

Vere homines ipſi grauius torquentur amore.
Vere furor Veneris ſerpit popularis in omnes.

Et Ariſtoteles in ea etiam videtur eſſe opinione, qui libri quinti de natura animalium cap. 8. ſcribit plurimorum animantium naturam rem quidem Veneream per id tempus appetere, cùm hyemis ceſſante ſæuitia, æſtatis clementia oritur, quod tempus Veris eſſe docet, quo ſcilicet plurima volatilia, pedeſtria & natantia ad coitum excitantur: quãquam ſint nonnulla, inquit, eorum omnium genera quæ per Autumnum etiam & hyemem & coeant & pariant. Sanè cum ſemini generatio ſit ex ſanguine 4. humores complexo, quos perpetuò quidem habeat corpus humanum, ſed tamen circũacti temporis ratione nunc auctiores, nunc pauciores & mage imminutos, mirum eſſe non debet, ſi Vere, quo ſanguis augeſcere ſolet Hippocrati lib. de Natura humen etiam auctius fiat, calidius, & mage ſpirituoſum, & tale redditum penem diſtendat, & ad coitum generiſque propagationem animal ſolicitet, præſertim ſi ipſi ex caliditate & ſiccitate partium genitaliũ acceſſerit acrimonia, quæ titillet & pruritum cieat: vnde exeretrix facultas iritata Veneris appetitum in animante excitet. Sic cõmnue hoc natura omniũ animãtium eſt, vt habeant libidinem procreandi cauſa. Ex quibus omnibus liquet Solem ratis ordinibus hæc inferiora gubernare. Nec vllum alium planetã Veris, Aeſtatis, Autũni, aut Hyemis, ſicuti etiã nec maturitatis frugũ & generationis animãtium cauſam exiſtere. Neque verò id cùm dicimus, ſuo munere aut Lunam, aut alia ſydera priuamus. Nam quod Sol ſua præſentia diurna operatur & efficit, id ipſum Luna, quæ Solis vicaria eſt, & tanquam infima cæterorum planetarum vim in ſe recipit, in Solis abſentia efficere, quãquam illo multò imbecillius, comperitur. Nam cùm ea opaca ſit, ſed diaphana tamen & tranſparens, de ſe lucis expers (nam ſi proprium haberet, eius nunquam fieret eclipſis) vt lumen ſuum de Sole, ita & vim etiam mutuetur opor-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 421 sur 567

©BIUM

tet,quòd lumen dico in terras demittat,non per luminis à se tã-quam à ſpeculo,aut corpore læui & terſo (vt nonnulli dixere) ad nos reflexionem, ſed per ingreſſum, &,vt ita loquar, incorporationem luminis Solaris in propriũ ipſius corpus, vt & præſtantiſsimis Philoſophis viſum eſt, & indicat ea maculoſa facies (ſic enim dicitur Ariſtotelis libri cæli 2.cap.8.) quæ in ipſa id circo apparet, quòd in aliam atque aliam eius partem Solis lumen aliter atque aliter ſeſe inſinuat. Mediam enim partem Lunæ vtpote rariorem minus lucere aiunt, ſed obſcuriorem eſſe, & quodammodo maculatam videri: partem autem denſiorem potentius refulgere,& cerni puriorem. quãquam ſunt qui contra partem eius magè diaphanam, lucidiorem eſſe partem opaciorem & denſiorem ſubobſcuram & maculoſam videri dicãt. Plinius tamen libr.2.cap.9.maculas in medio orbe Lunæ apparentes, nihil aliud eſſe dicit, quàm raptas cum humore ſordes. Philo Iudæus libro πρὶ ὀνειρῶν, eam faciem nihil aliud eſſe dicit quàm permiſtum Lunæ aërem qui natura ſua niger eſt,& ad cælum vſque protenditur: docet enim ille Lunam coagmentationem,ſeu concretionem aëris puram non eſſe, vt ſunt ſingula alia ſydera: ſed confuſionem & permiſtionem cum ætherea tum aëreæ ſubſtantiæ. Hæc ſunt eius verba: λέγεται γοῦν ὅτι σελήνης πλήκτου μὲν ἄκρατον αἰθέρος ἐκ ἔστιν ὡς ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀστέρων, κρᾶμα δ' ἐκ τ' αἰθερώδους καὶ ἀερώδους οὐσίας, καὶ τόγε ἐμφερόμενον αὐτῇ μέλαν ὃ καλοῦσί τινες πρόσωπον οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ τὸν ἀναμεμιγμένον ἀέρα, ὃς κατὰ φύσιν μέλας ὤν, ἄχρις ὑγρὸς τείνει. Sed ad rem redeo,dicóque Lunam mutuatitios illos radios ſuos non æqualiter nobis communicare, ſed nunc parcius, nunc vberius, pro variis eius ad Solem ſchematiſmis, &,vt dicunt, configurationibus eos ipſos in nos refundere: vnde liquere poteſt Lunam vtpote proprio lumine deſtitutam, & mutuatitio vtentem. Imò verò aliàs aliter atque aliter affectam multò imbecillius ea facere quæ Sol faciat omnia: vnde non immeritò & à Moyſe Luminare minus,& ab Ariſtotele lib.5.de generatione animalium cap. 10. Sol minor & alterum principium propter Solis ſocietatem receptúmque lucis ad omnes generationes & perfectiones conducens,dicta eſt. Et Philo πρὶ μοναρχίας, τὴν Σελήνην ὑπηρέτην καὶ διάδοχον ἡλίου. id eſt,Lunam Solis miniſtrã & ſucceſſorem ea ipſa ratione vocare videtur, vt non abs re Galenus hic ſcribat: μεγάλα τὰ τῆς Σελήνης ἔργα πρὸς τὴν φύ-

τανῦ,

ταῦθ' ὑσίαν, ἀλλὰ τὴν ἡλίου δεύτερα. id est, magna esse Lunæ in hæc inferiora opera, sed Solis operibus effectibúsque posteriora. Ea quippe calet, lucet, incrementum rebus perinde atque Sol affert, sed moderatius tamen & remissius omnia facit. In Sole quippe maximum lumẽ est, adeò vt Heraclito fons cælestis lucis, Physicis, cor cæli, Ciceroni in Somnio, dux & moderator reliquorũ luminum dictus sit, quæ omnia de Luna dici minimè possunt. Scribit tamen Macrob. cap. 20. lib. 1. Satur. Similes Solis effectibus esse effectus Lunæ, iuuando nocendóque. Ideóque fœminas certis afflictas morbis Σεληνοβλῆτας καὶ Ἀρτεμιδοβλῆτας, quasi Lunæ seu Artemidis sydere afflatas haud aliter vocari, quàm eos qui à Sole inusti essent, ἀπολλωνοβλῆτας ἢ ἡλιοβλῆτας, vt antè quoque diximus, appellari. Quin eandem etiam sub Cereris nomine vnà cum Sole à Virgilio inuocari Georgicôn primo, idem auctor testatur cap. 21. libr. 1. Satur. quia ambo pariter fertilitatibus glebę & maturandis frugibus vel nocturno temperamento, vel diurno calore moderantur. Cæterùm τὸς μῆνας διατάττειν. id est, mensibus præesse, seu menses regere dicitur, vel quia vt est apud Poëtam Georg. 1.

Ipse pater statuit quid mẽstrua Luna moneret.

Vel quia mensem & finiat & incohet: vnde Ouidius in extremo fine lib. 3. Fastorum, de Martio loquens cecinit·

Luna regit menses, huius quoque tempora mensis
Finit, &c. Et Plutarchus problemate 75. scribit, Solem annum, Lunam menses conficere. Et sanè idipsum etiam testatur Dauid Psalmo 104. cùm scribit Deum fecisse Lunam in tẽpora. id est, vt docti interpretantur, vt menses distingueret. Sed & id multò apertius nominis etymon docet. Lunã enim μήνην, id est, Menam Græco vocabulo, non Σελήνην antiquitus dictam scribit Diodorus Siculus lib. 4. cap. 5. & ab hoc ipso nomine μῆνας id est, mensem deduci auctor est Macro. Satur. 2. Cicero tamen lib. de Natura deorum 2. Lunam (quam ego per syncopen à Lucina dictam puto. Lucinam autem quasi lucidam & lucem præbentem dictam vult loco nuper citato Plutarch.) à lucendo nominatam esse docens, dicit eam adhiberi ad partus, quòd ij matureſcant, aut septem nonnunquam, aut plerunque nouem Lunæ cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, menses, inquit, nominantur. Est autem mensis Lunę annus, intra quem ipsa cæli ambitum lustrat, quo scilicet toto tẽpore ea ipsa id facit, quod

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 423 sur 567

©BIUM

Sol toto anno ſuo. Vt autem Sol acceſſu ſuo ad nos Aeſtatem, diſceſſu Hyemem, ita Luna creſcendo æſtatem, decreſcendo Hyemem facit. Dum enim ipſa cum Sole coïens lumine ſpoliatur, Hyemem dicitur afferre & frigefacere, ob id quod à noctur na frigiditate minus tuetur nos, quàm cum lumine plena radios ſuos eiaculatur in terras. Hinc ſcribit Ariſtot. ex Lunaribus incremẽtis Echinos & id genus animalia, vtpote cancros, oſtreas, conchas, cõchylia pleniora fieri, & vberiore lumine fœta ſuculentiora euadere humiditatis viuificæ & Lunaris caloris beneficio: quod notat etiam Gellius libr. 20. cap. 7. ex Anniano docens oſtreas Luna ſeneſcente tenues & exuctas eſſe, & ex Lucilio, Lunam Echinis & muribus fibras & pecu addere. Item Aelurorum oculos ad eaſdem Lunæ vices, aut ampliores fieri, aut minores. Cæpe item reuiuiſcere & germinare decedẽte Luna: contrà inareſcere, adoleſcente. Addit Plinius lib. 2. ca. 42. minimum animal formicã ſyderis vim ſentire & interlunio ceſſare, & cap. 102. eiuſdem libri ſcribit, Lunam accedentem corpora implere, abſcedentem inanire. Hominum etiam ſanguinem cum lumine eius augeri ac minui. Idem etiam fieri ſolere tradunt in medullis & cerebellis animalium. Creſcendo enim lumen & cum lumine calor etiam & humiditas in Luna augeſcunt: decreſcendo imminuuntur & decreſcunt. Ex multitudine quippe luminis multitudo profluit & caloris & humiditatis, non eius dico quæ ab elementis inferioribus proueniens, in ſublunaribus corporibus reperiatur, quæ item aquoſa ſit, fluxa, excremẽtitia & frigiditate ſua torporem afferens: ſed eius quæ cæleſtis ſit, vitalis, fœcunda & caloris Lunaris beneficio viuifica. Tam igitur creſcente Luna, quàm decreſcente humiditates in corpore fluunt, ſed creſcente bonę & ſalutares, decreſcente ſuperfluę & noxiæ, quæ ratio mouiſſe videtur Ariſtotelem, vt lib. 2. de Gener. anima. cap. 4. diceret, Tempora decreſcentis menſis humidiora & frigidiora. Luna quippe decreſcente viget humiditas, non à Luna proueniens, ſed ab elementis inferioribus, quibus Luna minus reſiſtit, tum quia debilitetur eius calore, & infringatur, tum quia ſub horizonte magnã noctis partem deliteſcat. Ideò Ariſto. etiam lib. 7. hiſtoriæ animal. cap. 2. profluuiũ menſium Luna decreſcente contingere memoriæ prodidit, & inde nonnullos ſexum fœmineum Lunæ tribuere, quoniam vt ſimul illa decreſcat, & mulier purgetur, móxque ambæ repleantur,

pleantur,quod & repetit libr.2.dè genera animal.cap.4. quo loco quanquam ipsa menstrua nullo certo circuitu describi dicat, tendere tamen moueri ait,decrescente Luna,idque ratione optima fieri, quòd scilicet corpora animalium frigidiora tum esse contingat,cùm continens aër talis efficiatur.Mensium autem fines frigidos esse,propter Lunæ defectum. Verùm enim etsi variæ sunt & penè infinitæ Lunæ, vel accedentis ad Solem, vel ab ipso recedentis affectiones seu formæ(nam singulis ferè momẽtis, vt locum ita & formam immutat) septem tamen permutationibus insignioribus (φάσεις Græcè nominari scribit Macrob.lib.1.Somnij)toto mense distinguitur.Cùm nascitur, cùm fit διχόζμος, cùm ἀμφίκυρτος, cùm plena, cùm rursum ἀμφίκυρτος, ac denuò διχόζμος, et cùm ad nos luminis vniuersitate priuatur.Porrò verò ἀμφίκυρτος est cùm supra diametrum dichotomi est,antequàm orbis conclusione cingatur,vel,si vis,cũ de orbe imminuẽs inter medietatem & plenitudinem mediam luminis curuat eminentiam. Sanè Luna primis septem diebus vsque ad medietatem velut diuisi orbis excrescit, et διχότομος tunc vocatur. Secundis septem, orbem totum renascens ignes colligendo iam complet:& plena tunc dicitur. Tertiis διχόζμος rursus efficitur, cùm scilicet ad medietatem decrescendo contrahitur. Quartis vltima sui luminis diminutione tenuatur. Eadem differentias percurrit Aristo.lib.cæli 2.cap.11.Et Plinius lib.2.cap.18.his verbis·Luna in quadrato Solis diuidua est,in triquetro semiambitur orbe. Impletur autem in aduerso, rursúsque minuens, easdem effigies paribus edit interuallis. Galenus hic quinque tantùm eius schematismos, id est,configurationes, seu affectiones, præter coitum,enumerat.Aut enim,inquit,πλήρης est, ἐπισκὰν διάμετρος. Διχόζμος, ἐπισκὰν τετράγωνος. Ἀμφίκυρτος, ἐπισκὰν τρίγωνος, μηνοειδὴς,ἐπισκὰν ἑξάγωνος, καὶ νέα τότε πρῶτον,ὅταν ἀπὸ συνόδου φαίνῃ), καὶ ἀφανὴς παντάπασιν, ἐπισκὰν ὑπ' ἐκείνου πανσέληνος). Et verò tempus coitus seu coniunctionis Lunæ cum Sole Græcis σύνοδος.LatinisInterlunium,Varroni lib.1.cap.137. Intermenstruum, Catoni de re rustica cap.50. Luna silens,aliis coniuncta Soli et combusta dicitur,quod fit cũ gradibus quindecim,vt plurimum, vel sex vt minimum à Sole abest,siue ipsum antecedat siue sequatur,πανσέληνον, id est, plenilunium dicunt,seu oppositionem,quæ 14.Luna cõtingit, quo scilicet tempore Luna centum octoginta partibus, seu circuli

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 425 sur 567

medietate ab Sole abeſt. Falcatam ſeu corniculatam, id eſt, μηνοειδῆ, cùm ſex gradibus à Sole diſtans nobis apparere incipit. Διχότομον cùm partibus nonaginta, vt diebus octauo & viceſimoprimo, ab Sole abeſt. Gibboſam ſeu turgidam, quæ ἀμφίκυρτον dicitur, cùm centũ triginta quinque partibus à Sole abſceſsit. Ex quibus omnibus manifeſtum eſſe arbitror Lunam & varias lucis mutationes obtinere, menſes regere: & ad hæc vim magnam in hæc inferiora, quam tamen à Sole vnà etiam cum lumine accipiat, demittere. Cæterùm miretur hic fortaſſe quiſpiam, quid ſit quòd Deus optimus max. rerum omnium architectus & opifex eam luminum varietatem exiſtere, ac Solem minimè quidem perpetuò lucere, ſed alterna viciſſitudine diem & noctem efficere. Lunam itidem variè & aliter atque aliter affectam lumine mutuatitio lucere voluerit, ſed mirari profectò deſinet, ſi diuinam prouidẽtiam incolis vtriuſque hemiſphærij, tam huius noſtri dico ſuperioris, quàm illius inferioris æquè bene conſultum voluiſſe intellexerit. Nam caduca hæc & imbecilla corpora radios Solares, ſed ne mutuatitios quidem Lunares aſsiduè ferre potuiſſent, ſi ſuperiorem hunc noſtrum horizontem non etiam inferiorem luminaria illa duo perluſtraſſent. Imò ſi ne partitis quidem vicibus anni in Brumam abſceſsiſſent, & noctium opacitate terras refeciſſent, quas haud dubiè Sol alioqui, Plinio lib. 2. cap. 11. exuſturus erat. Omnia ſiquidem aſsiduis ſuis luminibus confeciſſent, & fatiſcere marceſcereque feciſſent, quæ debuiſſent conſeruare. Vt igitur ambo illa propter prædictas cauſas perpetuatum lumen in alterutrum hemiſphęrium demittere noluit Deus opt. max. ita luce alma & vegetabili neutrum etiam hemiſphęrium, dum alter horũ alterutrum perluſtrat, priuari, ſed alterna viciſſitudine terras colluſtrare, & omnia quæ in terris ſunt ipſos eos temperare ita voluit, vt paueas admodum horas vtrumuis planetam ſimul alterutri hemiſphęrio ſuum lumen denegare comperias. Sic magnam parẽ dum Sol, verbi gratia, nobis abeſt, Luna illius hic vices obit, & dum Sol hic adeſt, illa viciſsim inferiori orbi ſuum lumen impertit, ſapienter adeò diuina illa prouidentia res omnes moderatur & diſpenſat. Cæterùm varietatis luminum Lunæ cauſam reddit Ariſtoteles problemate 7. lib. 15. Ex quo loco poſsis intelligere Solem vario ſuo motu varium orbem ſeu circulum in Luna cauſari, & pro vario radiorum iactu eandem ipſam vel ſupernè

ſupernè vel infernè illuminantium eandem ipſam nobis aliter atq; aliter videri affectã. Sic quò maior portio radiorũ à Sole in Lunã proiectorũ redit & reflectitur in Solẽ, eò minor pars eius nobis conſpicua & luminoſa apparet, & cõtrà. Sanè Sol alteram ſemper vt minimũ Lunæ ſuperficiem, id eſt, medietatẽ & nonnũ quã etiam pluſquã medietatẽ illuminat, eã dico quæ ſurſum ſpectat, ſeu quã ipſe reſpicit, at nõ ſemper eã quæ nos. Eſt enim ſphæricus, luminoſus, maior Luna, & ſupra ipſam collocatus. Luna ſpherica quidẽ & ipſa, ſed opaca, Sole minor, & ipſi eidem ſubiecta. Cùm autẽ corpus ſphæricũ luminoſum maius opaco, maiorem partẽ corporis opaci propinqui, quàm remoti illuminet, fit neceſſariò, vt quò propior & vicinior eſt Luna Soli, eò plus eius ipſius vtpote inferioris & opacæ Sol luminoſus, ea maior & ſuperiore cælo collocatus, illuminet: quò verò lõgius ab eo abſcedit, eò minor eius portio luminoſa reddatur, quod tamen de ea parte Lunæ quæ Solem reſpicit intelligi velim. Nam quod ad eam partem attinet quæ vergit in hæc inferiora, contra fit: quò enim Luna vicinior eſt Soli, eò minor eius portio nobis conſpicua eſt: quò remotior à Sole, eò maior portio nobis apparet cõſpicua. Quod autem Galenus hic dicit: τὴν σελήνην πλέως ἐκλιπεῖν τὸ φῶς καὶ ἀφώτιστον γίνεσθαι ὑπ' αὐτῆς τῆς ἐπισκοτήσεως αὐτῆ: id eſt, Lunã plane deficere, & lumine omnino priuari interpoſitu interiectúque terræ, de Lunæ eclipſi loquitur, quam interpoſitio terræ inter Solem & ipſam cauſatur. Definitúrque eſſe luminis Solaris primarij in Luna priuatio. Eclipſis autem quando & quomodo fiat, docet Macrob. lib. 1. Somnij, his verbis: Natura cæleſtium circulorum incorporalis eſt linea, quæ ita mente concipitur, vt ſola longitudine cenſeatur, latum habere non poſsit. Sed in Zodiaco latitudinẽ ſignorum capacitas exigebat: quantum igitur ſpatij lati dimenſio porrectis ſyderibus occupabat, duabus lineis limitatum eſt. Et terna ducta per medium ecliptica vocatur: quia cùm curſum ſuum in eadem linea pariter Sol & Luna conficiunt, alterius horum neceſſe eſt venire defectum Solis, ſi ei tunc Luna ſuccedat Lunæ, ſi tunc aduerſa ſit Soli: ideò nec Sol vnquam deficit, niſi cum triceſimus Lunæ dies eſt. Et niſi quintodecimo curſus ſui die neſcit Luna defectum. Sic enim euenit vt aut Lunæ contra Solem poſitæ ad mutuandum ab eo ſolitum lumen, ſub eadem inuentus linea, terræ conus obſiſtat, aut Soli ipſa ſuccedens obiectu ſuo ab humano

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 427 sur 567

©BIUM

aſpectu lumen eius repellat. In defectu ergo Sol ipſe nihil patitur: ſed noſter fraudatur aſpectus. Luna verò circa proprium defectum laborat, non accipiendo Solis lumen, cuius beneficio noctem colorat: à qua opinione non eſt aliena Plinij ſententia libr. 2. Natur. hiſto. cap. 13. cùm inquit: Certum eſt Solis defectum non niſi nouiſsima primáue fieri Luna, quod vocant coïtum: Lunæ autem non niſi plena. Ex quibus verbis licet elicere, primùm eclipſim Lunæ nunquam niſi Sole inferius hemiſpherium percurrente fieri. Deinde etiam nunquam niſi duo luminaria ſint in capite & cauda draconis, id eſt, in duobus punctis oppoſitis, quibus ab eccentrico Lunæ ecliptica ſecatur. Quod ſi tunc diametraliter oppoſita ſibi inuicē ambo fuerint, & infra ſex gradus, fit vniuerſalis totius Lunæ eclipſis. Sin quaſi diametraliter & inter duodecimum & ſextum gradus, fiet particularis eclipſis partis aliquotæ Lunæ. Quin & hoc intelligere licet Solem abuſiuè dici pati eclipſim, cùm tantummodo trāſitus radiorum eius in terram propter lunæ interuentum impediatur. Subdit verò hic Galenus:

4 Τὴν Σελήνην καρπὸς παχύνειν, τὰ ζῶα πιαίνειν, καὶ τὰς ἥν κατὰ μῆνα ἑκάστου τοῖς γυναιξὶ περιόδους διαφυλάττειν, καὶ τὰς ἥν ἐπιλήπτων περιόδους. id eſt, fructus incraſſare & augere, animalia ſaginare, menſtruorum ſtatum tempus mulieribus & Epilepticorum ratos circuitus conſeruare, eáque omnia facere pro ratione progreſſus eius ad Solē, vel receſſus eius à Sole. Et quidem quod ad primum attinet auctores rei ruſticæ omnes vno ore adoleſcentis Lunæ plantationi commodum tempus exiſtimauerunt, quòd largiore humore femina veluti cibata & fœcundata citius quoque adoleſcant. Decreſcentis verò tēpus eſſe idoneū cædendæ materiæ, quoniam tum omnis cædua ſylua & materia ſiccior eſt, humido ſcilicet excremētitio decreſcēte. Sic enim materia in vſum fabricæ cædēda difficilius marcet, & cariem ſentit ægrius: vnde Heſiodus nouā Lunæ diē arboribus cō ſerēdis, ſicut & decimātertiā dicit eſſe accommodā. Cuius dicti Plutarchus hāc cauſam reddit, quòd inſita vis pleniori lumine Lunæ etiam in radices plenior diffundatur. Sanè tota Plinij libro 18. capitu. 32. & Varronis Lunaris obſeruatio, his paucis conſtat, vt ſcilicet decreſcente Luna frumenta metantur, cædantur ligna, tondeantur oues, capilli, emaſculētur verres, capri,

pri,arietes.Noua autem Luna,eáque ſub terra exiſtente ſupponantur oua,calcentur muſta,ſeminaria verò cum ſupra terram eſt,fiãt.In ſumma Diophanes nihil eſſe ferendum niſi Luna creſcente putat.Et nos paulò antè etiam oſtendimus ex Virgilio & Macrob.Lunam perinde atque Solem fertilitatibus glebæ moderari.Animantia verò idcirco ſaginat,quia cum ipſa ſit fons & origo humidorum ſanguinẽ fluxilem facit:vbi verò id quod in eo oleoſum eſt & pingue, in habitu potiſsimum frigido,partibus corporis frigidis adhæſit,in adipem facit concreſcere, vnde ſagina in animãte prçſertim otioſo,adde quòd humiditate etiã ſua Luna ſomnum conciliat.Somnus autem concoquit alimentum,diſtribuit, apponit, adglutinat,& tandem aſsimilat perfectius, vnde pinguedo in animalibus & ſagina. Iam verò etiam ideirco ſtatum tempus mẽſium mulieribus conſeruare dicitur, quia mẽſibus ſingulis,quos ipſam regere diximus,ſanguis menſtruus mulieribus, ſi modò ſanæ ſunt, excerni ſolet,vnde menſes & menſtruæ purgationes Latinis,Græcis ἔμμηνα καὶ καθάρσια dicuntur. Ea nullum certum circuitum ſeruare paulò antè ex Ariſtot.docui.Volunt tamen Medici per primam quadram, iuniores,per poſtremam,ſeniores,ætate medias, per medias Lunæ affectiones repurgari, citántque è poëta quopiã verſiculũ,

Luna vetus veteres,iuuenes Luna noua repurgat.

Vtcunque autem ſit, menſtruus ſanguis, quod eſt excrementum vtile & benignum vltimi alimenti partium ſanguinearum mẽſibus ſingulis,Luna quoquo modo affecta mulieribus ſolet effluere.His prima quadra illis poſtrema tam creſcentis quàm decreſcentis Lunæ,quod pro variis corporum habitibus cõſtitutionibúſque, & prout pauciora aut copioſiora excrementa gignuntur,ſicuti & prout etiam genita vel retinentur per otium,vel per laborem & exercitationem per alias vias excernuntur. In quibus ergo corporibus pauca excremẽta genita ſunt,ipſa in his pleniluuio moueri non cõtingit,quia tũ ea pauca lumine Lunæ pleno premantur regantúrque.Sed noniluuio ea ipſa excernuntur & fluunt, quod excrementitia quamlibet pauca humiditas,lumine Lunæ non amplius regatur.Imo mole ſua ima petat, ſibíque exitum, per loca ſcilicet conferentia moliatur.Contra in quibus corporibus excremẽta multa genita ſint, ea ſimul cum Luna creſcente increſcunt : plenilunio autem tantum increuerunt,quantum increſcere potuerunt:quo fit vt illorum mole irritata natura,ea

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 429 sur 567

©BIUM

foras propellere,& iis ſeſe exonerare ſatagat,ſic plenilunio aut nouilunio & ad horum portionem hac illa quadra has illas mulieres purgari contingit. Sed enim eadem etiam ratio aſsignari poſsit,ob quam fiat vt epileptici circuitus ſtato tempore recurrant. Potiſsimum autem plenilunio aut interlunio, quo poſtremo tempore qui geniti ſunt, eos epilepſię ſolere eſſe obnoxios ſunt qui tradant. Et ratio eſſe poſsit,quòd vltima Lunæ quadra (cuius interlunium pars eſt aliquota) frigida & humida humores cerebro contentos tales reddit,qualis ipſa eſt, vnde epilepſia cauſatur: eã enim fieri didicimus cũ craſſus & viſcoſus humor meatus animalis ſpiritus,qui per totum corpus à cerebro diffunditur,ita obſtruit,vt inde exire & in partes corporis ferri nõ poſſit. Quod ſi quis obiiciat intermenſtruum partem etiam eſſe aliquotam primæ quadræ Lunæ,quæ calida ſit & humida, & eo etiam toto tempore Epilepticos infeſtari ſolere, verum id quidem eſſe non negem,ſed reſpondeam,calorem illum primę quadræ propter humidi conſortium, temperatum eſſe, vel ſi illud exuperet,ab illo obrui. Et quia talis calor humores potius nutrit quàm exſiccat, Epilepſię etiam cauſam eſſe. Cæterùm non abs re fortaſſe fuerit hic docere, Galenum ſcribere in extremo fine lib.6. Epide. veteres Epilepticum morbum,magnum,puerilem,& falſa opinione ſacrum vocauiſſe, nonnullos etiam Herculeũ,nõ quòd,inquit,Hercules Epilepticus fuerit,ſed quia cum morbi magnitudinem cognouiſſent,ei ipſi Herculeum nomen magnitudinis indicem imponere voluerunt. Herculem tamen Epilepticum fuiſſe, quia melancholicus eſſet, permulti ſcripſerunt,nominatim autem Ariſtoteles Problemate primo ſectionis 30. quo quęrit, Cur omnes qui ingenio claruerunt, & in aliqua diſciplina floruerunt,melancholicos omnes fuiſſe compertum ſit,& vitiis atræ bilis infeſtatos,dicit. Eius naturæ Herculem & habitũ eſſe,& morbum comitialem ab eo ſacrum & Herculeũ priſcos nominauiſſe. Sanè Ariſtotelis auctoritatẽ cõfirmare videri poſsit Hippoc. qui Epide.6 docet, Melancholicos magna ex parte morbo comitiali affici, & contrà. quod etiam notat Galen. locorum affect. lib.3. ca.6. Hinc ergo apparet cur Luna τὰς τῶν ἐπιλήπτων τάρῳ κοδιόδους, vt hic Galenus dicit, id eſt, cur Luna Epilepticis ſuos circuitus ſeruet. Iam ad id quod ſequitur:

5 καὶ τὰ νεκρὰ σώματα διασήπει καὶ τὸν ἰὸν τῶν αὐτῶν αὐτὸ κοι-

μωθ

μαθέντας ἢ ὑγ ἄλλως ἐπὶ πλέον διαξηράντας ὑχρὸς ὑγ καριβαρικὸς ἀπεργάζεται. *id est, Demortua corpora putrefacit, &c.* Quòd Luna demortua corpora putrefaciat, ſomnóq; ſopitos ſub eius radiis, vel etiam aliter diutius immoratos malè multet, docet Plinius lib. 2. ca. 104. his verbis, Ferunt, inquit, Lunę fœmineum ac molle ſydus atque nocturnum ſoluere humorẽ, & trahere, non auferre. Id manifeſtum eſt, quòd occiſa ferarum corpora in tabem viſu ſuo reſoluit, ſomnóque ſopitus torporem contractum in caput reuocet. Quod teſtatur etiam Euangelus apud Macrob. in extremo fine libri 7. Satur. vbi narrat ille, apros, quos ſylua venantibus obtulerat ex agro ſuo Tyburtino ſibi exhibitos, & quia diutinè continuata venatio fuerat, alios interdiu, noctu alios domũ eſſe perlatos, & quos perduxit dies, integra eos carnis incolumitate duraſſe. Eos verò qui per noctem Lunari lucente plenitudine portati fuiſſent, putruiſſe. Rogãti cauſam cur noxam quam pecudibus occiſis Solis radij non dederunt, Lunare lumen effecerit, reſpondet Diſarius, Solem quidem vi maioris caloris haurire humorem. In Lunari verò lumine nõ eſſe manifeſtum calorem, ſed occultum teporem, qui magis diffundat humecta. Et inde necto ſcilicet tepore, & aucto humore, putredinem prouenire, quæ tamen nullius rei fiat, niſi calor humórque conuenerint. Sed ſane natura quædam & proprietas ineſt Lunari lumini, quòd de ea defluit, quam magis vſus quàm ratio deprehendit; quæ humectet corpora, & velut occulto rore madefaciat, cui admiſtus calor ipſe Lunaris putrefacit carnẽ cui diutinè fuerit infuſus. Hinc nutrices pueros alentes operimẽtis obtegunt, cùm ſub Luna prætereunt, ne plenos per ætatem naturalis humoris amplius Lunare lumen humectet. Et ſicut ligna virore humida accepto calore curuantur, ita & illorum membra contorqueat humoris adiectio. Hoc quippe notum eſt: quia ſi quis ſub Luna ſomno ſe dederit, ægre excitatur, & proximus fit inſano pondere preſſus humoris, qui in omne corpus diffuſus atque diſperſus eſt proprietate Lunari, quæ vt in corpus infundat, omnes eius aperit & laxat meatus aërem ſecans, vnde Ἄρτεμις, quaſi ἀειρότεμις dicitur. Quin & idcirco etiam Luna ſub Lucinæ nomine à parturientibus inuocatur, quia proprium eius munus eſt diſtendere rimas corporis, & meatibus viam dare, quod eſt accelerando partui ſalutare. Et fere eadem etiam habet Alexander Aphrodiſæus ſectionis 4. Problemate 65. ad hoc

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 431 sur 567

quæſitum ſuum. Cur pernoctantes in plenilunio carnes putreſcunt? quia tum, inquit, aër calidus & humidus à Luna efficitur, & didicimus id temperamentum ad putrefactionem inducendam eſſe accommodatum. Huc etiam pertinere videtur ratio quam reddit Ariſtoteles ad Problema 14. Sectio. 24. vbi enim quæſiuit cur balinearum aqua minus ſalubris ſit quam Sol tepefecerit, reſpondet: Aquam quæ ſub Sole tepuerit, ob ſui caloris imbecillitatem perinde ac Lunam humefacere tantum, non autem digerere, aut deſiccare, quod faceret ſi omnino calida eſſet, ſed nec etiã cõſtringere & denſare, quod faceret ſi frigida eſſet. Debilis ergo Lunæ calor humores in corpore plures concitans quàm poſsit vel conficere, vel in ambientem reſoluere, corpora humectat. Eos tamen potiſsimum qui vel ſub eius radiis aperto cælo (potentius enim vim ſuam rebus imprimit cum lumine quàm ſine eo) dormierint, aut aliter immorati diutius fuerint, pallidos (copioſo ſcilicet humido calorem natiuum obruente) & ſurſum latis vaporibus capite grauatos reddit. Calida enim & humida vim replendi capitis obtinent, & ſenſuum inſtrumenta multa humiditate infarciunt: vnde κάρηβαρίαι, id eſt, capitis grauitas, vt Commen. 3. in Aphoriſmum 5. Cum ergo talia ſint Lunæ opera, mirum eſſe non debet, quòd ipſa frugibus det incrementum, animalia faginet, menſtrua mulieribus prouocet, morbum comitialem certis circuitibus ſolicitet, & denique demortua corpora putrefaciat. Imò verò & ædificiorum quadratis lapidibus vitratiſque feneſtris vim afferat.

6 *A nullo enim impediri poteſt.* Solem mutationis quatuor temporum anni cauſam eſſe præter experiẽtiam & ratio & magnorum virorum auctoritas comprobat. Eius enim acceſſus modici, tũ receſſus, & frigoris & caloris modũ temperant. Longiſsimi autẽ acceſſus vel digreſſus vtriuſq; exceſſum cauſantur. Et verò Sphęræ ratio docet, Solem neque ſurſum vltra Cancrum, neque deorſum vltra Capricornũ meare. Sed cum ad tropicorũ confinia peruenerit, mox reuerti, quo tempore Solſtitia eſſe dicũtur, quorum Aeſtiuum tunc eſſe contingit, cum Sol maxime accedens ad Zenith capitis noſtri Cancrum ſubintrat, quod noſtro tempore fit circa duodecimum diem Iunij. Hyemale tunc, cum Sol maxime recedens à Zenith capitis noſtri, Capricornũ, quod noſtro etiam tempore contingit circa duodecimum Decembris

cembris. Simili ratione Aequinoctia contingunt, Vernum, Sole Arietis, Autũnale, Libræ caput intrante. Hoc circa vndecimum Martij noſtro æuo, illud circa Septembris decimumquartũ contingit. Variantur autem hæc, quia ecliptica non ſemper ſecat Aquinoctialem in capitibus Arietis & Libræ primi mobilis. Cæterum quod ad anni quatuor tempora attinet, alij cum ſummis declinationibus Solis, tum mediis ſpatiis aſcenſus eius & deſcenſus illa ipſa diſtinguũt. Et Ver tunc eſſe volũt, cum Sol quartam eam Zodiaci partem quæ Arieti, Tauro, Geminis attribuitur, percurrit. Aeſtatem, cum eam quæ Cancrum, Leonẽ, Virginem: Autumnum, cum eam quæ Libram, Scorpionẽ, Sagittarium. Hyemem denique, cum eam quæ Capricornũ, Aquarium & Piſces. Alij ea ipſa tempora diſtinguũt ſecundum naturæ & temperationis ipſorum alterationes, & ita incipiunt ſingula vt Solſtitium, Bruma, & Aequinoctia in medium ſpatium ſuorum quiſque temporum incidat, quod M. Varronem lib. 1. de re ruſtica c. 28. feciſſe conſtat, qui de quatuor anni temporibus ſic ſcripſit, Dies primus eſt, Veris in Aquario, Aeſtatis in Tauro, Autumni in Leone, Hiemis in Scorpione. Cum vniuſcuiuſque horũ quatuor ſingulorum dies tertius & viceſimus quatuor temporum ſit primus, efficitur, vt Ver dies habeat xcj. Aeſtas & Autumnus totidem. Hyems xcij. Hæc Varro. Plinius tamen lib. 18. c. 25. ſcribit differentias temporum fieri in octauis partibus ſignorũ, Bruma Capricorni, Aequinoctium Vernum Arietis, Solſtitiũ Cancri. Alterum Aequinoctium, Libræ. Medici ex aëre pro variis flatibus aliter atque aliter affecto anni tempora diſterminant. Sic id anni tempus Ver vocant, cum aëris conſtitutio calida & humida eſt. Aeſtatem cum aër calidus ſiccus, Autumnum cum frigidus ſiccus, Hyemẽ, cũ frigidus humidus. Sic pro climatum varietate & flatuum alia tempora aliis ſunt breuiora, longiora, citiora, tardiora. Aſtronomi verò horum quatuor tẽporum initia deſumũt (vt & infrà c. 7. dicemus) ex ortu & occaſu magnorum ſyderum, ſic ortum Pleiadum Aeſtati initium dare volunt. Has Columella lib. 11. cap. 2. ſexto Idus Maias totas apparere, ſeptimo autẽ Idus Maij Aeſtatis initiũ eſſe teſtatur. quod etiam Plinius facit lib. 18. cap. 29. Sic Arcturi ortum Autumno, Vergiliarum occaſum, Hyemi initium & Autumno finem (id autem eſt circa initium Nouembris) afferre volunt. Galeno lib. 1. in primum Epide.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 433 sur 567

Capitis tertij Summa.

HAbet & hoc caput idem fere cum superiore argumentum. instituit enim de Sole & Luna persequitur orationem, & vt pleraque eorum quæ iam dicta sunt, hîc repetit, ita pauca quædã alia de ipsorum eorundem syderum in hæc inferiora, effectibus superaddit.

CAPVT III.

AT enim ipse Sol veluti rex quispiam maximus est, Luna, velut nõ paruæ dignitatis vicerex. Hæc in illius & nostrum intermedio collocata regendæ huic inferiori plagæ meritò destinata est, [2] cæteróſq; planetas non quidem efficientiæ dignitate, sed terrarum vicinitate excellit. Omnino ergo tum frigus plagam nostrã occupat, cum Sol ad Brumam Hyemalémque plagam cursum suum inflectit. Omnino verò etiam calor, vbi ipse sublimis supra verticem nostrum consistit, aut verò prope ipsum fertur. At Luna particulares cuiusque mensis dies moderatur: exigua profectò immutandi hæc inferiora facultate prædita, nec eam tamen simpliciter ex se, sed ex eo quòd ab Sole aspicitur & illuminatur, adipiscitur. Validè igitur potentérq; hunc orbem immutat, & cùm ipsa cum Sole cõgreditur, & adhæc cùm pleno orbe lucet. Minus vehementer immutat, dum διχόμηνος, id est, dimidiata est. Obscurius & adhuc minus vehementer, dũ & ἀμφίκυρτος & μηνοειδὴς, id est gibbosa est & curuata in cornua, [3] Cum ergo potentissimè validissiméque præcedentes omnes & modò dictæ Lunæ affectiones hæc inferiora immutent, tunc tamen longe immutat potẽtius, dum cum Sole congrediens sub eius radijs delitescit. Nam alijs modis affecta Luna conspicua & luminosa est. Sic autẽ puta cum Sole coiens, opaca est & lucis expers. Post hunc habitum valide agit in hunc orbem diametra eius constitutio, quæ quasi bipartitò diuidit & secat bifariam contrarias admodũ ipsius-met Lunæ affectiones. Quod vero maximè contraria constitutio sit, incrementum decremento, demonstrare nihil est necesse. Has ipsius constitutiones affectionésve, congressum ipsius cum Sole dico, &

eo,& plenilunium,duæ item affectiones διχότομοι, id est, dimidiatæ sequuntur,ambæ sectam per medium Lunam ostendentes.prior dichotomos,incrementi tempus,posterior,decrementi ostendit.Porrò verò omnium minimè obscurissimèque ambientem nos aerem immutat,dum falcata gibbosaque est.Sed potissimum dum gibbosa. [4] Nulla siquidem in hoc habitu Lunæ magna fit immutatio, vt in falcatis fieri assoleti.Quare non malè [5] Aratus gibbosas tanquam obscuras & ignobiles neglexit.[6] Nec verò tamen sunt ij sua laude priuandi,qui de his etiã scripserunt,quòd scilicet ne vel minima quidem omiserint,& tractatione indigna existimarint.Ergo peculiarem eximiámque immutandi hæc inferiora vim habet plenilunium,& hoc maiorem adhuc Lunæ cum Sole coitus.Nam in plenilunio celerrimæ subitæque fiunt mutationes.In coniunctione autem variæ & diuturnæ.Nam priusquam Luna è radijs Solaribus emergat,nihil queas de aëris immutatione affirmare.[7] At verò totum hoc occultationis tẽpus longum est & diuturnũ,& integri fere vnius signi.Lunæ autem immutatio ab incrementi tempore ad decrementum,momentanea est,& exactè puncto temporis distincta distinctáque.Certum est enim Lunam hanc immutationem quasi momento temporis percurrere.Non igitur abs re mutationes quæ plenilunio fiunt,breues sunt & momentaneæ.Quæ verò coniunctionis tempore,diuturnæ.Nam totum illud tempus,quo Luna occultatur & disparet,sibiipsi simile est,& præterea primæ illuminationis tempus occultationi finitimum est,tum quia apparentis Lunæ portio modica & exigua est,tum quia luminis eius vis obscura est & vix sensibilis,necnon etiam quia breue est admodum tempus quo illa supra terram fertur.

SED enim ipse Sol veluti rex. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν ὅσον βασιλεὺς 1
τις μέγιστος ὄντως, ὁ Σελήνης δ' ὕπαρχος ὁ σμικρός. Non temere est quod Galen.hoc loco Solem regi cuipiã maximo assimilat.Permulta enim Sol cum rege,qui verè rex sit,habet communia.Vt enim rex,quem ad fastigiũ eius dignitatis non ambitio,non fastus,vis,aut dominãdi libido,sed

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 435 sur 567

©BIUM

ſpectata inter bonos probitas & virtus adeo ſingularis, vt omnium virtute maior ſit, euexerit, in medio regni ſui domicilium ſibi locúmq; eligit, vt & in omnes pariter beneficus eſſe, cũctorum ſaluti proſpicere, regnũ ſuum colluſtrare, ac denique ſubiectos placida in pace regere poſsit. Ita Sol medium cæli locũ occupans, & inde totum perluſtrans orbẽ, omniaque largo ſuo lumine complens, rerum omnium conſeruationi ita præeſt, vt omnibus naturis ſalutarem impertiat & vitalem calorem. Luna Solis Vicaria, Ariſtoteli Sol minor, & alterum principium, Galeno hoc loco ὕπαρχος ὁ σμικρὸς, id eſt, non paruæ dignitatis vicerex eſt. Vitam enim noſtram præcipue Sol & Luna moderantur. Nam cum ſint caducorum corporum hæc duo propria ſentire & creſcere, αἰσθητικὸν, id eſt, ſentiendi natura de Sole, φυτικὸν, id eſt, creſcendi natura de Lunari globoſitate ad nos perueniũt. Sic vtriuſque luminis beneficio hæc nobis conſtat vita qua fruimur, ſcribente Macrobio lib. 1. in ſomnium Scipi. Et quia vtrunque ſydus generi humano permagnam adfert vtilitatem, idcirco ambo à Platone non reges, ſed μεγάλοι θεοὶ auguſtiore nomine ſunt appellati. Sol ergo omnis luminis ac proinde etiam caloris fons eſt & origo, abs quo non ſolum Luna, ſed & ſuperiora omnia aſtra lumen mutuantur, argumẽto quod teſtentur Aſtronomi planetas Sole ſuperiores augeri lumine cùm ſunt in auge, quòd tum ad Solem accedant. Minui contrà lumine cum ſunt in oppoſito augis, quod tum ab Sole diſcedat. Luna ergo in infimo orbe radiis Solis ſuccenſa conuertitur. Et quia caducorum regioni (vt loquitur Macrob. lib. 1. ſomn.) luce ſua carenti, proxima eſt, lucem nitti deſuper poſito Sole, cui reſplẽdet, habere non potuit. An verò ipſa regẽdæ huic inferioti plagæ ideireo deſtinata ſit, & cæteros etiam planetas ideo excellat, quòd terris citima, in Solis & noſtrũ medio collocata. An vero quod cum omnium infima ſit, planetarum aliorũ, quibuſcum ſingulis menſibus coit, aſtrorum etiã & cælorum virtutes, influentiaſque, vt vocãt, imbibat excipiátque, quas poſtea in hæc inferiora regerat, Ioanni Pico Mirandulæ aduerſus Aſtrologos, & Aſtrologis aduerſus Picum diſputandum relinquo. Sane Aſtrologi, quibus etiã Plinius lib. 2. cap. 39. ſubſcribit, non planetis ſolum, ſed & ſtellis etiã fixis, magnis ſyderibus, cælis, & radiorum cæleſtium permiſtionibus vim quandam & ſpecificam proprietatem inditam eſſe ponũt, qua cum lumine ſuo hæc inferiora, ſed non æquè ſemper

perafficiant. Volunt enim vim illam ne ſui quidem ſemper eſſe ſimilem, aut vno ſemper modo ſeſe rebus exhibere, ſed alias aliter pro ſtellarum ſitu vario, quarum commixtio implexióque plerũque euariat, quanquam vector ſpiritus, ſeu vis diuinitus in omnes res permeans vna eſt & impermutabilis ſubſtantia. Sic Lunam aut alium planetam potenter operari dicunt, ſi in domicilio ſuo ſit in exaltatione, triplicitate, facie, ſi non ſit cõbuſta, non tardã curſu, non in ecliptica, non in puteis &c. Vnde volunt illi corpora cæleſtia prout fœliciter vel infœliciter affecta ſunt, ita & nos & noſtra opera, aut commodo, aut damno afficere. Nonnulli etiam volunt quòd, quemadmodum qui à cælo Empireo, firmamento & fixis in eo ſtellis effectus proceduntplanetis attribuuntur, potius quàm cælo Empireo, firmamento, aut fixis ſtellis, quòd ſcilicet planetæ & viciniores ſint nobis & magè cogniti. Sic quicunque effectus à cæteris ſex planetis ſuperioribus prouenũt, ea pari ratione Lunæ potius quàm illis attribui, quòd ipſa & citima ſit terris ac proinde omnium aliorum ſuperiorum virtutes in ſe recipiat, & ſit omnibus etiam & vel pueris notiſsima: quod an verum ſit dubitare malò, quàm credere: præſertim cùm non deſint, qui contrarium aſſerentes dicant ſtellas fixas proprias virtutes & ſpecificas habere, quas nullo modo planetis communicent, à quibus tamen totus inferior globus in ſuis partibus variè afficiatur, quod & idem quoque de planetis ad Lunam dici poſsit. Cæterùm quod hic dicit Galen. Lunam in medio Solis & noſtrum eſſe collocatam, videtur hac oratione Soli proximum à Luna ſurſum locum attribuere, Platonem imitatus qui in Timæo ſic ſcribit, Deus in ambitu ſupra terram ſecundum lumen accendit, quod nunc Solem vocamus. Cuius verba planè expreſsiſſe videtur Cicero in libro de Vniuerſitate. Deus ipſe, inquit, Solem quaſi lumen accendit ad ſecundum ſupra terram ambitũ, vt quàm maximè cælum omnibus collucereꝛ, animantéſque quibus ius eſſet doceri ab eiuſdem motu, & ab eo quod ſimile eſſet numerorum naturam vimque cognoſceret. Et tamen ipſemet Cicero in Somnio Scipionis quartum & medium inter planetas locum, Aegyptiorum opinionem ſecutus, Soli attribuit. Nam poſtquã de Saturno, Ioue, & Marte dixit, ſtatim ſubdit: Deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet, dux & princeps & moderator reliquorum luminum. Sanè Macrob. in eum locum locos eos concilians ſcitè

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 437 sur 567

©BIUM

dicit,trium ſibi proximorum Veneris, Mercurij & Solis ordinem,vicinitam confundere. Sed perſpicaciorem tamen obſeruationem meliorem ordinem deprehẽdere ,quem præter indaginem viſus hæc quoque ratio commẽdet,quod Lunam quæ luce propria caret,& de Sole mutuatur,neceſſe eſt fontis luminis ſui eſſe ſubiectam.Subdit hic Galenus;

2 Τὴν Σελήνην ὁ δυνάμεως ἕνεκεν πρὸς τοὺς ἄλλους πλανήτας, ἀλλ' ἐγγύτητι πλεονεκτοῦσαν. id eſt, Lunam non virium dignitate & præſtantia,ſed terrarum vicinitate cæteros planetas antecellere: quod verum eſſe facilè conceſſerit is qui ipſam ex Platonicorum opinione ætheream terram eſſe admiſerit. Triplicem enim illi mundum conſtituentes, vt in præcedentis quoque capitis explicatione docuimus,ſupercæleſtem vnum & ſupremũ Cæleſtem alterum & medium. Tertium ſublunarem & infimũ, omnia quæ in tertio hoc & inferiori ſint in cæleſti etiam (vtde ſupercæleſti interim hic taceam) ſed longè meliori nota ineſſe volũt,quòd ſcilicet cæleſtium natura hac ipſa terreſtri & fæculenta multò purior ſit,ſyncerior,& ad hæc etiam ſupremo mundo necnon & eius & amborum etiam inferiorum factori,rectori & moderatori vicinior, eóque ad virtutes etiam quas ille afflet & aſpiret,ſuſcipiendas accommodatior. Lunam ergo Platonici elementali terræ ideò in cælo reſpondere volunt, quòd ea opacitate, denſitate & maculis terræ perſimilis , omnium etiam corporum cæleſtium minima, infima, ignobiliſsima baſis ſit & fundamentum,haud aliter ac terra hæc elementorum reliquorum. Immobilis tamen Luna, ſicut terra hæc eſſe non potuit, quia in ſphęra quæ voluitur,nihil manet immobile præter centrum. Quâ ergo Luna talis eſt,opaca dico,denſa, maculoſa, omnium ſuperiorum minima & infima(qui gradus eius virtute minus potentem perfectámque de ſe eſſe arguit) quâ vitæ inquam & mortis confinium, quâ lucis denique expers eſt , eatenus aliis ſyderibus ſua quæque propria luce & ſublimiori ac illa loco lucentibus antecellere dici haud quaquam poſsit. Quâ verò ipſa ſuperiorum omnium ſyderum,quibus cum ſingulis menſibus coït,lumen & cum lumine etiam vim quandam & mores non ſolùm in ſe tanquam in gremium recipit & imbibit. (Nam præter lucem virtutes etiam quaſdã corpora ſuperiora huc demittere,&,vt loquũtur,influere ſunt qui aiant)ſed & largè,& habito

bito ad ſuperiora reſpectu, immediatè in hæc inferiora refundit, eatenus cæteris ſyderibus & corporibus cæleſtibus dignitate præſtare, & non ſolùm hæc inferiora regere, ſed & omnium etiã quæ hic ſint, auctor eſſe & conditrix iure dicatur. Sed quoniam ſatis ſupérque hactenus oſtendi, Solẽ Solſtitiali ſe & Brumali reuocatione conuertentẽ æſtates & hyemes efficere, ſicuti & Ver etiam & Autumnum, Lunam particulares vniuſcuiuſque menſis dies regere & diſpenſare, eãdem de ſe exigua admodum immutãdi hæc inferiora facultate eſſe præditam, & quam quidem habeat, eam abs Sole vna etiam cum lumine mutuari reſtat, vt pari ratione doceam, Cur vehementiores validioréſque ſint mutationes quæ tum circa congreſſum Lunæ cũ Sole, tum circa eiuſdem etiam ad Solem ex diametro oppoſitionem, ſeu ſi vis in plenilunio, fiant. Illis verò minores & minus validæ, quæ in habitu eius dichotomo fiunt, id eſt, cum æqua portione diuiſa eſt. Obſcuriores verò & adhuc minus vehementes in habitu (ſic Plinius lib. 18. cap. 28. quas hìc Galenus διαθέσεις τ̃ Σελήνης, Cicero in lib. de Fato affectiones appellat) amphicyrto, id eſt, cum medio orbe maior eſt, ſeu vt Plinius habet lib. 2. cap. 9. ſinuata in orbem, & in habitu etiã μηνοειδ̃ῆ, id eſt falcato, aut curuato in cornua. Id enim hoc loco Galenus aſſerit his verbis: τὰς μὲν ἡμίσεσι τ̃ῶν μηνῶν ἡμέρας ἡ Σελήνη διαλάττει. σμικρᾶς μεταβολᾶς ὀξυσίαν ἔχοσας, καὶ ταύτην ὀκ ἁπλῶς, ἀλλ' ὀξ ὧν ὑφ' ἡλίου βλέπετ̃αι. σφοδρότεραι μὲν ὃν αἱ μεταβολαὶ κατὰ τὰς πρὸς ἥλιον αὐτ̃ῆς εἰσὶ συνόδους, καὶ πρόσθε τὰς πανσελήνους φάσεις ὀνομαζομένας. ἐλάττους δὲ τούτων ἐν ταῖς διχοτόμοις, ἀμυδραὶ δ' ἐν ταῖς ἀμφικύρτοις τε καὶ μηνοειδ̃έσιν. Sanè vehementes validæque (σφοδρότεραι enim comparatiuum vim poſitiui habet) ſunt mutationes alterationéſue quæ cùm circa interluniũ tum etiã circa plenilunium fiunt, quia tunc temporis Luna plurimum lu minis de Sole haurit. Vtroque enim habitu plena eſt, docente Plinio libr. 18. cap. 28. Sed interlunio omne lumen quod à Sole accipit, cælo regerit, eóque frigefacit: quia ſcilicet lumine deſtituta à nocturno frigore minus nos defendit. Et id eſt quod Ioãnes Picus Mirandula cap. 5. lib. 3. dicit: Agit, inquit, in nos Luna Soli congrediens eo modo quo quis agit, nihil agendo. Nam deſtituens corpora ſuo lumine, nocet illis: ſed eadem adoleſcens plenius alit, & ſuccolentius implet. Quod & idem eodem libro repetit cap. 6. quod verò ad plenilunium attinet, mutuatitium

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 439 sur 567

ipsa lumen ipso plenilunio largè refundit in terras, eóquè calida est. Differentia tamen vtriusque habitus magna est, inquit loco nuper citato Plinius, sed manifesta. Nam æstate interlunio calidissima est, Hyeme gelida. Econtrario in plenilunio æstate gelidas facit noctes, Hyeme tepidas. Causa euidens: sed alia redditur à Fabiano & Græcis auctoribus. Aestate enim interlunio necesse est vt cum Sole nobis proximo circulo currat, igne eius cominus recepto candens. Eadē interlunio absit Hyeme, quando abscedit & Sol. Item plenilunio æstiuo procul abeat auersa Soli. Hyeme autem ad nos per æstiuum circulum accedat. Huc pertinet quod in mutatione omnia sunt varia maximè & inconstantia vagáque, Aristoteli Proble. 12. Sectio. 26. Immutatur autem Luna cùm è plena vacua fit, & cùm rursum è vacua, plena. His positis facile est intelligere minus vehementes esse mutationes quæ diuidua Luna, & his adhuc minus vehemētes esse, quæ gibbosa falcatáque fiat, quòd hi habitus Lunæ plus minus de lumine Solari participent recipiántque, & medij sint inter plenilunium & interlunium, quibus Luna, vt dixi modò, maximè immutetur. Etsi verò simpliciter Galenus μεταβολὰς, id est, mutationes fieri hoc illo habitu Lunæ dicit non addito nomine rei cuius fiat mutatio: tamen cùm ex his quæ subiūgit, tum ex ipsa rerum euidentia licet colligere ipsum de aëris mutationibus seu alterationibus, quæ hoc illo modo affecta Luna fiant, loqui. Ad illa enim quæ paulò antè citata sunt, paucis interpositis subiungit: πάντων δ' ἐσχάτη τε καὶ ἀμυδροτάτη προπαὶ δ' περιέχοντα ἡμᾶς ἀέρα ἐν τοῖς μινυσθέσι τε καὶ ἐμφικύρτοις φάσεσι γίνονται. i. omniū verò tenuissimæ obscurissimæq; ambientis nos aëris mutationes in falcato habitu Lunę gibbosóq; fiūt. Et proximo ea dicet: τὸ πίπαν δὲ τρεῖς ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον ἀόρατος (sic enim legendum est, expungendáque particula ἢ, quæ inter dictiones duas vltimas in vtroq; Græco codice reperitur) γίνεται τελέως, ἐν αἷς ὅπῃ τὸ πᾶν παρ' ἡμῖν ἀλλοιοῦν ἱκανὴ, id est, omnino autem toto illo triduo quo in coitu est, plane est inuisibilis, quo tempore nondum hæc inferiora immutare potest. Et cap. etiam 5. multò apertius, cùm sic scribit: Τὸ δ' ὅλῳ μεταβάλλει μεγάλας μεταβολὰς ὁ περιέχων ἡμᾶς ἀὴρ ὑπ' αὐτοῦ τε τοῦ πρώτως κρύπτεσθαι ὑπὸ πάλιν αὖ πρώτως φαίνεσθαι τοῦ Σελήνην, &c. id est: Cæterùm quod ambiens nos aër magnas mutationes sustineat, dum primùm occultatur Luna, & dum primùm rursus apparet, &c. Quin ipsa quoque rei euiden

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 440 sur 567

euidentia fidem facit ipsum de aëris mutationibus loqui. Nam illis habitibus & modò dictis Lunæ configurationibus, imò verò in horas & singula ferè momenta aërem mutari alterariue deprehendimus. Nam modò frigidus est, modò calidus, humidus interdum, interdum siccus, grauis, leuis, rarus, densus, ventis agitatus, silens & quietus. Nocte media & meridie maximè tranquillus & serenus, vt Proble. 4. Sect. 25. Sole se attollente interdum agitatus ventis, interdum quiescens, vt Problem. 34. Sectio. 26. Sub auroram frigidus. Sub meridiē calidus: noctu potius quàm interdiu serenus, vt Problem. 5. & 7. Sectio. 25. Aestate mitis & tranquillus. Hyeme frigidus & condensatus Hippocrati libello de flatibus. Interlunio item frigidus, maximè si cum alio frigido, vt Saturno, Luna coeat; & in locis cæli frigidis, vt in Capricorno, in signis item frigidis, vt piscibus. Plenilunio cōtrà calidus, maximè si cum alio calido, vt verbi gratia cū Marte aut Ioue sit, locis cæli & signis calidis. In cæteris Lunæ habitibus ad horum dictorum modo portionem similiter sese habet aër, qui vt propter essentiæ tenuitatem promptè alteratur immutatúrque, cùm à superiorum corporū latione, tum ab iis quæ ex terra & aqua euaporantia & exhalantia, cum ipso cōmiscentur. Ita promptè hæc quoque inferiora, atque adeò corpora etiā nostra immutat, citò, multum, continenter, & necessariò, quod ab eo fruendo nulla nobis requies contingat, vt non abs re scripserit Hippocrates: Corpora nostra pro varia ambientis nos aëris constitutione affici. Et item lib. de Flatibus. Ipsum esse Lunæ fundamentum & terræ vehiculum: aërem autem Lunæ esse fundamentum interpretor, id est, materiam, seu subiectum primum, quo aliter atque aliter à corporibus cælestibus, atque adeò à Luna ipsa (de qua nobis præcipuus hic sermo est) alterato, res hæ sublunares secundario aliter atque aliter afficiuntur. Sic Luna in coitu ipsum infrigidare, in plenilunio calfacere dicitur, non quòd ea frigida calidáue sit. (Nam has qualitates elementorū, & his quæ ex his sint, proprias esse, nec posse cælestibus corporibus conuenire sunt qui affirmēt) sed ab effectu id præstare dicitur, quomodo mortem pallidam esse, motum & vinum calfacere, & quietem frigefacere dicimus, nisi si mauis aërem Lunæ fundamentum interpretari, quòd ipse aër & Lunæ & Solis etiam cursum perpetuum conseruet, vt eodem etiā loco scribit Hippocrates, docēs Solis, Lunæ & astrorū omnium

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 441 sur 567

©BIUM

curſus per ſpiritum ſeu aërem procedere. Terræ autem vehiculum eſt aër (vt id obiter etiam interpreter) vel quòd aër terram vehere & producere faciat quæcunque illa vehit & producit (quomodo dicimus humidum eſſe vehiculum calidi innati,) vel quòd ipſam vndequaque amplectens vehat, & eo quem nacta eſt loco contineat: quam interpretationem ſequi videtur Macrob. qui lib. 1. Sõnij de ſylueſtri tumultu ſeu materia de qua facta ſunt omnia: (ſic enim Chaos vocat) loquens ſic infit: Quicquid ex omni materia de qua facta ſunt omnia puriſsimũ & liquidiſsimum fuit, id tenuit ſummitatem, & Aether vocatus eſt. Pars, cui minor puritas, & inerat aliquid leuis ponderis, aër extitit, & in ſecunda delapſus eſt. Poſthæc quod adhuc quidem liquidum, ſed iam ad tactus vſque offenſam corpulentum erat, in aquæ fluxum coagulatum eſt. Iam verò quod de omni ſylueſtri tumultu vaſtum, impenetrabile, denſatum, ex defęcatis abraſum recedit elementis: hæſit in imo, quod demerſum eſt ſtringente perpetuo gelu, quod eliminatum in vltimam mundi partem longinquitas Solis coaceruauit. Quod ergo ita concretum eſt Terræ nomẽ accepit. Hanc ſpiſſus aër & terreno frigori propior quàm Solis calori ſtupore ſpiraminis dẽſioris vndique verſum fulcit & continet, nec in receſſum aut acceſſum moueri eã patitur, vel vis circũuallantis, & ex omni parte vigore ſimili librantis auræ, vel ipſa ſphæralis extremitas. Hæc ille. Sed enim ex locis nuper citatis, & ex rei etiam euidentia liquidò conſtat Galenum hîc per τὰς μεταβολὰς nihil aliud intelligere, quàm ἀλλοίωσεις ἅσι προπὰς περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. id eſt, immutationes ſeu alterationes ambientis nos & circunſtantis aëris.

3 *Cùm ergo potentiſſimæ validiſſimæque, &c.* Vix affirmare auſim me in huius loci conuerſione fidi interpretis functum eſſe munere: adeò mendoſus mihi viſus eſt & ſemper ſuſpectus habitus locus. Græca adſcribam, vt de iis æquus lector ferat ſententiam, & loco, ſi quam poſsit, medicinam faciat. Sic verò habet vterque codex: ἰσχυροτάτῳ μὲν γὰρ εἰς ἀλλοίωσιν τῷ ἐμπεδοῦν ὄντως, ὥστε συνεῖναι τι καὶ καταλάμπεσθαι. φαινομένην γὰρ τέως, ἀφανὴς νῦν ἐστιν. Ἐφεξῆς δ' ἁ διαμετρος πάσης ὡς ἂν διορίζοιεν οἱ δίχα τεμνοντες τὰς φανερωτάτας τῆς Σελήνης διαθέσεις, ἰσχυροτάτῃ τῷ ἄλλῳ ἐστίν. Cęterùm quod Gale. hic dicit: τῷ Σελήνην ὥστε συνεῖναι ἀφανῆ εἶναι. id eſt, Lunam in coitu opacam eſſe, & lucis expertem. Id ex corum

rum opinione dicit qui Lunam ſuo lumine lucere negãt: in quibus eſt Cicero, qui in Somnio Scip. de ea loquens ſic dicit: Ex quibus erat ea minima quæ vltima à cælo citima terris, luce lucebat aliena: quem locum exponens Macrob. negat eam habere poſſe lumen proprium, quòd ipſa ſola ſub Sole ſit. Plinius tamen lib. 2. cap. 9. Lunam in defectu etiam eſſe conſpicuam ſcribit, & Ioannes Picus Mirand. ipſam eam lumen, ſed obſcuriſsimum & tenuiſsimum habere credi poſſe docet libr. 3. cap. 5. aduerſus Aſtrolo. vnde in coïtu, inquit, non omnino fugit obtutum. Sanè in dubium venit, an Luna legitimo an notho, item radiis Solaribus refulgente lumine, an de ſe tantùm proprio priuatim luceat, an verò neutro horum modorum, ſed ex ambobus, quaſi ex proprio & alieno ignis ſit commiſtio, quod reuocaſſe in dubium Philonem Iudæum, in oratione qua oſtendit à diis immitti ſomnia, liquet ex his illius verbis: Τί δ' ἡ Σελήνη πότερον γνήσιον ἢ νόθον ἐπιφέρει φέγγος ἡλιακαῖς ἐπιλαμπόμενον ἀκτῖσιν, ἢ καθ' αὑτὸ μόνον ἴδιον, ἢ τούτων δυοῖν ἕτερον; τὸ δ' ἀμφοῖν ὡς ἂν ἐξ ἀλλοτρίου καὶ ἀλλοτρίου πυρὸς κρᾶμα;

Nulla ſiquidem in hoc habitu Lunæ. Cur in falcato habitu Lunæ maior fiat aëris immutatio, quàm in gibboſo, cauſam reddit ipſemet Galenus in extremo huiuſce cap. fine, quæ cauſa quanquam de primo illuminationis tempore, ſeu de falcato creſcentis Lunæ habitu dicitur, ea tamen etiam de habitu falcato decreſcentis dici poteſt, & huic etiam accommodari. 4

Aratus gibboſas neglexit. Aratus dum cæterorum Lunæ habituum mentionem facit, ἀμφικύρτους, id eſt gibboſas videtur ſilentio præterire, ac proinde illum habitum non ita magni facere. verſus hi ſunt apud Aratum: 5

Οὐχ ὁρᾶις ὁλίγην μὲν ὅταν περάασσι Σελήνην
Ἑσπόθεν φαίνῃ, ἀξομβίοιο διδάσκει
Μηνός; ὅτε πρώτην ἀποσκίδναται αὐτόθεν αὐγήν,
Ὅσσον ἐπισκιάειν ἐπὶ τέτρατον ἤματι ἴσῃ.
Ὀκτὼ δ' ἐν ἰχάσι, δίχόμηνα δὲ πάντι πρόσωπα,
Ἀεὶ δ' ἄλλοθεν ἄλλα παρακλίνασα μέτωπα,
Εἶεν ὁπόσσαίην μηνὸς πύκτιλλε φάος.

Interpres ſic:

Nonne vides primùm cùm Phœbe in Cornua ſurgit

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 443 sur 567

©BIUM

Tenuia, & angusto lumen iacit ore per æthram
Decedente die, pronôque ab tramite Solis.
Promat vt ingressi solers tibi tempora mensis
Sunt tales quatuor ortus,
Marcentis Lunæ, quales sub mense renato,
Quattuor exurgunt languentis luminis vmbræ,
Atque bis octonas includunt ordine luces.

Sanè Philo de mundi opificio quatuor tantùm Lunæ mutationes videtur admittere, cùm scribit· Καὶ τροπαὶ δὲ σελήνης ἑβδομάσι γίνονται συμπαθεστάτῃ πῶς τὰ ἐπίγεια τοῦ ἄστρου, καὶ ὡς μὴ τὴν ἀέρα μεταβολὰς ἐργάζεται, μάλιστα τοῖς καθ' ἑβδομάδα χειμαζομοῖς ἀποτελεῖ· τὰ γεμὴν θνητὰ, ὡς ἔφην, ἅπαντα σωῦσα ἀπ' οὐρανοῦ θειοτέραν ἀρχὴν καθ' ἑβδομάδα σωτηρίως κρινεῖ), &c.

6 *Nec tamen sunt ij sua priuandi laude.* Habenda est, inquit, gratia iis qui suo labore rem literariã iuuare conantes in rerũ sublimium tractatione, ne minima quidẽ tractatione indigna omittunt. Quod id non fiat, conqueritur Plinius lib. 2. c. 9. his verbis· Non sumus profectò grati erga eos qui labore curáque lumen nobis aperuere. In hac luce mira quoque humani ingenij peste sanguinem & cædes condere annalibus iuuat, vt scelera hominum noscantur mundi ipsius ignaris, &c.

7 *At verò totum hoc occultationis tempus.* Venetianus Asulani codex Græcus habet: πολὺς δ' ἔστ' ὁ χρόνος ὁ τῆς κρίσεως δῆλα ὅλα χειρόν τῆς ζωῆς. cùm tamen legendum sit: ὁ χρόνος ὁ τῆς κρύψεως, quam dictionem Germanicus margini habet adscriptam. Cæterùm de occultationis tempore suo loco posteà dicemus. Monere tamen obiter hoc loco non erit alienum, quod cùm signum quodlibet gradus triginta contineat, occultationis autem tempus integrum signum non expleat, fieri, vt si Luna biduum latuerit, de integro signo deficiant gradus tres cum minutiis 38. Deferens enim Lunæ mouetur omni die gradibus tredecim & minutiis fere vndecim, qui diurnus motus Lunæ dicitur. Vnde biduo absoluit 26. grad. & minut. 22. Sic quò plures gradus tempore occultationis Lunæ de integro signo deficient, tantò minus erit tempus occultationis: quò pauciores deficient, eò maius erit occultationis tempus.

Capitis

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 444 sur 567

Capitis quarti Summa.

POstquam ostendit Solem & Lunam hæc inferiora regere & dispensare, iam declarare pergit, quo tempore Luna agere in nos occipiat, & Crises salubres efficere. Inde etiam de eius motu & mensibus consecutionis, &, vt vocant, illuminationis pertractat.

CAPVT IIII.

IVTA[1] igitur & salubris Crisis tum contingit, cum morbi status de totius mensis diebus occursurus futurúsque est in secundo die ab eo quo prima & manifesta Luna satis iusta mora tẽporis supra terram apparet, luménque sensibile demittit in terras, & vmbram etiam euidenter ostentat. Primus autem dies tandiu Lunam supra terram vagantem habet, quandiu etiam Solis lumen, quod post eius occasum est, tardat. Quare in hoc Luna simul etiam cum lumine Solis occidit. Frequenter verò etiam prior. At conspicua primùm secundo die apparet, & interdum quidem ocyus, interdum verò tardius. Id quod accidit pro ratione distãtiæ recessus eius abs Sole. Distantia autem seu interuallum abscessus, ob peculiarem Lunæ motum causatur. Non enim æquabili semper celeritate mouetur, cum propter latitudinis immutationem, tum propter signorum occasum, qui non vno eodémque tempore solet contingere, necnon etiam & ob præteriti coitus tempus. Quare non vno semper determinatóque tempore Luna clarè conspicitur & apparet. Vt plurimum autem toto illo triduo, quo in coitu est, plane obscura nec aspectabilis est, quo tempore nondum hæc terrena immutare potest.[2] Et sanè quodammodo tempus cum peculiaris eius circuitus tum facultatis agendi in nos in idem recidit. Nam circuitus peculiaris & proprius eius, vicenis septenis diebus & tertia ferè diei parte absoluitur. In tanto enim tempore totum signiferi circulum percurrit. Quòd autem is circuitus quo nobis conspicua illucescit, eidẽ quoque numero congruat, aperte intelliget is,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 445 sur 567

qui occultationis tempus de toto menstruo tempore subtraxerit. Quòd autem menstruum tempus non omnino triginta diebus constet, sed his minus vnius diei dimidio, integro libro Hipparchus demonstrauit. Quin & vulgus propè vniuersum nouit, mensium alium esse, quem κυκλον, id est, cauum nominant, nouem & viginti diebus constantem, alium verò plenum diebus triginta integratum. Oportet autem amborum mensium totos dies ad nouem & quinquaginta assurgere. Siquidem alteruter in totum triginta dierum est, dempta tamen dimidia dici parte.

1 IVTA igitur & salubris, &c. Græca littera obscurior est, & ita habet: Ἀσφαλὴς δὴ ἡ κρίσις ἀποτελεῖ, ἢ ἐν ὅλῃ τοῦ μηνὶ γενησομένης κατασάσεως ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν ἐν ᾗ πρώτῃ καὶ ἀφὴς ἡ Σελήνη τὴν χρόνον ἀξιόλογον ὑπὲρ γῆς ἤδη φαίνεται, καὶ φῶς αἰσθητὸν ἀποπέμπει ἐπὶ σκιᾶν ἐναργῶς δηλοῦσα. Galenum tamen hoc dicere velle puto: Crisibus tutiorem eam fore & ante alias, ad bonum futuram, quæ in vigore morbi contingens fortè incidat in secundū diem ex quo Luna è radiis solaribus emergere, & lumen in terras sensibile demittere cœperit, id autem est quarto à coitu die. Porrò verò verisimilius est Crisim tunc tēporis contingentem bonam & ad salutem potius quàm ad mortem futuram, quòd spes sit ægrum haud aliter sanitatem & vires, ac Lunam lumen & vires etiam recollecturum. Possis tamen & hunc locum ad indicium futuræ constitutionis aëris per totum mensem referre. Et ita intelligere: Tutum igitur firmúmque futuræ per totum mensem constitutionis aëris indicium fuerit in secundo die in quo prima & manifesta Luna satis iusta mora tēporis &c. Quomodo autem aut quando Luna lumen suum à coitu recuperet, pulchre docet Macrob. lib. 1. somnij. Luna, inquit, postquam à Sole discedens nouata est, secundo ferè die circa occasum videtur, & quasi vicina Soli quem nuper reliquit. Postquam ille demersus est, ipsa cæli marginē tenet antecedēti super occidens. Tertio die tardius occidit quàm secundo. Ita & quotidie longius ab occasu recedit, vt septimo die circa Solis occasum in medio cælo ipsa videatur. Post alios verò septem cum ille mergit, hæc oritur, adeò media parte mensis dimidium cælum, id est, vnum hemisphæ

miphærium ab occaſu in Orientem recedendo metitur. Rurſus poſt ſeptem alios circa Solis occaſum latentis hemiſphærij verticem tenet, & huius rei indicium eſt, quòd medio noctis exoritur. Poſtremo totidem diebus exemptis Solem denuò comprehendit & vicinus videtur ortus amborum, quandiu Soli ſuccedens rurſus mouetur, & rurſus recedens paulatim ſemper in Orientem regrediendo relinquat occaſum. His haud diſsimilia habet Plinius lib. 18. cap. 32. quo loco poſtquam multa de Lunari ratione dixit, ſubdit: Quoties ab occidente Sole cernitur, prioribúſque noctis horis lucebit, creſcens erit, & oculis dimidiata iudicabitur. Cum verò occidente Sole orietur exaduerſo, ita vt pariter aſpiciantur, tunc erit plenilunium. Quoties ab ortu Solis oritur, prioribúſque noctis horis detrahet lumen & in diurnas extendet, decreſcens erit, iterúmque dimidia. In coitu verò, quod Interlunium vocãt, cum apparere deſierit. Supra terras autem erit, quandiu & Sol, interlunio, & prima tota die. Secunda, horę noctis vnius dextante Sicilico, ac deinde tertia vſq; ad quintamdecimam multiplicatis horarum iſdem portionibus. Quintadecima tota ſupra terras noctu erit, eadémque ſub terris tota die. Decimaſexta, ad primæ horæ nocturnæ dextantem Sicilicum ſub terra aget. Eaſdem portiones horarum per ſingulos dies adiicit vſque ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, quòd ſub terris agat, tantundem nouiſsimis ex die adiiciet ſuper terram. In ſumma confert hoc loco Plinius tẽpora creſcentis Lunæ cum temporibus decreſcentis. Dicit autem, Lunam prima decreſcentis die totam ſuper terras eſſe, prima creſcentis, totam ſub terris. Item ſecunda decreſcentis ad primæ noctis horæ dextantem Sicilicum, id eſt, vncias decem & quartam vnius vnciæ partem agere ſub terris, ſeu tandiu hemiſphærium conſcendere tardare. Secunda verò creſcentis contra, dextantem item Sicilicum ſupra terras poſt Solis occaſum agere, ſeu tandiu occidere tardare, vt pote dextantẽ Sicilicũ, & pari ratione ſingulis diebus tum creſcere, tum decreſcere. Eſt autẽ dextans, aſsis pars decima: Sicilicus vnciæ pars quarta, duabus drachmis ſeu ſcrupulis ſex reſpondẽs. Quin & idem etiam Plinius de Lunæ motu, lib. 2. cap. 14. hæc habet, Lunam ſemper auerſis à Sole cornibus, ſi creſcat, ortus ſpectare. Si minuatur, occaſus haud dubium eſt. Lucere dodrantis ſemuncias horarũ ab ſecunda adiicientem vſque ad plenum orbem, detra-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 447 sur 567

hentémque in diminutionem. Intra quatuordecim autem partes Solis ſemper occultam eſſe, ſignificat autem hic Lunam per dodrantes ſemuncias, id eſt, per vncias nouem cum dimidia ſingulis poſt coitum diebus augeri, vnde & colligere poſsis eandem poſt plenilunium totidem vnciis minui: paulum quid autem de ſuperiori quantitate detrahit, vt pote vnciam vnã quarta dempta, id eſt, vnciæ tres quartas: paulum quid autem de ſuperiore quantitate detrahit, forte quia hic exactiori calculo Lunæ motum ſubduxit. Nec verò alienum etiam à propoſito fuerit hic adſcribere quod de eadem Luna idem etiam Plinius lib. 2. cap. 17. ſcribit, quod & confirmat Macrob. lib. 1. ſomnij. Dicit verò Plin. Lunam bis coitum cum Sole in nullo alio ſigno facere quàm in Geminis. Non coire aliquando in Sagittario tantum. Nouiſsimam vero primámque eadem die vel nocte nullo alio in ſigno quàm Ariete conſpici. Id quod paucis, inquit, mortalium contingit. Et inde fabula cernendi Lynceo. Cæterùm triplicem cauſam afferunt Aſtronomi cur fiat vt Luna modo ſeriùs modo ocyùs poſt coitum appareat. Quòd ocyùs, primam faciunt cauſam, veri motus eius velocitatem, tunc autem velocem eam eſſe curſu aiunt, cùm ipſa inferiorem Epicicli partem, quæ ſecundum ſignorum ſucceſsionem fertur, percurrit. Secundam, cum mouetur in latitudinem Septemtrionalem, ſeu cum coniunctio fit in capite Draconis, vt ab initio Capricorni ad initium Cancri. Tertiam, quando fit cõiunctio in ſignis recte occidentibus propter maiorem ab horizonte eleuationem, id eſt, quòd plures ſint gradus circuli reuolutionis Lunæ ſupra horizontem, quàm de gradibus Zodiaci decurſis à Luna. Quoties ergo hæ tres cauſæ concurrunt, tunc eodem die & vetus & noua Luna apparet. Quoties duæ tantum, tunc ſecunda tantum die poſt coniũctionem apparet. Quoties verò vna ſola harum cauſarum adeſt, tunc tertio tandem die apparere incipit. Contrà quoties trium prædictorum contrarium accidit, quarto tum die eam apparere & è radiis Solis emergere conſpicuam contingit.

2 *Et ſanè quod ämodo tẽpus.* Galenus hîc τὸν χρόνον τὸν οἰκεῖον περιόδου, id eſt, tempus proprij circuitus Lunæ vocat eum quem ca. 2. lib. 2. vulgo menſem peragrationis vocari docui, quo ſcilicet tempore Luna ab vno Zodiaci puncto in idem redit, in quo circuitu peragrando dies 27. cum horis 8. inſumit. De hoc loquitur

tur Macrob.lib.1.somnij in hanc sententiam, Luna,inquit, octo & viginti propè diebus totius Zodiaci ambitum conficit. Nam etsi per triginta dies ad Solem à quo profecta est, remeat, solos tamen fere 28. in tota Zodiaci circuitione consumit.Reliquis, Solem,qui de loco,in quo eum reliquit,abscesserat,comprehendit. Sol enim vnum de duodecim signis integro mense metitur. Ponamus igitur Sole in prima parte Arietis cõstituto,ab ipsius, vt ita dicam,orbe emersisse Lunam, quod eam nasci vocamus. Hæc post vigintiocto dies & horas ferè septem ad primam partẽ Arietis redit,sed illic non inuenit Solem. Interea enim & ipse progressionis suæ lege vlterius abscessit,& ideo ipsa necdum putatur eò vnde profecta fuerat reuertisse, quia oculi nostri tunc non à prima parte Arietis,sed à Sole eam senserant processisse. Hunc ergo diebus reliquis,id est, duobus plus minúsve consequitur,& tunc orbi eius denuo succedens ac denuo inde procedens,rursus dicitur nasci. Circuitum verò quo nobis conspicua illucescit Luna, & quem loco supradicto mensem illuminationis seu apparitionis nominari dixi,idem Galenus hic vocat τὸν χρόνον ἢ ἐς ἡμᾶς ἐνεργείας· καὶ πάλιν περίοδον τὸ πρὸς ἡμᾶς φάσεως. Hunc circuitum non sibi semper esse æqualem idcirco docuimus, quòd occultationis tempus non sibi semper æquale sit. Ipsum tamen vulgo dierum 26.& horarũ 12.faciunt,secundum quam rationẽ breuior esset mense peragrationis horis 20.quod constabit si tot horas 20.dico,ad vigintisex dies & horas duodecim addideris.Summam enim conflare comperies dies 27. & horas 8. Toties autem numerus dierum circuitus ἢ πρὸς ἡμᾶς φάσεως ἤτοι ἢ ἐς ἡμᾶς ἐνεργείας, id est, apparitionis seu illuminationis congruit cum numero dierum mensis seu circuitus ἢ οἰκείας περιόδου, id est, peragrationis quoties Luna in coitu biduo & horis 4.delitescit:quoties autẽ mensis illuminationis dierum est 26.& horarum 12.toties Luna totum triduum delitescit, & quoties biduum latet,toties mensis ille apparitionis dierum est 27.& horarum 12.quoties item vnum diem latet, toties ille 28. dierum & horarum 12.est. In summa quo diutius latet Luna,eò breuior mensis apparitionis est.Contrà,quantò minori tempore latet,seu, si vis, quò citius emergit, eò mensis ille maiori dierum numero abundat. Cæterùm ὁ μηνιαῖος χρόνος simpliciter hîc Galeno dicitur,tempus illud, quod confectionis mensem paulò antè vocari dixi:licut ὁ ἢ πρὸς ἡμᾶς φάσεως ἤτοι περίοδος

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 449 sur 567

φὶ εἰς ἡμᾶς φανερώσεως dicitur tempus apparitionis: & ὁ ἀπὸ ταύτης πορεύσεως χρόνος siue ὅλη σεληνιακὴ περίοδος, tempus peragrationis, vt hoc loco à Galeno constitutam triplicium mensium Lunarium differentiam videre possis, sicuti & paulò post cap. 9. lib. 2. Quomodo verò mensium alius sit κυλλὸς, id est, cauus, 29. diebus constans, alius πλήρης, id est, plenus diebus triginta integratus, facile deprehendas ex himerologio c. 2. lib. 2. antea adscripto. Sanè Plinius lib. 18. ca. 32. horum etiam mensium meminit. Nam de Luna loquens, alternis, inquit, mẽsibus triginta implebit numeros. Alternis verò detrahet singulos: si ergo hos numeros, 30. dico & 29. coniunxeris, 59. conflari comperies. Sed de his etiam antè diximus cap. scilicet 2. lib. 2.

Capitis quinti Summa.

REdit iterum ad Lunam, docetque eam tantam mutationem in aere corporibus & morbis causari, quantam ipsa per septimanas sustineat. Inde docet facile esse ex singulis eius affectionibus habitibúsque, sed potissimùm ex habitu falcato aëris, ac proinde etiã corporum & morborum statum prædicere.

CAPVT V.

QVEMADMODVM *igitur toti anno Sol praeest, eúmque moderatur & regit, ita* Luna *mensem, quae singulis septimanis immutatur & habitũ alium atque aliũ in se recipit. Nam à prima sui illuminatione ad se dimidiatã à dimidiata, ad se plenam (vtrumuis tempus dierũ septem est, vtrunque simul, quatuordecim.) Similiter item si à plenilunio quo scilicet tempore ipsa æqualiter mensem diuidit, vsque ad secũdam dimidiatam supputaueris, septem quoque tum hos dies, tum reliquos qui inde sunt vsque ad id tempus, quò planè occultetur & dispareat, totidem esse numero comperies. Cæterùm quòd ambiens nos aër magnas mutationes sustineat, dum primùm occultatur* Luna, *& dum rursum primùm apparet, nemo ignorat mortalium, omniúmque minimè ij, quibus hoc studium curæ est, agricolæ scilicet & nautæ, qui aëris constitutionem tunc temporis*

ris prædicunt quo primùm tempore Luna apparens vento cuipiam aduersa opponitur.[2] Quamobrem Aratus quodam loco verissimè de Luna tum primùm post coitum apparente hæc canit,

Sic Arati interpres,

Istius in Boream quod se sustollit acumen
Si curuum specie velut armatum, assore cælo
Sæua procelloso prædicet flabra Aquilonis.
Inferiore plaga, si Lunam tertius ortus
Proferat, atque Deæ conuoluat circulus oras,
Suffusus rutilos mox tempestate sonora
Spumosum latè pelagus canescere cernes.

Quin & eodem quoque libro in hanc quoque sententiam canit,

Non vnum deprensa diem tibi signa loquentur,
Nec vulgò in cunctis adsunt præcepta diebus.
Sed quæ signa nouo dederit mox tertia in ortu
Quartáve sustollit medios dum Cynthia vultus,
Durabunt cælo medio quæ edixerit ore.

Non[3] dicit signa primæ illuminationis satis esse ad prædicendum aëris statum, per totum mensis tempus ab initio ad finem, sed plenilunium & dichotomos Lunas mutationes etiam quasdam causari & adferre.[4] Porrò verò omnis velox mutatio Crisis appellatur.[5] Et constitutionem quidem de Luna falcata potissimum dicunt: deinde ad plenilunium quoque transferunt similiter appellantes. Hoc enim validas vires etiam habere queat. Sed dimidiatæ Lunæ constitutiones affectionésve eodem ipso plenilunio sunt imbecilliores, quanquam & ipsæ quoque de aëre decernant. Itaque iam perspicuum est mensem à Luna secundum septimanas immutari.[6] Quòd autem res omnes aliæ inde quoque mutationem capiant, id omnibus non æquè manifestum est: sed ijs tantum hoc ipsum pro confesso habetur, qui eiuscemodi talia accuratè obseruauerunt. Sanè post seminis retentionem à fœtus scilicet conceptu, vteri vniuersa gestatio, & nec ea minus, post partus æditionem auctio, item & quoduis actionis initium, magnas mutationes in septimanis circuitibus habet. Nam quæcunque in rerum natura quotidie fiunt, ea abs Luna, res ipsas potissimum immutante in

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 451 sur 567

tetragonis & diametris ſtationibus, tanquam à cauſa efficiente proficiſci compertum eſt. Quippe ſi Luna in Tauro exiſtente genitura â retentâ fœtus concipiatur, vel in lucem partus edatur, vel etiam alia omnino res tunc capiat initium, certe cum in Leone, Scorpio & Aquario Zodiacum percurrens, fuerit, inſigniter ipſa eâ rem immutabit. Verùm quæ in Leone eſt tetragonos ſtaſis, id eſt quadrata ſtatio, vnius ſeptimanæ exiſtit. Diametra vero quæ in Scorpio eſt, duarum ſeptimanarum. Pari ratione ea quæ in Aquario eſt ſecunda quadrata Lunæ conſtitutio, in tertiam ſeptimanam progreditur, id quod neceſſario fit, quia ſcilicet Luna, ſicut & ante dictum eſt, vicenis ſeptenis diebus & partiecula quadam etiam adiecta, tertia ſcilicet potiſſimum diei parte, vniuerſum Zodiaci ambitum abſoluit. Nam ſi ipſam in tanto tempore totum circulum peragrare oportet, certum profectò eſt & ipſam quoque quartam ipſius circuli partem ſeptem ferè diebus eſſe confecturam. Proinde & hoc in primis ad eorum, quæ ſequuntur intelligentiam in memoriam reuocare oportet, tranſmigrationem Lunæ in tetragonos, non integris ſeptem diebus circunſcribi.

1 *QVEMADMODVM igitur toti anno.* Abunde ſatis ſupra oſtendimus & Solem anno toti præeſſe, & Lunam menſes moderari & diſpenſare, quomodo vero Luna ſeptenario numero ſeu per ſeptimanas immutetur, tam aperte quotidiana & experientia & obſeruatione deprehendimus, & prætèrea dilucide adeo declarat Galenus, vt res longiore explicatione non egeat. Porrò verò agricolis & nautis id ſtudij potiſſimum curæ eſt, quod ad vtroſque ex habituum Lunę obſeruatione multa commoditas dimanet. Ad agricolas quidem quod certum ſit ex experientia comprobatum ſemina humo mandata creſcente Luna copioſiorem ſegetem colono: decreſcente, minorẽ reddere. Itẽ demeſſam ſegetem decreſcente Luna, & materiam item ad fabricam cæſam eo ipſo tempore, illam putredini, hanc cariei minus eſſe obnoxiam, quòd aſſeruandis rebus humor, qui Luna creſcente abundat, ſegetibus nocere: ariditas, quæ Luna decreſcente dominatur, materiæ

teriæ prodeſſe ſoleat, qua ratione Varronem volunt lib. 1. cap. 1. Solem & Lunam agricolarum duces inuocare, quòd ſcilicet eorum tẽpora obſeruentur, cùm quædam aut ſeruntur, aut condũtur. quod innuere videtur Virgilius cum Georgicôn 1. canit:

Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum.

Et Heſiodus de decima ſexta,

Ἕκτη δ' ἢ μέσση μάλ' ἀσύμφορος ὄψιν φυτοῖσι. Id eſt:
At decima & ſexta eſt impenſe noxia plantis.

Sic 17. frumentum ventilandum eſſe præcipit: quia ſub id tempus excitantur venti, vnde aura fit ſiccior, vt problem. 27. Sectio. 26. apud Ariſtot. Et frumentum reponi ſiccius oportet, ſi in multos annos innoxie aſſeruari debeat. Vnde ſic etiam canit in eam ſententiam Heſiodus,

Μέσσῃ δ' ἑβδομάτῃ Δημὴν ἱερὸν ἱερὸν ἀπύρῳ,
Ἐὺ μάλ' ὀπιπεύουσα εὐηχοχάλῳ ἐν ἀλωῇ
Βάλλειν· ὑλοτόμου τε πεμεῖν βαλαμηίδα δρῦν,
Νηΐα τε ξύλα πολλά. Et quæ ſequuntur.

Ad nautas verò ex eorundem etiam habituum Lunæ obſeruatione ſalutis & fortunarum dimanat vtilitas. Nam cùm illi cognitum perſpectúmque habeant Nouilunio potiſs. & plenilunio tempeſtates ſolere concitari, conſulto & prudenter nauigationibus abſtinent. Nouilunio autem idcirco tẽporales, & aëris commotiones excitãtur, quòd cùm Luna, vt dictum eſt, aërem moderetur & regat, eiuſdémque ſtatum per ſeptimanas immutet, tũc cùm deficit, ipſum regere & moderari amplius, nec quod ſuum eſt diſpenſare poteſt. Plenilunio verò tempeſtates excitari contingit: quia intenditur calor, quo intenſo aërem quoque intendi volunt impenſius. Nam ſi exiguus calor modicè mouet aërem, vt apud Ariſtot. Proble. 9. Sectio. 26. certè multum calorem valde etiam aërem mouere erit etiam neceſſe. Et ſanè Plinius lib. 2. cap. 99. plenam Lunam furere docet, inde miteſcere, modicos noua ac diuturnam æſtus, pleniores ab ea exundare, vnde infert multiplicem eſſe ſeptenis diebus Lunarem differentiam. Docet tamen Ioan. Franciſcus Mirandula nepos cap. 4. libro 5. contra Aſtrologiam diuinatricem agricolas & nautas, nõ tam ex Luna, Ioue, aut Saturno, quàm ex vento, nubibus, aëris conditione, veris etiam rei cauſis, ſigniſque propriis & particularibus de temporalibus ſolere præſagire, vt in tãta opinionum

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 453 sur 567

©BIUM

varietate,quid ſequi debeas,non reperias.

2 *Quamobrem Aratus quodam loco.* Aratus Solis vrbe Ciliciæ ortus ſphæræ rationem ſeu φαινόμενα verſibus Heroicis cõplexus eſt. In eo opere, quod etiammum extat, verſus hi qui hic à Galeno citantur, reperiuntur paucis quibuſdam immutatis. Sic apud Aratum ſcripti leguntur,

Εἰ δέ κεν ὀι κεράων τὸ μετήορον εὖ ἐπιγνοῖ
Δειδέχθαι βορέω, ὅτε δ' ὑπιάσι νοτίοιο,
Αὐτὰρ ἐπὴν τριτάων ὅλῳ πόρε κύκλῳ ἑλίσσοι
Πάντῃ ἐρευθομένῳ. μάλα κεν τότε χειμερίην.

Apud Galenum tamen Venetijs impreſſum, in ſecundo verſu pro Δειδέχθαι δεδέχθαι, ſicut & apud Baſilienſem eodem verſu pro ὑπιάσι, ὑπιάσι ſcriptum legas. Et apud Venetianum item tertius & quartus verſiculi ſic ſcripti ſunt,

Αὐτὰρ ἐπὴν πρωΐαθεν ὅλην πόρε κύκλῳ ἑλίσσῃ
Πάντα ἐρευθομένοις, &c. In Baſilienſi cum ſcriptura Arati concurrit lectio. Apud Aratum item ſeptem verſibus interpoſitis reliqui verſus, qui hic à Galeno citantur, habentur:

Σήματα δ' ὅτ' ἄρα πᾶσιν ἀνὴ ἤματι πάντα τέτυκται,
Ἀλλ' ὅσα μὲν τριτάτῃ τε τετρταίῃ τε τέλη)
Μέσφα δίκας ὁμόσσῃς, δικάδι γέμεν ἄρχις ἐπ' αὐτῷ
Σημαίνει δίχόμενον. ἀτὰρ πάλιν ἐκ δίχομένης,
Ἐς δίκάδα φθιμένην ἔχει) ἢ ὁι αὐτίκα πηγάς.
Μηνὸς ἀπειχομένου. τῇδε τριτάτη ἀπίοντι.

Venetianus Codex primo verſu legit, Σήματα δ' ὁ μάλα. in ſecũdo pro τέλη), τέλον): in tertio pro δίχαιομένης, δίχαζομένης. in quarto pro διχόμενον δίχο όμενον. in quinto pro ἐς, εἰς. & pro ἔχει) δίχει). vltimo verſu hæc ſcriptura habetur: Μηνὸς ἀπερχομένου ἢ δὲ τετάρτη, &c. Baſiliẽſis Codex Arati lectionẽ ſequitur. His haud diſſimilia habet Plinius lib. 18. cap. 35. vbi poſt multa alia tempeſtatum prognoſtica, ſubdit, Proxima ſunt iure Lunæ præſagia, quartã eam maximè obſeruat Aegyptus. Si ſplendens exorta puro nitore fulſerit, ſerenitatem. Si rubicunda, ventos, ſi nigra, pluuias portendere creditur. In quinta, cornua eius obtuſa, pluuiam. Erecta & infecta, ventos ſemper ſignificant. Cornu eius ſeptẽtrionale, acuminatum atque rigidum illum præſagit ventum: inferius auſtrum. Vtraque recta noctem ventoſam. Si

quartum

quartum, orbis rutilus cinget, ventos & imbres promouebit. Hactenus Plinius.

Non dicit ſigna primæ illuminationis. οὐκ εἰς ἀπαύξας φησὶ, τὴν δὲ 3
ἀρχῆς χρόνον ὀξαρκεῖν τὰ σημεῖα, ἢ πρώτης φάσεως, μεταβολὰς
δὲ τινὰς φέρειν πάσας διχοῦμένης καὶ παντελήνης. Hoc dicit Galenus: His verſibus non aſtruit Aratus Lunam tũ primum emergentem è radiis Solaribus ſufficere ad totius menſis ſtatus prædictionem, ſed vult alios etiam habitus eius per ſingulas ſeptimanas eſſe conſiderandos, vt quam quiſque habitus aëris mutationem allaturus ſit, & cauſaturus, cum præuidere, tum prædicere, ſi opus fuerit, poſſimus. Quod idem etiam Aratus eodem loco his verſibus aſſerit:

Ἄλλα δ' ἐ ϖτ ἰρὴ ἥπτο διχόωσα Σελήνη
Ϝλάβρα' ἀμφοτέρωθεν, ἢ αὐτίκα ϖεπλυθῆσα.

Interpres ſic,

-Omnia certis
Indicijs tibi Luna dabit, ſeu lucis vtrinque
Ceſſa facem, ſeu cùm teretem concreſcit in orbem.

Virgilius tamen ex puro ortu quarto aëris ſerenitatem in totũ menſem prædici poſſe docet, cùm Georgi primo ſic canit:

Luna reuertentes cùm primum colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprehenderit æra cornu,
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber:
At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus auctor)
Pura, nec obtuſis per cælum cornibus ibit:
Totus ille dies, & qui naſcentur ab illo,
Exactum ad menſem pluuia ventíſque carebunt.

Cæterùm Aſtronomi Lunam habere cornua eleuata verſus zenith noſtrum aiunt, ſi facta fuerit coniunctio in ſignis rectè deſcendentibus, ſicut alterum cornu directum habere verſus zenith alterum verſus horizontem, cùm facta fuerit coniunctio in ſignis obliquè deſcendentibus. Ioannes Franciſcus Mirand. nepos lib. 3. de prænotione ſecundùm naturam id è vaporum cõditione prouenire putat. Obtundi namque videtur cornua ex impurioribus exhalationibus & craſsioribus, qui faci-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 455 sur 567

©BIUM

lius vertuntur in pluuiam. Erigi verò, acuminari & turbinari ex tenuioribus & purioribus, qui aëream magis naturã ſapiunt; & vt diffluentur diſpergantur quæ aptiores multò ſunt. Cæterùm quod ex eius cornu Septẽtrionali acuminato & in mucronem porrecto rigidum illum ventum præſagiant, ex inferiori Auſtrum, vt Plinius dicit, coniectent, non aliunde prouenit. Ea enim ex parte perflant, qua ſublati tractíque ſunt, quare ex Septẽtrionali Boreas, ex inferiori Auſter expectandus eſt. Mucrone verò & acumine porrectum ſe cornu illud Septentrionale oſtentat, propter plagam, & quia frigidior illa natura & durior in acutũ deſinit: vnde faſtigiata turbinaráque grando & glacies Aquilonis alumna. Cornuum ergo Lunæ acutorum, aut obtuſorum rationem ex materiæ conditione prouenire arbitratur Ioannes Franciſcus Mirandula. Ex quibus tamen vtcunque ſe res habeat, immutationis aëris iudicium deſumi poſſe ſcribit verſibus prædictis Aratus.

4 *Porrò verò omnis velox mutatio.* Ἅπασα δ' ἐξαίφνης μεταβολὴ κρίσις ὀνομάζεται. Omnem velocẽ & repentinam mutationẽ ſiue ea in Luna, ſiue in aëre, aut morboſo corpore fiat, Criſim appellari docet. Sanè ſiue Lunã, ſiue aërem, ſiue diẽ aliquẽ, vt verbi gratia quartum, ſeptimum aut alium morbũ iudicare, ſiue de morbo decernere dicimus, idem profectò, ſed mutatis tamen verbis dicimus. Luna enim primùm in ſingulis quadris aërem immutat, aër viciſsim corpus, quod Hippocrates pro illius conditione vult affici. Ergo Luna κρίνει, id eſt, iudicat aërem cum aëris ſtatui, qui nũc verbi gratia ſit, alterum ſtatum & qualitatem induc cit. Aër iudicat morbum, cùm morbu profligato ſanitatem reſtituit. Neque enim dies quartus, ſeptimus, aut alius decretorius alia ratione morbum iudicare dicitur, niſi quia Luna pro quadrarum ratione aërem primùm immutat, qui mutatus viciſsim & ipſe corpus alterat, quod autem & abs Luna aërem in ſingulis quadris, & ab aëre etiam corpus ſeptimanis alterari diximus, id non ſemper & neceſſariò (ne quis hinc cauillandi anſam arripiat) ſed ita vtplurimum & pro corporis affecti natura & conditione fieri intelligi volumus. Ac ne quis putet eam dicendi formulam, ἡ Σελήνη κρίνει τὸ περίεχον, id eſt, Luna iudicat aërem, auribus Græcis eſſe inuſitatam, audiat Galenum hoc loco ita ſcribentem: ἅμα κρίνουσαι μὲν καὶ αὗται, τὸ περίεχον

αἱ διχόμοι πάσας εἰσίν: Significat enim πᾶς διχότομος πάσας κεῖσθαι τὸ περίεχον.

Et constitutionem quidem de Luna καὶ τὴν μὲν σύστασιν ἐπὶ τὸ μηνοειδὲς σελήνης μάλιστα λέγουσιν, ἐφεξῆς μεταφέρουσιν ἐπὶ τὴν πανσέληνον ἀσάφως ὀνομάζοντες. Hoc velle videtur Galenus. Vulgus visa tum primùm Luna falcata aëris statum per totum mẽsem illico solet prædicere, atque idem etiam plena Luna facere, quòd hi habitus vim maiorem ante alios immutãdi aëris habere vulgo credantur: quãquam autẽ vulgus de cæteris Lunæ habitibus tacet, habent tamen dimidiatæ Lunæ affectiones vim suam, sed ipso plenilunio imbecilliorem: vnde apparet Ippis & tonsoribus notum esse mensem per septimanas à Luna immutari. Sic enim totum hunc locum concludit Galenus his verbis: ὥσθ' ὅλα μὲν ὁ μὴν ὑπὸ Σελήνης ἀλλοιοῦται κατ' ἑβδομάδας, ἤδη πρόδηλον. 5

Quod autem res omnes aliæ ὅλα δὲ καὶ τἄλλα σύμπαντα πράγματα, ὅσον μὲν οὐκ ἴσα ὁμοίως ἅπασι γνώριμον. Quod res, inquit, aliæ omnes immutationẽ quãdam sui Lunæ virtute per singulas septimanas recipiant, id Astrologis, qui id accuratius obseruarũt, pro confesso habetur, & veluti pro principio ponitur, vulgò nõ ita id exploratum compertúmque est. Nam vt ait Hesiodus de diebus loquens· 6

παῦροι δέ τ' ἀληθέα κικλήσκουσι. Id est:

Perspecta & veritas paucis, & recta dierum
Est ratio.

Sanè hoc differre vulgus à Philosopho videtur, quòd Philosophus res magis secundũ rationem quàm secundũ sensum, & id quod apparet. Vulgus contrà nõ tam quod rationi, quàm quod sensui euidens est cõsiderat. Astrologi mediũ tenẽt, & modò abs his, modò ab illis stant, ac tũ vulgi verbi gratia, opinionẽ sequũtur, cùm dicunt Lunã cæteros planetas à Sole lumine superantẽ & potentissimè in hæc inferiora agentem (ita enim vulgus de visu iudicat) illis esse nobiliorem aientibus, contrà Philosophis ipsam cæteris planetis esse ignobiliorem, & quod omniũ infima sit, & itẽ opaca, maculísque terræ persimilis. Idem verò Astrologi tũ Philosophorum partes tuentur, cùm verbi gratia, asserunt omnia quę in rerum natura sunt à Luna regi, & in tetragonis ac diametris potissimũ stationibus eius immutari. Itẽ etiã quoduis

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 457 sur 567

cuiuslibet actionis initiũ in ſeptimanis circuitibus maximas immutationes ſuſtinere, quod etiã hîc Galenus Aſtrologũ agens, affirmat. Verũ enim placitũ hoc Galenicũ Aſtrologicúmve cõfirmarene debeã, an verò infirmare, nõ ſatis video, præſertim, cũ vt vtrũuis faciam, acerrimè mihi quaſi cũ hoſte confligendum eſſe, & in arenam deſcendendũ intelligã. Si enim illud cõfirmo, bellum cũ Ioanne Pico Mirãdula, Franciſco eius nepote, & eiuſmodi viris Aſtrologiæ præſertim iudiciariæ infamatoribus & impugnatoribus ſuſcipio. Si infirmo, cũ Aſtrologis eius placiti auctoribus & propugnatoribus. Quo mihi conſultius in preſentia eſſe videtur, rem aliis diſcutiendã relinquere, nec horũ vel patrocinium ſuſcipere, vel illorũ opinionem refellere, præſertim cùm ſatis intelligã, id non ſolùm alterius inſtituti eſſe, ſed & præparatum otium & longũ tempus deſiderare. Hoc itaque labore ſuperſedens, nec in eas vltro meme anguſtias conijciam, necipſe mihi propugnandi neceſsitatẽ imponam. Hîc tantùm paucis rationum quibus vtrique nitũtur, ſumma capita in medium adducam, & quoad eius fieri poterit pellringã, vt vtris fauere velit Lector per me quidẽ poſsit. Primùm ergo ab Aſtrologorum rationibus, quaſi à capite rem arceſſam. Illi vti pro axiomate poſuerunt, ſibique hoc dari poſtulauerũt. Inferiora hęc à ſuperioribus regi, & Lunam cæleſtium ommũ vim cõmuniter, frequeter atque facilè (ſic enim loquitur Marſilius Ficinus Platonicus, ſi quis alius, cap. 6. libri de vita cælitus comparandâ) cũ radiis tũ qualitatibus non ſolùm demittere in hęc inferiora, ſed & ea ipſa regere immutaréque ſubdunt. Eandem etiam magnas in omne quæ fiat cõmotiones tum ſolere excitare, cùm in quadrangulorum media, quadrangula & oppoſita ab cœptæ rei initio loca præuenerit, quòd illæ radiationes, vt vocant, ſeſe mutuò oppugnent. Nam quadrangula & horum media, vel vtraſque, vel agentes tantùm contrarias habent qualitates. Oppoſita verò radiatio altera ſaltẽ qualitate diſcrepet, dilucidioris doctrinæ gratia rem patefaciam. Si quis, aiunt, quippiam agere, vt ægrotare, verbi gratia, cœperit Luna Arietem ſignum calidum & ſiccum tenente, næ is cum ea ipſa Cancrum ſignum frigidum & humidum, quadrili aſpectu Arietẽ reſpiciente tenebit, magnas cõmotiones ſuſtinebit, quòd Luna tũc teneat loca inimica illis & qualitate cõtraria, quę morbi initio tenuerit. Hinc enim inter naturã

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 458 sur 567

& morbũ oriri pugnam volunt. Parem rationẽ afferunt de Libra Arieti ex diametro oppoſita, & humiditate, qualitate, ſcilicet paſsiua tantùm, cũ illo pugnante. Nam in eo ſigno ægrotum eundem ex hypotheſi fictum, etiam perturbari commouerique dicent, & tumultum, ſalutarẽ quidem in morbo ſalutari & conſtante, lethalem in lethali excitari. Simili ratiocinatione vtũtur in cõceptu, partu, ædificio, occepta peregrinatione, & omnino in quouis cuiuſuis rei initio. Cœptam ergo rem quãcunque mutari alteratiue volunt, cùm Luna ex quadrato, quadrati medio, vel etiã ex oppoſito ſignum illud intuetur, quo cum coniuncta erat cùm incoharetur & ſumeret initium. Et in quadrangulis quidem vehementem ſatis luctam cõmotionémue (παραχὴν καὶ πάλην dicit Galenus) fieri volunt, quia ſigna ſic ſeſe intuẽtia aut vtriſque qualitatibus, aut agente tantùm pugnent: licet radiorũ non ita vehemẽs lucta ſit, cum minori copia in ſignum quo res eſſe cœpit, ferantur. In quadrangulorũ mediis, languidiores ſupradictis & minus vehementes cõmotiones fiunt, quoniam paucioribus radiis ſigna ſeſe intuentur & oppugnant: vnáque tantũ qualitate, eáque vtplurimum patiente diſsident. In oppoſito autem vehementior fieri ſolet commotio, quòd Luna & ſigna oppoſita cum radiis tum qualitatibus pugnent, radiis quidem validius potẽtiúſque, vt qui ſcilicet toti in totum oppoſitum hinc inde ferantur, qualitatibus autem ferè ſemper patientibus diſsideant. Ex quibus omnibus facilè intelligere licet quadrangulorum media, quę ſeptimanæ medio, id eſt, die quarto contingunt, tum paruam imbecillámque vim habere immutandi hæc inferiora, vt indicare quidem, ſed minimè tamen iudicare morbum queant, niſi ſi fortè is præterquam quòd acutiſsimus ſit, facilè etiam moueatur, & ſigna coctionis apparent. Item quadrangulis maiorem vim ineſſe morbi iudicãdi, maximè ſi vtraque qualitatũ oppoſitione pugnent, celerius moueatur morbus, & natura robuſta ſit. Oppoſitionibus autem multò maiorem vim ineſſe, cùm propter radiorum qualitatúmque, vt dictum eſt, pugnam, tum quòd is acutorum etiam terminus ſit, quò pertinere etiam videri poſsit, quod ſeptimo quoque vitæ anno, κλιμακτηρικὸς ante diximus appellari: maximam in homine & periculoſiſsimam mutationem contingere ſolere idem Aſtrologi aſſerunt, propter Saturnum à communi hominum vita alienum, cuius vim &, vt vocant, influxum in craſſa præſertim materia

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 459 sur 567

©BIUM

importune ſuſceptum quaſi venenum eſſe volunt. Porrò ipſum eum ſeptimo quoque vitæ anno, & ab eo ad Lunam iterum regnandi vices redire dicunt, contrarium in vita ordinem planetis aſsignantes ei, qui à conceptu geſtationis in vtero tempore ab iis ipſis aſsignabatur. Nam à conceptu Saturnum illico per totum primum menſem vteri geſtatæ, foetus curam ſuſcipere, vt ante in caput 2. lib. 2. diximus, & poſt hunc Iouem, inde Martem, & ſic continuato ordine, dum ad Lunam ventum ſit, aiunt, & ab ea rurſum ordinem item in Saturnū redire. Contrà vitæ primum annum abs Luna regi moderarique dicunt, à Mercurio ſecundum, tertium à Venere, & ſic continuata ſerie dum ad Saturnum planetarum omnium ſupremum ſit perueniūm, qui cum omnium planetarum ſeptem altiſsimus ſit, & à Luna etiam ſeptimus, ad quam confecto ſeptem planetarum curſu, vices imperij redire debeant, ſit vt ſicuti locorum, ita & rerum magna quoque fiat innouatio & immutatio. vnde inferre volunt propter tantum à Saturno ad Lunam, vel contrà à Luna ad Saturnum, quaſi à ſupremo ſcalæ gradu ad imum ſubitum & repentinum, vel aſcenſum ſeu ſaltum, vel illapſum, ſeptimo quoque vitæ anno hominibus cladem, periculum, calamitatem, morbum, aut etiam exitium imminere. Et hac ratione motus Marſilius Ficinus libri de longa vita cap. 19. conſulit ei, qui vitam producere cupiat ad ſenectutem vſque, nullis eiuſmodi gradibus interruptam, vt quoties ſeptimo cuilibet appropinquat anno, diligenter Aſtrologum conſulat, vt vnde vitæ diſcrimen immineat, intelligat. Medicum verò adeat, vt is contriſtantium & redundantium humorum vacuationem & probam victus rationem præſcribens, ſic aſtrorum minas, & vim noxiam propellat & auerruncet. Nec verò tantùm pro variis Lunæ ad Solē, & ſigna duodecim Zodiaci ſchematiſmis mutationes varias in his inferioribus cauſari volunt Aſtrologi, ſed & pro vario etiam eius poſitu, motu, & ad alios planetas, & ſtellas etiam fixas, vt dicunt, aſpectu per animam mundi per radiorum corporum cæleſtium influxum, & denique per cuiuſlibet ſtellæ dæmonium res mirabiles & effectus varios fieri poſſe tradunt, qualia multa Luna feliciter à Ioue, qui bona fortuna maior ſit, vel à Venere, quæ bona fortuna minor, irradiata, vt loquuntur, vel cum illis ipſis coniuncta, per annulos, nubellas, imagines certis lapidibus aut metallis inſculptas fieri poſſe

posse docent (narrantes tamen potius, vt crediderim, quàm affirmantes) Marsil. Ficinus & Henricus Cornel. Agrippa de occul. philoso. His & similibus Astrologi artem suam extollunt, & sua dogmata prædictis etiam rationibus stabiliunt & corroborant, quas tamen Phauorinus apud Gellium libr. 14. cap. 1. Ioannes Picus Mirandula lib. 12. & Ioannes Francis. eius nepos libris etiam quinque artis eius omnes infamatores & euersores impugnare & labefactare his rationibus conantur. Primùm negant particularem vllam rem inferiorem aut à constellationis varietate, aut à cæli, Lunæ aut alterius stellæ motu aut influxu dependere. Cælum enim dicunt etiam de Astrologorum ipsorum testimonio, inferiorum effectuum vniuersalem tantum causam esse, non particularem. Particularem enim effectuum inferiorem causam partim à materia, partim ab aëre manare & proficisci volunt. Deinde dictum illud Aristotelis quod habetur cap. 2. lib. 1. meteorol. quo astruit mundum hunc inferiorem ideirco cælo esse attiguum, vt ab eo vim recipiat, non ita vniuersaliter accipi (quanquam tamen reuera etiam posse alicubi fateantur) sed particulariter de meteorologicis impressionibus, de quibus tunc Aristotelis sermo erat, intelligi debere scribunt. Quinetiam negant Lunam in quadratis loco alicui primordiali signis & oppositis commotiones suscitare, sicuti neque cùm quadrangulis & oppositis Solis radiis illuminatur. Sequeretur enim, inquiunt, nos non posse hos à Luna euentus expectare præterquam his temporibus quibus altero illorum modorum sese haberet, si scilicet de his causis euentus expectaretur. Addunt & hoc, Lunæ curribus Criticos dies minime regi posse, siue à Sole siue à signis ipsam eã vim accipere dicamus. Et sic enim sequeretur, inquiunt, nos semper nouilunio, verbi gratia, morbis inuadi, cum alias die septima ægritudinis dimidiata Luna esse non possit. Item luminis eius plenitudinem quartædecimæ morbi hac ratione respondere etiam non posse aiunt, cùm tamen affirment Astrologi ex quadrangulari & aduersa cum Sole cõfiguratione humores excitari. Dies vero etiam Criticos tam falso quàm superstitiose ad Lunam referri dictitant, eósque nullis Lunæ curribus regi constanter asserunt. Nam si à cælo, inquiunt, causam haberent, rati, constantes, minimèque mutabiles essent. Et hic Auctroẽ citant, negantem perscrutationem dierum Criticorum ad medicum spectare, sed esse id altioris philosophiæ opus. Neq; verò quen-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 461 sur 567

quam etiam qui pridie quàm Luna coeat, ægrotarit, ſeptimum diem Criticum ſiue ex influentia poteſtatis tam à Sole quàm à ſignis receptæ, habere poſſe dictitant, cum magnam partem eorum dierum vt deliruerit Luna, ita nec Solari nos virtute affecerit. Quinetiam Galenum ſugillans Ioann. Picus Mirand. ipſum ſibi gratis hũc laborẽ ſumpſiſſe ait, quod factitium neſcio quem medicinalẽ menſem nec naturæ moneta percuſſum (ſic enim loquitur ille lib. 3. aduerſus Aſtrolo. cap. 16.) excogitarit. Ita enim excuditur, ait, à Galeno mẽſis ille, quem dierum 26. & horarum 22. facit, quaſi tres dies Luna ſemper à Sole obtegatur, cum tamen plerũque eodem interlunij die & mane conſpiciatur, priuſquam Sol exoriatur, & veſpere eiuſdem diei nouaculari etiam facie, quod & experientiam indicare & teſtari Alphraganum idem Picus Mirand. teſtatur, Galenum notans quòd de ſpatio lunaris motus ita determinet, quaſi ſemper eodem paſſu moueatur Luna, ac non etiam velociore interdum, interdum etiam tardiore. Volunt & illas quaſi per manus traditas alternatim planetarum dominandi vices ſiue geſtationis fœtus in vtero tempore, ſiue per totam vitam rationem nullam habere, falſũmque eſſe quòd Saturnus à conceptu primo menſe elapſo ius ſuum Ioui, Iupiter ſecundo menſe elapſo Marti, & ſic perpetuato ſucceſsionis ordine, dum ad Lunam veniatur, cedat. In vita, vt contrà Luna poſt exactum primum menſem Mercurio, Mercurius poſt ſecundum Veneri, Venus poſt tertium Soli, & ſic deinceps ius quiſque ſuum & poteſtatem proximiori ſibi cedat. Stellam etiam à ſtella vel obſideri vel inſici, vel debiliorẽ deteriorémve fieri, & ex benefica, noxiam, ex potente infirmam reddi, tam ab omni veritate remotum eſſe volunt, quàm ab omni malo remota eſt natura cæleſtium. His & ſimilibus rationibus quas breuitatis cauſa prætereo, Aſtrologiam infirmant nonnulli, Aſtrologorúmque de rebus fortuitis, caſibus, euentibus, diebus Criticis, & cæteris id genus placita conuellere labefactaréque nituntur. Horum verò an illorum verior ſit ſententia, Deus aliquis viderit. Neque enim noſtrum eſt inter illos tantas componere lites. Et de his hactenus.

ἀλλ' ἃ μὲν τοῦ λέοντος. Sic habet Aſulanius codex, Baſilienſis verò ſic, ἀλλ' ἃ μὲν γὰρ τοῦ λέοντος. addendus tamen articulus ἃ. vt legatur, ἀλλ' ἃ μὲν ἃ γὰρ τοῦ λέοντος, &c.

Certum

Certum profectò est ipsam quoque quartam circuli partem septem ferè diebus. Nempe de septem diebus integris quatuor horæ abesse deprehenduntur. Luna enim diebus 27. & diei triente seu horis 8. totum Zodiaci ambitum conficiens, in singulis hebdomadis sex dies & horas 20. insumit.

Proinde & hoc in primis ad eorum quæ sequuntur. τοῦτο μὲν οὖν καὶ πάνυ χρὴ μεμνῆσθαι τὰ μέλοντα ἢ μὴ τελείας ἡμέρας προδιαγράφεσθαι, &c. Legendum πῶς τὰ μέλοντα, ex Basilien. codice. Venetianus præpositionem non habet, quam tamen sensus postulat.

Capitis sexti Summa.

HOc capite magnam partem eorum, quæ antè dicta sunt, repetit, & ex Aegyptiorum doctrina non solum de morbi, sed & eorum quæ præter vita contingere debeant, euentu, indicium à Luna desumi posse docet.

CAPVT VI.

IAM verò illud denuo repetendum est, quod & nos quoque diligẽter admodum obseruantes verissimum semper esse comperimus, & ab Aegyptijs Astronomis inuentum, quòd scilicet Luna non ægrotis modò, sed & sanis quoque quales tandem dies futuri sint, denuntiare solet. Nam si cum temperatis & salutaribus planetis, quos ὑγροποιοὺς & ἀγαθοποιοὺς nominant, coniuncta fuerit, faustos bonósque dies efficit. Sin ad intemperatos, graues, molestósque. Esto, fingamus homine quopiam nascente salutares planetas in Ariete esse, malignos in Tauro. Næ is homo cum Luna in Ariete, Cancro, Libra & Capricorno fuerit, pulchrè vitam deget & bene habebit. Cum verò eadem Taurum ipsum aut tetragonum aliquod, aut ex diametro oppositum ipsi Arieti signum occupauerit, pessimè tunc & molestè homo ille vitam transiget. Quin & morborum initia cum Luna in Tauro, Leone, Scorpio & Aquario fuerit, huic erũt pessima. Sine periculo autem & salutares eidem morbi erunt, cum

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 463 sur 567

©BIUM

Arietem, Cancrum, Libram, Capricornum, Luna ipsa percurret. Quin & magnas illas alterationes, quas singulis hebdomadis in tetragonis & diametris locis fieri diximus, in lethalibus quidem morbis, lethales & ipsas, in constantibus autem & salubribus, salubres & bonas existere necesse est. Et ob hanc causam [2] Hippocrates maximè damnat mutationes quæ in diebus decretorijs vergunt in deterius. Nam lethalis morbi symptoma cõtrarium, opinor, est benigni morbi symptomati. At verò si quis huius ipsius rei causam quærit, cur scilicet tetragonæ & diametræ stationes plurimum possint, næ is longissimè à proposito digreditur. Nam non in præsentia primas omnium quæ ad Astronomiã pertinent causas disquirere propositum constitutúmque est, sed eas tantum quæ ad præsens institutum faciant. Faciunt autem ad hoc institutum & conducunt rationes, quæ septimanæ naturam declarant. Has igitur rursum in summam colligamus. Tetragonæ & Diametræ Lunæ constitutiones affectionésque in principijs bonis, bonas faciunt alterationes, in malis, malas. Id verò, præterquam quod Astronomis omnibus habetur pro confesso, tibi etiam, si placet, obseruare quoque integrum est. Quod si verò neque id obseruare ipse volueris, neque ijs qui talia obseruarunt, fidē adhibere, [3] de numero es profectò Sophistarum eorum qui hac tempestate passim volitant & increbrescunt, qui ratione ea quæ manifestò apparent comprobare nos volunt, cum contrà, ex euidenter apparentibus de abditis ratiocinari conueniat. [4] Quælibet igitur res suo principio congruos & consonos circuitus insequentes habet.

1 ET ab *Aegyptijs Astronomis inuentum*. Sacerdotes apud Aegyptios Philosophiam & Astronomiam excoluisse, & cum regibus etiam fuisse conuersatos auctor est Strabo initio lib. 17. & lib. 1. in hanc sententiam: Sacerdotes, inquit, Aegyptij, Chaldæi, & Magi aliqua sapientia cæteris præcellentes, principatum, & honorem apud maiores nostros occupauerunt. Initio verò 16. scribit idem constitutam esse habitationem quãdam in Babylonia philosophis indigenis plurimum

mũm circa philoſophiam verſantibus, qui Chaldæi appellantur. Ex quibus locis intelligi poteſt Aegyptios perinde atque Chaldæos Aſtronomiæ & Mathematicarum in primis ſtudioſos & cultores fuiſſe obſeruantiſsimos. Chaldæorum autem diſciplina (ab iis enim primùm ad Aegyptios defluxit) cum longe latéque vagaretur, & ad alias etiam nationes ſerperet, ínque tantum incrementum deueniſſet, vt reperirentur qui ex varia ſyderum inter ſe comparatione & affectione (χέσιν καὶ διάθεσιν Græci dicunt) quid cuique in vita euenturũ eſſet prædicere ſe poſſe, ſuperſtitioſius credo quàm verius, profiterẽtur, factũ eſt vt nõ ſolum qui in Aegypto nati eſſent, Aegyptij, aut qui in Aſſyria Chaldæi de nomine gentis appellarentur, ſed & diuini omnes Mathematici, Aſtrologi, & Genethliaci de quocunque tandem populo eſſent, de artis nomine & profeſsionis Chaldæi, &, vt hodie etiam apud nos vulgo, Aegyptij dicerẽtur. Id cum ex lib. Ciceronis de fato, & Thuſcul. liquere arbitror, tum non minus ex his quæ Strabo etiam lib. 16. ſcribit, innuens Chaldæos apud Aegyptios tales fuiſſe, quales apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Perſas Magi, Apud Romanos Hetruriæ Aruſpices erant. Crediderim equidem Chaldæos primùm, deinde illorum etiam ſtudio excitatos Aegyptios in Mathematicis, atque adeo Aſtrologia ita fuiſſe initio verſatos, vt non tam ex natalitio ſydere, aut ex Aſtris hoc illo modo affectis, & aſpectu ſeſe, vt aiunt, triquetro, quadrato, ſextili, oppoſito intuentibus futura prædicerent, quàm ſyderum motum magnitudinémque ſcrutarentur & docerent: tempore tamen factum, vt ab æruſcatoribus eam artem profitentibus admiſta ſit vanitas & ſuperſtitio. Sane vanitatis & ſuperſtitionis eſſe nonnulli dictitant, quod hîc Galenus tamen ex Aegyptiorum doctrina verum eſſe deprehendiſſe affirmat, eum ſcilicet qui ortus ſui tempore Lunam in Ariete cum ſalutaribus planetis habuerit, ſalubriter eſſe habiturum, cùm ea ipſa Arietem, Cancrũ, Libram & Capricornum percurret. Difficulter vero cùm ipſa Taurum aut ſigna tetragona aut oppoſita. Item & hoc ſuperſtitionis eſſe: Morbum qui cœperit Luna ſignum permeante, quod malefica terribilisve ſtella ortus tempore aut occupabat, aut quadrato vel oppoſito aſpectu irradiabat, difficilẽ admodum & grauẽ fore dicere, eundem ipſum non modò difficilem, ſed & periculoſum quoque fore, ſi pernicioſus ſtellæ noxiæ & maleficæ aſpectus acceſſerit.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 465 sur 567

©BIUM

Citra periculũ verò, ſi beneficus planeta genituræ locum aſpectu beneuolo, amicóve aſpexerit. Ex quo genere ſunt hæc etiã, quæ non minus vana & ſuperſtitioſa eſſe dictitãt, cum ſcribunt, Venere Lunam quadrato aut ſextili aſpectu reſpiciente, ducendam eſſe vxorem, ſolicitandum amorem, induenda veſtimenta noua, & ſplendida. Sole ſextili aut triquetro Lunam reſpiciente, cum regibus & principibus congrediendum, honores petendum, quadrato aſpectu id non faciendum. Ioue cum Luna coniuncto, fundendas eſſe preces, ius petendum eſſe, cum eccleſiaſticis, nobilibus, & iudicibus eſſe verſandum. Item Luna in Ariete exiſtente, id eſſe incohandum opus, quod cito ad finem duci velis: in Tauro, quod ratum eſſe: in libra quod non diu eſſe voleris. Item Solis & Mercurij cõiunctionem in ſignis ventorum, vt Geminis, Libra, Aquario ventos producere, in humidis, pluuiam citare. Lunę coniunctionem cum Ioue in Ariete & Scorpio albas nubes toto cælo ſpargere, quibus ſi Mars ſe cõmitem addiderit, futura tonitrua & coruſcationes. Lunam oppoſitam vel coniunctam Marti in ſignis humidis pluere, quam ſuperſtitionem poëtas eſſe inſecutos aiunt. Eo enim referũt quod Heſiodus dixit:

Αἱ δὲ γὰρ ἡμέραι εἰσὶ δίῳ παρὰ μητρὸς ἑῇσιν
Γρῶσθαι φῦλα, τέρασι νὴ ἑβδόμῃ ἠδ' ἐνάτῃ ἠμαρ.

Et quod item Virgilius Georgic. 1.

Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Fœlices operum, quintam fuge, pallidus orcus
Eumenidéſque ſatæ, &c.

quod ex Heſiodi lib. 2. operum & dierum Latinus poëta videtur deſumpſiſſe, qui canit:

Πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι ἀτὰρ καλεπαί τε νὴ αἶναί.
Ἐν πέμπτῃ γὰρ φασιν Ἐρινύας ἀμφιπολεύειν.
Ὅρκον τιννυμένας τὸν Ἔρις τέκε πῆμα ἐπιόρκοις.

Et ibi etiam de viceſimo,

Εἰκάδι δ' ἦ μεγάλη πλέῳ ἤματι ἴστορα φῶτα
Γείνασθαι, μάλα γάρ τε νόῳ πεπυκασμένον εἶναι.

Et ſanè tametſi bona pars eorum, quæ eo loco ab Heſiodo de diebus dicuntur, ad cauſas naturales referri poſsit, ſunt tamen quæ ſuperſtitionem etiam ſapiant & vanitatem. Contra quam obſeruationem, Columella lib. xj. cap. 1. de menſtrui cuiuſque officij monitione, quæ ex ratione ſyderum cæli pendeat, loquẽs, multis ſe argumẽtationibus diſſeruiſſe nõ inficiatur, in iis libris, quos

quos, vt ipſe ait, contra Aſtrologos compoſuerat. Sed illis diſputationibus, inquit, exigebatur id, quod improbiſsimè Chaldæi pollicentur, vt certis quaſi terminis, ita diebus ſtatis aëris mutationes reſpondeant, & quæ ſequuntur. Quinetiam Phauorinus apud Gellium lib. 14. ca. 1. Chaldæos inceſsit, & libris duodecim Ioannes Picus, quinque, Ioannes Franciſcus Mirandulæ nepos, ſed iure an iniuria, Iulio Firmico Materno, M. Manilio, Haly Ptolemæo, & cæteris eius claſsis auctoribus diſputandum relinquo. Cæterum εὐκρᾶτους τῶν πλανήτων, ἤτοι ἀγαθοποιοὺς hoc loco appellat Galenus temperatos & ſalutares, quos ſcilicet vulgus Aſtrologorum bonas fortunas nominat, quales ſunt Iupiter & Venus· δυσκράτους autem ἤτοι κακοποιοὺς intemperatos & terribiles ſeu horribiles, & maleficos, quos malas fortunas nominant, quales ſunt Saturnus & Mars. Sicut mediocres fortunas Solem, Lunam & Mercurium. Porrò ſalutares planetæ & malefici ſeu terribiles idcirco Aſtrologis dicuntur, quia de illis ad hominum vitam aduerſa vel proſpera manare ſibi & perſuadeant & cæteris perſuadere conentur: quod an verum ſit nécne, docendum hîc non ſuſcipio. Neque enim, vt ſic dicit Galenus, in præſentia primas omnium quæ ad Aſtronomiam pertinent cauſas inquirere mihi propoſitum eſt, ſed præſenti tantum inſtituto meme accommodare. Cæterum capitis initio malè ſic vterque codex Græcus habere videtur ſcriptũ· Ἐκεῖνο δ' ἄνθις αὐαλυπτέον, ὅπερ ἐν τῇ ἡμεῖς, cùm tamen legendũ ſit· ὅπερ δὴ τῇ ἡμεῖς παραφυλάξαντες ἀληθεύσαμεν, &c.

Hippocrates maximè damnat mutationes, quæ in diebus decretoriis 2
vergunt in deterius. Quia ſcilicet ex diei fide certiorem aſſumũt prauitatem. Sanè Hippocra. lib. 2. Prognoſt. cap. 10. Suppurationem erumpentem ſputo adhuc bilioſo apparente, ſiue bilis ſeorſum ſiue vnà cum pure expuatur, admodum pernicioſam eſſe ſcribit, præſertim ſi à die morbi ſeptimo pus incœperit ab eiuſmodi ſputo procedere. Et cap. 8. lib. 3. Prognoſticon, de ea anginæ ſpecie loquens Hippocrates, in qua fauces rubent, & ceruix, ſic poſt alia infit: Si verò nec diebus decretoriis deletur rubor, neque tuberculo conuerſo in ſedem exteriorem pus non facile excreet, ac videatur ſine dolore agere, mortem indicat, aut recidiuam. Et Galenus in eum locum, Quòd ſi materia, inquit, anginam committens & ruborem in faucibus & ceruice conci-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 467 sur 567

©BIUM

tans die decretorio transmeet in pulmonem, Erysipelásque intro recurrat, haud quaquàm digestum in exteriori superficie, id non solum non bonum esse, sed & maximum malum. Et Hippocrates libro Crisεon, In febre continua, inquit, si quis quarta die affligatur & septima, nec vndecima iudicetur, plerunque perit. Cuius dicti rationem Hippocra. ipse initio 2. lib. Epidem. reddit, cum scribit Crisimia, id est, decretoria seu signa seu symptomata si non decernant, partim esse lethalia, partim iudicatu difficilia. Non decernunt autem, cum in deterius vergunt & mutantur. Porro lethalia fuerunt symptomata ei mulieri quæ in Cyreco ægrotabat. Hæc enim vndecimo die cum insaniuisset, obiit 14. Et Pythioni item Thasio, cui cùm die 4. exacerbata omnia in deterius processissent, die decimo obiit. Iudicatu verò difficilia fuerunt Anaxioni, qui cùm 7. die grauius habuisset, febrísque inualuisset, cum difficili spiratione, tricesimo tandem quarto iudicatus est.

3 *De numero profectò es Sophistarum.* Galen. in fine cap. 20. lib. 1. Crise. sui temporis iuniores Medicos notat, qui aut ignotum vnum per aliud, aut quod notius esset, per minus notum monstrare conabantur. Eosdem etiam hic sub Sophistarum nomine taxans, negat rem vllam quæ certa sit & manifesta vlla probatione indigere. Certum autem esse ex Astrologorum disciplina & manifestum ponit, tetragonas & diametras Lunæ constitutiones affectionésque in principiis bonis, bonas facere alterationes: in malis, malas. Id quia Astronomis omnibus & pro confesso haberi & experientia etiam esse comprobatum dicit, id hic etiam pro postulato ponit.

4 *Quælibet igitur res suo principio congruos.* πρὸς πλὼ ἰδίαν ἕν ἀρχὴν ἅπαν πρᾶγμα τὰς ἐφεξῆς περιόδους ἀπάσας ὁμολογούσας ἔχει. Hoc dicit: Rem quamlibet singulis circuitibus siue ij septimani sint, siue menstrui, siue item annui, ita bene vel male iri affectum, vt ea ortus sui tempore Astra vel bene vel male affecta & inter se comparata ex aspectu triquetro, quadrato, sextili, & cæteris id genus habuerit. Cæterum de circuitibus septimanis, mestruis & annuis plura dicemus proximi capitis initio.

Capitis

Capitis ſeptimi Summa.

MOrborum circuitus, περίοδους Græci vocant, primùm partitur bifariam, deinde ſingulas iterum partes ſubdiuidens, acutorum circuitum cum diuturnorum circuitu confert. Tum poſteà morbos alios à proprio ſuo principio, alios ab ambientis nos aëris conſtitutione mutationem accipere docet.

CAPVT VII.

CIRCVITVVM[1] verò alij certo dierũ numero conſtant, alij menſium. Qui dierum numero conſtãt, ſeptimani ſunt, & ad Lunam pertinent. Qui verò menſium, ad Solem referuntur, & hoc pacto fiunt. Iterum enim ab Hippocratis verbis initium ſermonis faciẽdum eſt, Aeſtiuos morbos dicentis hyeme ſolui, hyemales æſtate. Hic tibi ſanè eſt præſcriptus & ſtatus terminus Criſeon diuturnorum, & vt quis dicat, annuorum morborum, quemadmodum acutorum dies decimusquartus.[2] nam id tempus quod à nouilunio ad plenilunium vſque eſt, quod ſcilicet totius Lunaris circuitus dimidium eſt, ei interuallo proportione reſpondet, quod ab hyeme ad æſtatem vſque intercedit. Similiter etiam tempus quod eſt à plenilunio ad occultationem, ei itidẽ interuallo proportione reſpondet, quod eſt ab æſtate ad hyemem. At verò horum vtrũque tempus ſi bifariam diuiſeris, illius diuiſioni in acutis quidem morbis ſeptimana: huius verò diuiſioni in diuturnis clariſſimorum ſyderum exortus reſpondebit, quorum ſcilicet ratione & exortu Ver, Aeſtas, Autumnus & Hyems circũſcribuntur. Neque enim pari dierum numero hæc cuiquam Aſtronomo diuiſa ſunt, ſed manifeſtis ambientis nos aëris mutationibus diſtinguũtur. Et verò id tibi inquam alijs verbis efferam: Quemadmodum ſeptimana acutos morbos iudicat, ita temporis annui mutatio diuturnos ſoluit. Vt ſcilicet hyeme contractum morbum Ver diſſoluat: Vere contractum, Aeſtas: Similiter verò Aeſtate contractum, Autumnus: Autumno, Hyems diſſoluat.[3] At qui morbi in ſingulis menſis quaternionibus iudicantur, ad eos certè proportionem habent, qui parte qualibet tempo-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 469 sur 567

rum anni bifariam diuiſa ſoluuntur. [4] Et ſanè quemadmodũ Aſtronomi dicunt, principium & finem cuiuſlibet temporum anni illuſtrium ſyderum ortu & occaſu definitum eſſe & determinatum, ita profectò & eiuſdem temporis medietas alterius itidem aſtri exortu determinata eſt. [5] Alternatiuæ igitur omnes morborum immutationes, vel tanquam à proprio ſuo principio, vel tanquam ab ambientis aëris mutatione contingere neceſſe eſt. Morbis ergo qui à proprio principio mutationem accipiunt, præeſt Luna, iis verò qui ceu ab aëre nos ambiente mutantur, in toto quidem anno Sol, in ſingulis menſibus Luna præeſt. Porrò ex his fit, vt mutationes illæ quæ cuique propriæ ſunt, quæ videlicet per hebdomadas fiunt, validiſſimæ ſint, quanquam & his tamen quodammodo admiſceantur mutationes, quas ambiens aër cauſatur. [6] Vt non abs re quia ſemper eodem modo eueniant, eò recidant, vt frequenter etiam fiant. [7] Et verò adhuc etiam magis & acceſſionum vehementia Criſes ante tempus erumpere compellens, vt poſtea dicemus, & varius etiam circa ægrotos admiſſus error, cùm ab ipſiſmet, tum etiã à medicis illis, ſi medici appellandi ſunt, ac nõ potius artis euerſores, qui hoc tempore paſſim volitant, ipſarum mutationum ordinem interturbat. Nec verò minus etiam mutationum ordinem interturbant ea, quibus ægroti ipſi offenduntur, cùm propter miniſterium aliquando non ritè adminiſtratum, tum propter ea, quæ nonnunquam, vti prius diximus, extrinſecus accidunt. Quo fit vt circuituum ſeptimanorum vim admirari par ſit, quòd ſcilicet tot cauſis eos interrumpentibus, & in eos illidentibus alijs tamen longè validiores deprehendantur. [8] Et verò in acutis morbis intercidentes plures ſunt dies Decretorij: quoniam corpus, quod in motu eſt, & vehementi agitatione conſtitutum, ad mutationem eſt accommodatiſſimum.

In diuturnioribus, via magis & ordine ſeptimanarum circuitus procedit.

Circui

CIRCVITVVM verò alij. Περίοδοι δ' εἰσὶν αἱ μὲν δι' ἡμερῶν ἀριθμοῦ τινός, αἱ δὲ διὰ μηνῶν. Periodus, id eſt, circuitus, ſeu, vt Cicero etiam vertit, ambitus, anfractus & reditus, certa eſt errore Solis aut Lunæ deſcripta cæli dimenſio. Quia enim cæterorũ ſyderum ambitus ignorantes homines, præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter ſe numero commetiũtur, fit vt motu Solis aut Lunæ, tempus vt plurimum metiantur. Sic id temporis ſpatium ſeu eum circuitum, quo Sol raptu primi mobilis vnica circa terram conuerſione & ab vno pũcto in idem reditu recurrit, diem naturalem vocamus. Menſem, quando Luna luſtrato curſu ſuo Solem conſecuta eſt. Annum, vbi Sol motu proprio totum ſuũ confecit & peragrauit orbem. Annum vertentem, ſeu etiam mũdanum appellamus, cùm re ipſa ad idem vnde ſemel profecta ſunt cuncta aſtra redierint, eandémque totius cæli deſcriptionẽ longis interuallis retulerint. Porrò verò cùm ſermo ſit hîc nobis de iis tantùm circuitibus, quibus aut morbi ſoluantur, aut mutationes quædam in hominum vita contingant, & id vertentis anni tempus multa hominum ſecula contineat (expletis enim quindecim millium annorũ anfractibus omnia aſtra in eadem loca & partes, in quibus incipiente anno vertente fuerant, redire Phyſici volunt) de hoc vertente dico anno, ſicuti neque de temporis differentiis die minoribus, vt de hora, & horarum momentis nihil hic omnino, de reliquis verò temporis differẽtiis, vt die, menſe, anno, (quibus tribus veluti mẽſuris tempora ferè omnia metimur, & rem quamlibet circunſcribimus) quantum huius loci requiret tractatio, dicemus. Circuitum ergo, vt diem, verbi gratia, mẽſem, annum & tempora, quæ iis deſcribuntur, decurſa errore Solis aut Lunæ certa cæli emenſio efficit. Docente etiã Ariſtotele lib. de Genera. animalium cap. 10. Cùm enim inter ſuperiora omnia corpora his inferioribus longè præſtantiora Sol & Luna, cùm propter corporis ſui, tum etiam luminis magnitudinem amplitudinémque principatum teneant, motúſque ratos & circuitus conſtantiſsimos manifeſtò adeò ſeruare deprehendantur, vt id ne vulgus quidem lateat, fit vt inferiorum rerũ, & illis minus præſtantium circuitus duorum illorum ſyderum motum potiſsimum ſequi homines arbitrentur, & haud aliter ac illa, quantum non materiæ impediat confuſio, vt antè cap. 2 lib. 2. docuimus, motus etiam ratos & conſtantiſsimos ſeruare. Ra-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 471 sur 567

tioni quippe consentaneum esse docet loco nuper citato Aristoteles, vt rerum minus præstantium circuitus, earum quæ magè præstent circuitum, sequantur: hinc rerum generationes, corruptiones, incrementa, decrementa, fœtum, vitam, humores, menstrua, morbos, omnia denique quæ sunt, certas periodos & circuitus constantissimos seruare tradunt, nisi si quæ forte incidat (incidere autem multa possunt) quæ naturæ cursus ratos, constantes & ordinatos interrumpant, & sint eorum causa quæ præter naturam fiant. Docet ergo hoc loco Gale. Circuitus omnes aut dierum aut mensium certo numero constare. Et eos quidē qui dierum numero constent, siue ij septimanam vnam mensémve vnum expleant, siue non, ad Lunam. Eos verò qui mensium numero, siue ij etiam annum vnum, aut plures expleant, siue non, ad Solem vult pertinere, vt mensem amborum communem circuitum cum Aristotele loco iam bis hîc à me citato intelligere possimus. Sic circuitus febrium, quotidianarum, tertianarum, quartanarum, & cæterarum, æstus maritimos fretorum, menstruorum profluuiū, morbos omnes acutos, & cætera id genus circuitibus dierum redire solita, ortu, obitu, incremēto decrementóque Lunæ commoueri intelligemus. Grauiditates verò incrementa decrementáque rerum diuturniorum vitam productiorem, omnes morbos diuturnos ad Solem de Hippocratis Galenique consilio referemus. Neque enim alia ratione Hippocrates in extremo fine libri de Natura humana, scripsit morbos æstiuos hyeme solui, hyemales Aestate, & Vere item genitos Autumno, Autumnales Vere terminari, quàm quòd significare vellet morbos qui in vetustatem incidunt, & nō dierum, sed mensium circuitu fiunt, contrario anni tempore ei quo generati sunt, hoc est, septimo mense finiri. Id autem nihil aliud est, quàm ad Solem referri, seu motu Solis regi & gubernari. Septemenim mensium interuallo Sol aëris constitutionem temperiémque de contrario in contrarium immutat. Et contraria contrariorum esse remedia ex ipsiusmet Hippocratis li. de Flatibus didicimus. Et ex Aristot. item Proble. 3. Sectionis primæ. Vnde etiam apparet septimum mensem Criseon diuturnorum, & vt quis etiam dicat, annuorū morborum haud aliter esse terminum, ac decimusquartus est acutorum. Obiter verò notandum hîc est, Galenum morbos diuturnos, qui septimo mense soluantur, etiam annuos vocare, vel quòd dimidiam anni partem

tem occupantes à parte totius denominationem accipiant, vel quod verisimilius crediderim, quòd temporis annui mutatione soluantur. Eius hæc sunt verba· ὥστε μοὶ σοι πλεθισμία κρίσεως δεῖ χρονίσαι καὶ ὡς ἂν εἴποι τις φλεγμασιαίων νοσημάτων διάπορ φὴ τοῖς ὀξέσιν ἡ τροφή. quæ tamen postrema vetus interpres omisisse videtur, cùm sic dixit· Scias ergo quòd hic terminus est ęgritudinũ chronicarum, sicut dies 14. est terminus crisis ægritudinum acutarum, aliàs annuum nomen de eo morbo dicitur, qui anno primo suæ generationis soluitur, & de eo etiam qui septẽ annorum circuitu finitur: vt docet Gale. Commen. ad finem libri Hippocratis de Natura humana.

Nam id tempus quod à nouilunio. Græca vtriusque Codicis lectio sic habet: ὁ γὰρ φὴ μέχρι τ̃ πανσελήνε χρόνος, &c. Putem tamen legendum· ὁ γὰρ ἀπὸ τ̃ κρύψεως ὧν μέχρι τ̃ πανσελήνε χρόνος, &c. Etsi autem Lunaris circuitus tempora ita apertè Galenus sic cum annuis tẽporibus confert, vt res explicatione egere non videatur, adscribere tamen hic mihi placuit, quæ Macrobius lib. 1. Somnij de Circuitibus (conuersiones ille vocat) scribit. Ea enim confirmant ea quæ paulò ante de iisdem circuitibus diximus. Sic autem scribit Macrob. loco prædicto eo loco vbi de septenarij virtute loquens, tres lucis æthereæ conuersiones facit. Primam & maximam anni. Secundam & mediam mẽsis. Tertiam & minimam diei. Tum subdit· Maxima conuersio, id est, anni humida est Verno tempore, Calida Aestiuo, Sicca Autumno, Frigida per Hyemem. Media autem conuersio mensis per Lunam ita fit, vt prima sit hebdomas humida, quia nascens Luna humorem assolet concitare. Secunda calida adolescente iam in ea luce de Solis aspectu. Tertia sicca, quasi plus ab ortu remota. Quarta frigida deficiente iam lumine. Tertia verò conuersio quæ est diei secundùm ortum & occasum ita disponitur, quòd humida sit vsque ad primam de quatuor partibus partem diei, calida vsque ad secundam, Sicca vsque ad tertiam, Quarta iam frigida. Hæc ille. Et de circuitibus nos etiam plura diximus suprà lib. 2. cap. 9. 2

At qui morbi in singulis mensis quaternionibus. Græci Codices sic habent: Ἐν δὲ τοῖς φὴ τοῦ μηνὸς τρισὶν ἀνάλογον αἱ τῶν ὁρῶν εἰσὶν ἑκάστης δ' ἐχῶ τμηθείσης μοίρας. cùm tamẽ meo iudicio legendũ 3

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 473 sur 567

sit: ἀνάλογοι αἱ τῶν &c. vt sit· Ἐν δὲ ταῖς τῶν τεσσάρων μηνῶν τετράσιν ἀνάλογοι εἰσὶν αἱ τετράδες ἑκάστης μοίρας τῶν ὁρῶν διχῆ τμηθείσης. & continuato ordine legitur· καὶ λέγεται γε πῶς τῶν Ἀσρονόμων ὥσπερ ἀρχή τις εἶν καὶ τελευτὴ τῶν ὁρῶν ἑκάσης ἐπιβολῆς ἢ δύσεσιν ἄσρων ἐπιφανῶν ὁριζομένων, &c. cùm pro ἐπιβολῆς legendum sit ἐπιβολαῖς dandi casu pluratiuo, non gignendi, coniunctione αἱ, datiuos coniungente. Hanc lectionem habet Basiliensis Codex: illam Venetianus. Dicit autem morbos eos acutos, qui singulis mensis quaternionibus iudicantur, proportione respondere illis diuturnis, qui parte qualibet temporum anni bifariam secta soluuntur, vt acutus primo quaternario iudicatus, ei diuturno respondeat, qui Aestate contractus, media ipsa soluatur, qui secundo quaternario acutus iudicatur, & diuturno respondeat, qui in Aestatis fine soluatur.

4 *Et sanè quemadmodum Astronomi.* Anni tempora variè distingui suprà in fine secundi cap. huius tertij docuimus. Hic ex Galeno addimus horum ipsorum medietatem haud aliter ac initia & fines illustrium etiam syderum ortu & occasu ab Astronomis definiri & determinari solere: vt igitur ortus cosmicus, Pleiadum, Aestatem, occasus cosmicus, hyemem incohat: ita Caniculæ ortus dimidiatam æstatem. Nepæ occasus & Vindemiatoris ortus medium Ver ostendunt. Occidit enim Nepa Columellæ lib. 11. cap. 2. Idibus Martij, Vindemiator 6. Nonas apparet. Et anguifer qui à Græcis ὀφιοῦχος dicitur, mane occidit 11. Calend. Iunij. Porrò significat hic Galenus morbos hoc illo anni tempore contractos non solùm solui iis annui temporis partibus, quæ qualitatibus vtrisque pugnent, cum suæ generationis tempore, sed etiam interdū iis quæ altera tantum qualitate sint oppositæ, vt non solùm Vere contractus morbus Autumno, Aestate contractus, Hyeme, & contrà soluatur. Sed & nonnūquam Vere cōtractus morbus Aestate media, Aestate cō tractus Autūno medio, & pari ratione in cæteris tēporibus, soluatur. Quin illos morbos, qui iis annui tēporis partibus, quę qualitatibus vtrisq; pugnāt, soluūtur, acutis illis proportione respōdere dicit, qui 14. die iudicantur. Illos verò, qui media anni parte, quæ altera tantùm qualitate pugnat cum suæ generationis tempore soluuntur, iis itidem respondere docet, qui in singulis mensis quaternionibus, id est, per septimanas iudicantur.

Altera

Alternatiuæ igitur omnes morborum immutationes τὰς οὖν τῶν νοσημάτων ἢ μέρει μεταβολὰς ἁπαξάπας ἢ ὡς πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἀυτῶν, ἢ ὡς πρὸς τὴν περιέχουσαν ἡμᾶς ἀέρα προπὴν ἀνάγκη γίνεσθαι. per μεταβολὰς, id est, immutationes morborum Galenus hoc loco Crises intelligit. Est enim Crisis aliud nihil, quàm vt sæpe iam diximus, εἰς ὑγείαν μεταβολὴ, id est, ad sanitatẽ immutatio. Hoc ergo dicit: Crises morborũ vel à proprio suo principio, id est, à causa interna, vel ab externa, vt aëris immutatione contingere. Est autẽ interna causa Criseon duplex. Aut enim natura humorũ morbum cõmittentem & concoctũ foras conatur expellere, Aut ipse humor nondũ concoctus, nec ad excretionem præparatus sua mole, vel qualitate naturã grauans foras prorũpit. quod docere etiã videtur Hippocr. lib. 4. de morbis, cùm scribit: Conturbatur homo dũ febricitat: cuius rei signum est, quòd horror aliàs atque aliàs per corpus transcurrit. Hoc verò nõ ita sanè cõtingeret, si non cõturbaretur humor, & de ipso, aut plus, aut minus secerneretur, & alius aliũ superaret. Hic, aut natura, aut humor Crisim efficit, seu ipsius est proprium & internũ principium. At causa verò externa, seu ab aëris immutatione Crises fiunt, dũ in dies, horas, aut anni tẽpora, aëris temperatio alteratur, & de frigido statu in calidum, & contrà, de sicco in humidũ, aut etiam temperatũ statum immutatur, calidum autẽ & humidum aëris statum Crisim promouere scimus ex Aphor. 6. Cõmen. 3. Sanè mirũ esse non debet, si Crises ab iis causis fiant, cùm morbos etiam ipsos ab iisdẽ geminis causis, vel à proprio dico principio, vel abs ambientis aëris immutatione fieri cõstet ex ea parte libri de Nat. hu. quam Hippocrati falsò adscribi nonnulli dictitant. Morbi, inquit ille, alij quidẽ à victu fiũt, alij à spiritu, cuius inspirati beneficio viuimus. Victus ratio, quia humores tales aut tales in corpore creat, causæ internæ, spiritus seu aër causæ externæ habet rationẽ. Item lib. de Flatibus Hippoc. Sunt autẽ, inquit, febrium duo genera, quorũ alterum cõmune omnibus, pestis appellatur. Alterũ propter malã dictam priuatim his contingit, qui ea vtũtur, & quæ sequuntur. Praua siquidẽ victus ratio humores prauos in corpore generat, qui coaceruati & tẽperamentũ vitiantes, morbum tandem, ac proinde etiam Crises causantur. Sed id ipsum etiã apertius multò videtur innuere initio lib. 1. de Morbis. Morbi, inquit, vniuersi fiunt ex his, quæ in corpore insunt, tum à bile, tum à pituita. Ab externis verò à la-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 475 sur 567

©BIUM

boribus & vulneribus. Sed & à calido & ſupercalefaciente, à frigido & ſuperfrigefaciente, à ſicco & ſuperexiccante, ab humido & ſuperhumectante: hoc autem eſt, vt ego interpretor, ab aëre ſic vel ſic affecto. Sed de his nos etiam infrà cap. 9. Vult autem Gale. eas Criſes, quæ à proprio principio, ſeu ab interna cauſa originem habeant, quales ſunt Criſes ſynochorũ, à Luna. Quæ verò ab aëre, quales ſunt febrium peſtilentialiũ, eas cùm à Sole tum à Luna etiam regi & gubernari. A Sole quidem, ſi totius anni: à Luna, ſi menſis tantùm reſpectus habeatur. Et ſubdit Galen. mutationes eas, ſeu Criſes quæ cuique ægroto propriæ ſint, ſeu quæ ab interno principio ortum habeant, ἰσχυροτάτας, ſeu, vt paulò pòſt etiam dicet, ἐπικρατεστάτας, id eſt, fortiſſimas, præſtantiſſimas, & firmiſſimas eſſe, quia motum Lunæ ſequantur, & ſeptimo quoque die euenire ſoleant. Et perfectiſſimum præſtantiſſimúmque dierum omnium ſeptimum eſſe docuimus cap. 4. lib. 1. Vnde Philo Iudæus libro de Mundi opificio tradit ſeptimanam etiam ab iis qui propriè nominibus vti conſueuerunt, πλειοφόρον, id eſt, perfectam & abſoluram vocari, quod ea omnia perficiantur & abſoluantur. Sic autẽ dicit καλεῖται δ' ἑβδομὰς ὑπὸ μὲν κυρίως τῶν ἐωθόσιν ὀνόμασι χρωμένων ἡ πλειοφόρος, ἐπειδὴ παυτὶ πλειοφορεῖ τὰ σύμπαντα. Huc pertinet quòd eas etiam, quæ per hebdomadas fiant, Criſes, aër, ſed non eas quæ ab aëre fiant hebdomaticæ adiuuẽt & promoueãt. Sic vtriuſque generis Criſeon earum dico quæ motu Lunæ per hebdomadas, & earum quæ ab aëre fiant, aërem ipſum cauſam & auctorem eſſe innuit, quemadmodum eum ipſum etiam lib. de Flatibus, auctorem eſſe tum eorum morborum, qui ab eo ipſo, tum eorum qui à victus ratione cauſantur, ſcribit Hippocrates. Cęterùm mẽdoſus hic mihi eſſe videtur locus. Aſulanus enim ſic exſcripſit: ἐκ δὲ τούτων συμβαίνει τὰς μὲν ἰσχυροτάτας μεταβολὰς εἶν. τὰς δ' ἰδίας ἑκάστῳ καθ' ἑβδομάδα δηλονότι γιγνομένας. quæ lectio ſententiam ſuſpendit, imperfectámque relinquit. Baſilienſis Codex eandem ſcripturam ſequitur, omiſſa ſola aduerſatiua particula δὲ, quæ licet præcedenti particulæ μὲν, reſpondere videatur, omiſſa tamen perfectiorem ſenſum reddit. Vel igitur aduerſatiua δὲ, expungenda eſt, vel ſi retinetur, corruptus venit iudicãdus locus, & ex antiquis codicibus emẽdandus. Vetus interpres eam omittendam eſſe, & rectè quidem, iudicare videtur. Sic enim cõuertit locum: Accidit ergo ex iſtis

rebus

rebus vt fortior sit mutatio quæ est propria vnicuique ægritudinum secundùm cursum septenorum.

Vt non absre quia semper statis ordine. Græca sic habent· ὡς ἐκό- 6
τως ἐκ δὲ διαπαντὸς ὡσαύτως γίνεσθι μεταπίπτουσιν ὅτως εἰς τὸ πολ-
λάκις· ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιταράττει τὴν τάξιν αὐτῶν, ἥτε διὰ τῶν παρο-
ξυσμῶν ἀναγκάζεται προκρίνεσθι τὰς κρίσεις, &c. Nec hic etiam locus mēdo mihi carere videtur. Et fidem facit vetus interpres, qui vel aliter legisse, vel non intellectum locum obscurius de industria conuertisse deprehenditur. Ita enim Græca hic adscripta conuertit· Oportet ergo inde, sicut dictum est suprà, vt remoueatur mutatio ab hoc, vt fiat in omnibus horis secundum dispositionem suam vnam, vsquequo fiat in pluribus dispositionibus vna ita. Et mutatur etiam ordo & adherentia huius viæ vni mutatione multa. Et ex illo est prauitas paroxysmorum febris, quæ cogit naturam facere Crisim ante horam suam, sicut dicam post, &c. Hæc vetus interpres balbutit verius quàm scribit aut loquitur. Eorum enim verborum vestigia vix vlla in supra citatis Græcis, ex vtroque codice desumptis, olfacias. Hoc tamen Galenum velle comicio, Hebdomadas eodem semper modo procedere. Nam septimo quoque die, vt, & suprà dictum est, habitum Lunæ & cum ea etiam aërem immutari contingit, hincque fieri vt Crises frequenter etiam & vt plurimum per septimanas contingant.

Et verò adhuc etiam magis & accessionum vehementia, &c. Quo- 7
modo ἡ τῶν παροξυσμῶν βία. id est, accessionum vis Crises προ-
κρίνεσθι, id est, intempestiuè erumpere, seu ante tempus commoueri faciat, dicemus cap. proximo, sicut & de erroribus, qui circa ægrotum committūtur, suprà etiam cap. 11. primi diximus, quo loco Gale. multa in eam rem, & Commen. etiam primo in Aphor. 1. & cap. 5. lib. 3. Criseon.

Et verò in acutis morbis intercidentes. Cum, vt auctor est Aristo. 8
Proble. 12. sectio. 26. omnia tum potissimum vaga sint, inconstātia, & ab omni motus æquabilitate aliena, tū alterari permutarive habeant, & ex vna qualitate in aliam, seu à termino à quo ad terminum ad quem transire, mirum profectò esse non debet, si corpus acutissimo morbo correptum, ac proinde in motu &

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 477 sur 567

vehementi agitatione constitutum, iudicari transmutarive paratissimum sit & maximè idoneum: vnde etiã fiat, vt ad talium morborum iudicationem plures dies intercidant.

Capitis octaui Summa.

EXplicat causas quibus fiat vt præter veros & suprà descriptos dies decretorios nonnulli alij intercidant, quibus etiam in acutis morbi iudicẽtur. Intercidẽtium autẽ primum facit diem tertium, non eum qui ordine primus est, vt nonnulli falsò, non rectè Hippocratis scripta intelligentes, arbitrabantur.

CAPVT VIII.

AB acutis igitur incipiendum iterum est omnium decretoriorum dierũ causas ordine vestigare.[1] In primo quidem die febres diarias solui contingit, sine lucta tamen aut vlla insigni perturbatione. Et sane arbitrantur nonnulli Hippocratem dum libro primo Epide. dies decretorios recenset, primi etiam diei meminisse, sed illi duplici nomine falluntur. Circuitus enim primus, & non dies primus apertè ibi scriptũ est, in parium scilicet impariúmque catalogo. Quemadmodum igitur in parium catalogo, postquam primi circuitus mentionem fecit, quartum diem subinfert: Sic in imparium catalogo, tertium. Quin hoc etiam magis errant, quòd non intelligunt id quod initio Prognostici de emortua facie scriptum est, hoc scilicet: Die noctéque iudicatur, si quidem ob eiusmodi causas hæc faciei species orta sit. Non enim intelligunt hoc verbum, iudicatur pro deprehenditur & agnoscitur esse vsurpatum. Sed enim hos missos facere oportet.[2] Principium autem dierum morbos acute iudicantium & cum perturbatione aliqua immutantium tertius ab initio dies, vti & prædictum est, statuendus venit, non quòd is vllam habeat cum prima septimana communionẽ societatem ve, sed quòd de coincidentium sit ordine.[3] Siquidem & antè dictum est, quaternarium magnam idcirco vim & facultatem obtinere quòd septimana in duas partes diuisa integratur & absoluitur. Nec verò

minus

nânus etiam quàm quartus decernunt tertius & quintus, qui tamen nulla alia ratione coincidunt, quàm quòd Criſes cum acceſſionibus fiunt. Idipſum & experientia comprobatur, & ratione res ſcrutantibus, eius haud obſcura cauſa eſt. Nam perturbationis vehementia, naturam ea quæ ipſam moleſtant etiam ante tempus propellere compellit. Eſt enim vis illa & facultas alienorum expultrix, vt & antè in Commentarijs de naturalibus facultatibus eſt demonſtratum. Tempus autem actionis huius tum incipit, cum primùm deſinit & ceſſat facultas alteratrix. Tunc enim functionem ſuam obire, rebus omnibus ſecundum naturam factis, expultrix facultas oſtendebatur, cum alteratrix functionem ſuam obire deſijt. Verùm enim aliquando ante perfectam coctionẽ quæ noxia ſunt & moleſta amoliri & propellere cogitur, vt & aliquando etiam completa iam & abſoluta coctione tardat & cunctatur, ac præ imbecillitate ſuum lentè munus obit. Vtraque verò hæc in ventriculo clarè perſpicere licet. Irritatus enim & ſtimulatus, coctionis tempus non expectat: ſed protinus etiam id quod benignum eſt & familiare vnà cum eo quod moleſtat, excernit. Haud aliter ac plerunque etiam eius quod iam ſatis concoctũ eſt, ſuperfluum præ imbecillitate cunctatur & tardat expellere. At cum is ſecundum naturam habet, perfectæ coctionis tempus idem ipſe eſt & terminus expulſionis excrementorum, quem neque antecuertit, neque cum iam præſens adeſt, retardat. Cæterum vt in ventriculo, ſic in ſingulis totius corporis partibus facultas quædam alienorum expultrix eſſe demonſtrabatur, quæ eadem, meo quidem iudicio, Criſes in morbis cauſatur & efficit, quæ idcirco tum optimæ contingunt, cum iam omnia in animantis corpore fuerint concocta. Criſim autem præuenire (ſic enim προεκρίνεσθαι quaſi prærumpere dicas, appellare conſueuit Hippocrates) perniciosum eſt. Nam tum benigna & vtilia vnà cum ijs quæ etiam moleſtãt excernuntur. Fitque hoc natura incitata, vel ab exteriore quopiã, vel ab ijs quæ in ipſo corpore concluſa detinẽtur. Extrinſecus verò eſt cum Medicus, qui parum rectè quid fecerit, tum ve-

©BIUM

rò & ægrotus & ministri, necnon & alia quæ proprie exteriora nominantur. In ipso verò corpore sunt Morbi ipsi. Horum causæ. Et accessiones. Iam hic mihi cogita tale quippiam in natura accidere, quale hominibus infirmis abs quibusdam fortioribus & valentioribus ad congressum & pugnam intempestiuè prouocatis solet accidere: nimirum vt & impares viribus cum sint, & imparati abs propugnantibus fortioribus vincantur. Quinetiã onus quis volens abijcere, interim vel inuitus cum eo collapsus est. Item & vehementius quis in conuallem decurrens, deinde se ipsum continere non potis inuitus in præceps delatus est. Eiusmodi exempla omnia ad malas Crises referuntur, de quibus fusius in libris Criseon dicturi sumus. Sed & nunc quod necesse erit dicetur. Nam proposui explicare quidnam verbo περιγγνωσις sibi velit Hippocrates. Etenim fieri non potest vt qui de diebus decretorijs quippiã percurrere sit aggressus, non & de Crisi quippiã dicat, vel qui de Crisi doceat, non etiam de diebus decretorijs verba faciat. Verùm ad institutum semper reuocanda est oratio, tantámque connexorum mentionem facere oportet, quanta necessaria esse videtur. [6] Cæterùm accessio vnum est de numero eorum, quæ naturam stimulant, & veluti prouocant, eam nec consistere nec conquiescere permittens, verùm concitans irritánsque, & quasi dixeris pugnam indicens, vnde in acutis morbis diebus imparibus Crisis. In his etenim accessiones sunt. Quæ igitur causa sit quamobrem in acutis tertio quoque die vt plurimum fiant accessiones, in diuturnis autem vel quotidie, vel quarto quoque, neque inuenire facile est, neque necessarium in præsentia disquirere. [7] Quod verò ita eueniat, perspicitur. [8] Si enim eo quo & deprehenduntur ordine ipsos collocauerimus, secunda ab initio accessio in tertium recidet. Tertia ad quintum, quarta ad septimum. Quinta ad nonum, omnes in imparibus. Cùm ergo natura non semper rato & stato tẽpore insurgat, morbósque iudicet, sed concitata plerunque aliâs ab alijs causis, à quibus in acutis morbis accessio maximè continua efficitur (ostensum verò est, ipsam in impares incidere) meritò in

impa

imparibus diebus permultæ Criſes acutorum morborum contingunt, non quòd hi dies primariam vim decernendi habeant (ſemper enim huc oportet animum adhibere) ſed per accidens quoddam ſic euenit. [9] Prædictum verò, opinor, iam eſt manifeſtò illud accidens. [10] Nam quia in morborum acceſsionibus Criſes vt plurimum fiunt, hæ autẽ in impares dies incidunt, ideo in acutis morbis in imparibus diebus Criſes eueniunt. [11] Quòd ſi ipſe dierum numerus eſſet, qui decernendi haberet facultatem, non oporteret frequenter quidem in imparibus, raro verò in paribus. Sed ſemper in imparibus, nunquam in paribus acutos morbos iudicari. Neque enim ſeptimi, vt neque etiam quarti diei numerus Criſeos cauſa eſt & auctor: ſed quia Luna innouante & immutante hæc terrena, motuum quoque circuitus ad hos primos numeros venire contigit, meritò in ipſis quaſi ſtata alterationum tempora deprehenduntur. Mutationes enim non à numeris, ſed à Luna rebus terreſtribus contingunt. [12] At quia id quod mutat, in motu eſt, tempus neceſſariò mutationibus coniunctum eſt. Quare & numerus etiam neceſſariò. [13] Non igitur quia omnis par numerus fœmina eſt, impar verò maſculus, acutorum Criſes in imparibus fiunt. Neque enim ſimpliciter impar pari fortior eſt, neque ſi fortior idcirco iam fœmininus imbecillior, neque ſi fœmina quidẽ hic ſit, maſculus verò alter, rationi conſentaneum ſit, acutos morbos in maſculis numeris, in fœminis verò longos iudicari. Omnia ſiquidem quæ de numerorum virtute Arithmetici nugantur, tam facilè abſurda eſſe deprehenduntur, vt mirari mihi ſæpe ſubeat, an ſic Pythagoras ille ſimul & prudens fuerit, & ſimul numeros tantum poſſe putauerit. Atqui ipſis obſtrependi hic locus non eſt. [14] Hoc tenere ad præſens inſtitutum ſufficiat Lunam hæc terrena immutare, & in ſeptimanis potiſsimum magnas mutationes cauſari, poſt deinde in quaternionibus exiguas. Adhæc etiam Criſim acceſsione vt plurimum indigere. Item acceſsiones tertio quoque die in acutis fieri. His etenim poſitis, acutos morbos in imparibus dicbus potiſsimùm iudicari erit neceſſe. [15] Propter hanc

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 481 sur 567

©BIUM

igitur cauſam tertius & quintus merito decernunt: non quòd ex lunari circuitu decernendi vim & facultatem ſortiantur, ſed quòd vel tertius acceſſionis violentia Criſim quarto die futuram præuertat, vel profectò quòd dum natura quarto die laſſa nec vſquam concitata conquieſcit, quinto tandem ad Criſim commouetur. Nam ipſe quintus vero decretorio tardius iudicare, tertius verò paulò magis anticipare deprehenditur. Ambo autem idcirco vim iudicandi habuiſſe, quod cum ſint vero decretorio vicini, acceſſiones eius ipſius exceperunt. Iam verò & nonus etiam in medio duorum decretoriorum, ſeptimi dico & vndecimi collocatus, vel non factam in ſeptimo Criſim, vel in vndecimo futuram ſibi vendicat. Sed rarius quidem ſeptimi, frequenter vero vndecimi.[16] Etenim peculiaris & propria ſeptimi diei Criſis nunquam ad nonum, niſi forte multi errores commiſſi ſint, peruenit. Hoc ipſum autem in Commentarijs de Criſibus demonſtrabitur. At vndecimi diei Criſis contra ſe habet.[17] Ipſo enim eodem fit Criſis, etiam cum omnia rite facta fuerint, & violenta noni diei fuerit acceſſio. Porrò verò quòd eiuſmodi dies propter vehementiſſimas acceſſiones intercidant, euidenti demonſtratione hinc colligas,[18] quòd in productis prolongatisque morbis non ſimiliter eueniat. Nam in productis vt acceſſionum vehementia ſoluitur & langueſcit, ita & dierum intercidentium multitudo minuitur. Adeo autem violenti quid habet ad Criſim acceſſionis vehementia, vt omnibus ferè diebus peracutos morbos iudicatos eſſe videre liceat. Supremus enim ipſorum dies decernere natus ſeptimus exiſtit. Ante hunc non quartus modò, ſed & tertius, quintus & ſextus Criſes aliquando excipiunt.[19] Quæſitum verò dubitatúmque eſt & de primo, an ſcilicet decerneret. Qui igitur reliquus eſt ſecundus, ordine planè decretorio excidit. Eſto exciderit etiam, ſi vis, & primus. At tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus omnes decernunt.[20] Similiter etiam omnes dies qui morbi principium ſequuntur, in peracutis morbis propter acceſſionum vehementiam decernere etiam comperiuntur

riuntur. Itaque & ſextus etiam, quanquam nec de ſerie ſit eorum decretoriorum qui certa periodo conſtant, nec numero etiam impari adſcribatur, tamen & ipſe idcirco permultas Criſes excipit, quòd intra vltimum peracutorum terminum concluditur. [21] Vniuerſi autem tales morbi alterum è duobus habẽt, aut σύνοχον, id eſt, continuam febrem. (Sic vero appellant eam, quæ à primo inſultu & inuaſione eundem tenorem ſine manifeſta declinatione ad Criſim vſque, vt dictum eſt, ſeruat) Aut ſi manifeſtas etiam habet cum declinationes tum acceſſiones, non tertio quoque die tantum eas manifeſtas habet, ſed & in ipſorum etiam intermedijs diebus, qualis eſt hemitritæus, id eſt, ſemitertiana. Itaque prima peracutorum differentia velut vna quædam acceſſio eſt. Quare nihil quod ad acceſſionem attinet, impares paribus præſtabunt, cum febris ſingulis diebus æqualis exiſtat. Secunda verò, quæ modo dicta eſt, peracutorum differentia, etſi tertio quoque die magnas habeat acceſſiones & veluti circuituum principia, tum qui intermedius dies eſt, tantum & ipſe plerunque (de peracutis inquam loquor) adfert paroxyſmum, vt is nihil differat, aut verò cedat magnis quorundam aliorum morborum acceſſionibus. [22] Cum igitur morbus ad ſeptimum, verbi gratia, diem ruit, eóque curſum ſuum deſtinat, & pro ſui ratione in eodem iudicari debet. Sed tamen interea vel mediæ acceſſionis magnitudo, non expectato proprio & legitimo tempore, naturam ad Criſim inſurgere compellit, vel etiam quippiam eorum quæ extrinſecus eueniunt ipſam irritat. Sic vtique Criſis ſexto die prærumpit. Sed hæc profectò tantò peior eſt ea, quæ in ſeptimo futura erat, quò magis ipſam præuertit. [23] Peſſima verò etiam eſt & ſextana Criſis, ſed alia quapiam ratione, quam nos pluribus in libris de Criſibus perſequemur. Nã illius operis proprium eſt bonas Criſes à malis interſtinguere. Hic tantùm de diebus decretorijs tractare conſilium eſt. Sed quoniam conſtitui ſemel de ſexto die omnia percurrere, hoc quoque ad huc ſummatim adiungã. [24] Quidam morbi inuadunt ſecundum diem primo grauiorem ha-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 483 sur 567

bentes, quartum tertio, vniuerſásque acceſsiones diebus paribus, qui quidem morborum longorum naturam ſapiunt, vt in Commentarijs de Criſibus demonſtrabitur. Sed tamen inſtar acutorum propter vehementiam præuertunt iudicari. Hi & ſecundo quidem die interimunt & quarto. Sed ſexto quamplurimos.[25] *Nam ſecundo die aliquo adhuc modo valida eſt natura, in quarto valida quidem adhuc, & in hoc magis quàm in ſexto, ſed nondum in arenam audet deſcendere. At in ſexto acceſsionis vehementia frequenter eam ad luctam certaménque prouocat, quo in certamine alterum è duobus contingit.*[26] *Vel enim natura ſuccubuit ipſi vehementiæ acceſsionis & concidit, extinctáque prius fuit & ſuffocata, quàm quæ moleſta eſſent excerneret, vel eorum quidem maguam partem excreuit, reliquum verò excernere potis adhuc non fuit: ſed præ imbecillitate & laſsitudine tandem cadit & vita iacet. Deinde ſi quidem poſt aliquod interea tempus aliquo pacto recreari ac refici potuerit, paulatim morbum concoquit. Si verò morbi reliquiæ maiores fuerint robore naturæ, tandiu æger ſuperuiuet, quandiu adhuc natura ſufficere potis eſt: tandem tamen poſtea morietur. Sed enim de diebus intercidentibus abunde dictum eſt.*

1 *IN primo quidem die febres acutas.* Ephemeræ febres ſeu diariæ omnium ſimpliciſsimę, vt 1. ad Glauco ſpiritus ſunt tãtùm paſsiones abſque humorum putredine, vt c. 13. li. 2. Criſ. quæ ſine magna perturbatione & minime ſubitas, vt & hectícæ, faciunt permutationes, vt lib. 2. Criſ. cap. 11. Has quia primo die ſolui vt plurimum cõtingit, non defuerunt, qui primum diem, Decretoriorum primum ordine eſſe dicerent, & ad ſuæ opinionis confirmationem Hippocratis etiã auctoritate niterentur: quibus reſpondens Galenus planè negat diem primum vllo modo eſſe Decretoriorum, quod licet Ephemeræ febres eo ipſo iudicentur, id tamen ſine lucta aut vlla inſigni perturbatione fiat. Deinde negat Hippocratem eo quem citabant ad ſui dicti confirmationem, ex Epidemiis loco, primi vſquam diei meminiſſe, ſed tantùm circuitus primi feciſſe mentionem, his verbis: Quæ diebus paribus exacerbantur, paribus

iudican

iudicantur. Quorum verò acceſsiones diebus imparibus fiunt, diebus imparibus iudicantur. Eſt autem primus iudicatorius circuituum qui diebus paribus iudicant, quartus, ſextus, &c. quo in loco, vt rectè hîc ſcribit Gale. non dies primus, ſed primus circuituum ſcriptum ab Hippocrate eſt. Quin & eum etiam locū, quem ex lib. 1. Prognoſt. citabant ad probādum etiam quòd primus dies decretorius eſſet, perperā interpretabantur. Nam quia ibi ſcriptum eſt, κρίνει δὲ τὰς τοιαύτας ἐν ἡμέρῃσι καὶ νυξί. Interpretabantur cadaueroſam eiuſmodi faciem, de qua Hippocrati eo loco ſermo eſt, quæ ab externa cauſa, vt inſomnia, excretione, aut fame talis fuiſſet, κρίνεσθαι id eſt, παύεσθαι, λύεσθαι, τελευτᾶν, ῥᾳστωνεῖν. id eſt, ceſſare, quieſcere, ſolui ſiue ad mortem, ſiue ad ſalutem die vno & nocte vna, vt in ſumma iudicari ea ſignificatione vſurpetur, qua vſurpatur, cùm dicimus morbū aliquē acutum die quarto aut ſeptimo iudicari, cùm tamē κρίνεσθαι eo Prognoſt. loco aliud ſignificet. Nam ponitur, inquit hîc Galenus, pro δοκιμάζεσθαι καὶ ἀναγνωρίζεσθαι. id eſt, iudicari pro colligi, deprehendi, & diiudicari vſurpatur, vt ſecundum hanc Galeni interpretationem, Hippocrates velit à primo ſtatim die naturali, ſeu poſt horas 24. ſciri, diſtingui & colligi poſſe ab externane cauſa an interna eiuſmodi facies orta ſit. Nam ſi, vt in eius loci explicatione docet Gale. ab exteriori cauſa ſola, qualis dicta eſt, facies extiterit, die nocte corrigetur & emendabitur. Si verò à cauſa interna, vt affectione in corpore, aut talis permanebit, aut etiam deterior euadet. Sic negat Galenus primum diem decretorium eſſe poſſe, oſtenditque illos qui in ea opinione erant, falsò ad eam ſtabiliendam, Hippocratem, cuius verba non aſſequebantur, citauiſſe.

Principium autem dierum morbos acutè iudicantium. De intercidē- 2.
tibus diebus dictum eſt mihi ſuprà cap. 3. & 11. lib. 1. & item capite 2. 6. & 12. lib. 2. Monebo hîc tantùm intercidentes omnes ratione magis motus materiæ de morbis decernere, quàm ratione motus Lunæ. Nam illi tantùm dies qui ſeptimanam vel ſecāt bifariam, vel terminant, vi cæleſti nixi morbos iudicant, atque ſic à magno validóque prodeunt initio. Cæteri ab inordinato fluxæ materiæ motu id præſtare comperiuntur, & ex paruo imbecillíque prodire principio: quod etiam docet Ariſtoteles Problem. 13. Sectio. 26. quo loco tertium diem decretorium eſſe aſ-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 485 sur 567

©BIUM

ſerens,tacitè videtur innuere, ipſum intercidentium eſſe primũ, & hac ratione nititur, quòd ſcilicet Aquilo noctu flare incipiẽs, atque adeo à paruo imbecillíque prodire initio(nox quippe die imbecillior eſt)& Plinius li.2. c.49.& ſecundùm alios 46.ſcribit noctu Auſtrum,interdiu Aquilonem vehementiorem eſſe)ſpirare non ceſſet ante diem tertiũ. Id quod ſatis arguit,ipſum decretoriorum eſſe primũ,vt quo alio antè Criſis,id eſt, aëris mutatio non contingat. Sanè Hippocrates etiam Apho. 36. Comment.4.& loco etiã paulò antè ex li.1.Epide.citato, eum ipſum tertium dico diem, Decretoriorum dierum primum facit: & Galenus cùm antea paſsim,tum etiam Commentario in caput 1.lib.3.Prognoſticõu.

3 *Siquidem & antè dictum eſt.* cap.2.lib.2. & item Comment. in caput 1.lib.3.Prognoſt.

4 *Eſt enim vis illa & facultas alienorum expultrix.* Galenus toto ferè paſsim lib.de Natur. facult. 3. à maximis & maximè cauis corporis inſtrumentis,vt vẽtriculo,vtero, veſica vtraque quaſi ab euidentibus ſenſui demonſtrationem colligẽs, apertè oſtendit retentrici facultati,vbi ſcilicet ipſa opus ſuum conſummarit, expultricem ſuccedere, ſi ritè omnia & ſecundùm naturam facta fuerint.Nam primùm quod ad ventriculum attinet, vbi is ad perfectionem cibos concoxit, tum aperit inferius os, excidúntque per ipſum (agente facultate expultrice)facillimè cibi, etiamſi lapides, oſſa,acinos,aliáve quæ verti in cremotem non poſsint,plurima ſecum habeat. Vterus vbi fœtum conſummauit compleuítque,ſeu ſi vis,dum is ad iuſtam magnitudinẽ peruenirет,retinuit(huius quippe rei gratia vi retentrice vtebatur) retentricem facultatem inhibet,ac ceſſare facit,expultrice, quæ hactenus quieuerat,loco eius aſſumpta,quæ eadem ratio in veſica vtraque & omnibus itidem etiam corporis partibus eſſe poteſt.Singulæ enim,inquit Galenus tertio de Natura.facul.particulæ vbi conuenientẽ ſuccum attraxerunt, & ex retento fructum ceperunt, totum quod ſuperfluum eſt,quàm poſſunt celerrimè commodiſsiméque,pro ſuperuacui ipſius huc illuc momento,abiicere properant.Eóque ventriculus quod excrementorum in eo fluitat,vomitione expurgat,quod ſubſidet,alui deiectione:vbi verò corpus præter naturam habuerit, tum retentrix

trix facultas, vel materiæ quantitate immodica, vel qualitate aliena mordacíque, vel vtraque etiam ſimul moleſtata expultricem ita excitat, vt non ſolùm ventriculus crudum adhuc cibum, ſed & quælibet alia pars humorẽ quantitate, aut qualitate peccantem, & ſe contriſtantem intẽpeſtiuè etiam abiiciat, haud aliter ac ſi eadem etiam retẽtrix facultas imbecilla ſit, etiã poſt materiæ concoctionem ſuperfluum excernere tardat & cũctatur: quod etiam docet Galen. in fine cap. 7. lib. 5. Locorum affec. cùm ſcribit: Igitur quemadmodum retentrix facultas, cùm imbecillior eſt, ac rem quę ipſam grauat, retinere non valet, vis expultrix id quod moleſtat euacuat. Ita infirma expultrice res quædam retineri ſolent, facultate retentrice non admodum grauata. Et aliquot item lineis pòſt, de qua uis particula loquens, ſubdit: Verùm aliquando rem grauantem ſuſtinet, ac longo temporis tractu eam vincit, conficit, alterat, & concoquit. Deinde rurſùm aliquando rei infeſtantis vel quantitatem, vel qualitatẽ ferre non valens ad ipſius excretionem inſurgit. Sicut contrà, cùm interim admodum moleſtatur, ipſam rem moleſtantẽ deiicere cupiens viribus grauiſsime proſtratis ob imbecillitatem id efficere non poteſt. Ex quibus ſatis licet intelligere familiarium, ſeu benignorum humorum corpore contentorum eandem eſſe quæ & noxiorum, quod ad eorum coctionem & expulſionem attinet, rationem. Vtroſque enim, tam noxios dico, quàm benignos quælibet corporis pars facultatis retentricis, & ſecundùm naturam habentis beneficio tandiu retinet, dum eoſdem etiam concoxerit, quo tempore facultas expultrix, ſi bene etiam habeat, neque imbecilla ſit, benigni humoris excrementum, vt à parte nutrienda alienum, aliò atque aliò protrudit, dum in locũ aliquem communem reponat, vnde id poſtea foras propellatur. Quod verò ad noxium humorem, & morbum acutum committentem (nam de acutis & Criſibus quæ eorum proprię ſunt, nobis hîc ſermo eſt) attinet, eum ipſum eadem illa expultrix bene habens poſt concoctionem, & circa ſtatum citra irritamẽ copioſa aliqua excretione (hanc Criſim appellant) excernit. Vtraque autẽ hæc tam benigni dico, quàm alieni humoris poſt concoctionem excretio, fit & natura valida exiſtente, & materiæ dominante: tunc enim determinati ſunt atque ordinati naturæ motus. Contrà vbi materia (ſeu illa benigna ſit, ſeu noxia) quantitate, aut qualitate peccat, & naturam domat irritátque,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 487 sur 567

©BIUM

benigna quidem intempeſtiua, id eſt, ante ſtatum & coctionem, ſi ſupernatat, vomitu. Si peſſum it, & inferiora occupat, alui dejectione propellitur. Tunc enim indeterminati ſunt atque inordinati naturæ motus. Noxia materia & quantitate, aut qualitate moleſta, & naturam grauãs, ſupradictis etiam excretionis generibus, & præterea ſudoribus, hæmorrhagia, & cæteris id genus intempeſtiuè atque adeo ante coctionem foras propter perturbationis vehementiam, vnà etiam cùm benigna propellitur. Et hoc eſt, quod πθεικρήγνυσθ appellat Hippocr. ſcribente etiam Galeno cap. 10. lib. 3. Criſ. his verbis: ὅσα δὲ πθεικρήγνυ?, καλῶ δ' ὅυτως ὁ ἱπποκράτης ἅπαντα τὰ πρὸ τ ἀκμῆς ὧν κρίσιν ὁρμῶντα, δι' ἐρεθισμὸν τινὰ ὧν πάσχει. id eſt, Quæcunque verò intempeſtiuè & ante tempus commouentur (vocat autem ſic Hippo. omnia quæ ante ſtatum ad Criſim ruunt) ob aliquod irritamen id patiuntur: πθεικρήγνυσθ ergo nihil aliud eſt, quàm τὰ λυπῶντα πρὸ τ καιρᾶ ἀποπρίεσθ, noxia intẽpeſtiuè excernere. Quod autem hoc loco legitur in vtroque codice· ὅσ' ἂν πεπεμμένον αὐτάρκως φύσει βραδύνει τι ἰᾷ μέλλει τὸ περιττὸν ἐκκρίνειν δι' ἀξίωσιν. legendum putem gignendi caſu πεπεμμένου, non vt legitur accuſandi, eo ſenſu quem in noſtra verſione expreſsimus. Obſeruatione etiam dignum eſt, Galenum Criſeon perturbationẽ aliàs παραχὴν, aliàs ἀγῶνα, aliàs etiam σάλον appellare. Sic enim hic ſcribit: ἐν μὲν δὴ τῇ πρώτῃ τὸς ἐφημέρους λύεσθαι συμβαίνει πυρετὸς, ὁ μὴν ὅδε μετ' ἀγῶνος τε καὶ παραχῆς ἀξιολόγου. Et paulò pòſt: Ἀρχὴν δὲ τῶν μετὰ σάλου τινὸς ἀλλοιώσεων ὀξέως κρινουσῶν τὰς νόσους ἡμερῶν τὴν πρώτην ἀπὸ τ ἀρχῆς θετέον.

5 *Quæ idcirco tum optimæ ſunt, cùm omnia in animantis corpore.* Criſes ideo bonæ ſunt, quæ poſt humorum concoctionem fiunt, quia cùm eo tempore natura victrix noxium & inutilem humorem à benigno & vtili ſeparauerit, vtile quidem ad ſui nutritionem retinet, inutilem verò foras propellit. Atque ſic onere quo grauabatur leuata, velut recreatur, & eo quod retinuit benigno, pacatè fruitur. Contrà ideo mala Criſis eſt, quæ πθεικρήγνυ?, id eſt, intempeſtiuè prærũpit, quia licet vacuato noxio humore natura leuata videatur, nõ habet illa tamen (vacuato ſcilicet vnà cum noxio familiari & benigno) quo frui poſsit & recreari, vnde Criſis mala eſt, quæ coctionis tempus præuertit, & tantò deterior, quò longius à ſtatu & coctione abfuerit. Cæterùm

rùm non ſolet præuenire Criſis, ſeu intempeſtiuè prærumpere, niſi natura irritetur, & ſtimuletur. Stimulatur autem, vel ab interna cauſa, vel externa. Externa quadruplex eſt, tum hîc Galeno, tum etiam Hippocrati Aphoriſmo primo primi Commẽ. ἰατρὸς, κάμνων καὶ ὑπηρέτης· ὑπηρέται δὲ παρεδρεύουσι, καὶ τὰ ἔξωθεν ὀνομαζόμενα. Medicus, Aeger, Miniſtri ſeu Aſſidentes, & exteriora, de quibus etiam antè diximus cap. 11. lib. 1. Interna triplex eſt· τὰ νοσήματα αὐτὰ, τὰ τούτων αἴτια, καὶ οἱ παροξυσμοί. id eſt, morbi ipſi: Horum cauſæ & acceſsiones. Sanè tria hæc, Morbus vehemens & malignus morbi cauſa quantitate, aut qualitate peccans. Et acceſsio cum vehementi motu Criſim prærumpere ſolicitant, dum vires ita proſternunt, & labefactant, naturámque cui bellum indixere, ita domant, vt motus certos ratósque circuitus ſeruare minimè poſsit. Porrò autem cauſa efficiens, ſeu ſubiecta acuti morbi materia bilis eſt. Ea enim acutos ſemper morbos facit, vt Comment. in Aphoriſ. 32. ſeptimo. Et Criſes earum febrium, quæ ex calidis humoribus accendûtur proprias eſſe ſcimus ex lib. 2. Criſe. cap. 11. vnde colligere licet Criſim, vt morbi acuti, ita morbum acutum bilis eſſe veluti effectum. Portrò verò triplici hîc ſimilitudine oſtendit Galenus naturam tribus illis veluti hoſtibus, morbo dico vehementi & maligno. Cauſæ morbi, & poſtremum etiam Acceſsioni ſolere ſuccumbere, morbum ſcilicet fortiori & valentiori homini primum, deinde oneri. Tertium ei qui vehementius in conuallem decurrat, comparans, naturam contrà, infirmo & imbecillo primùm, deinde ei qui velit onus abiicere. Poſtremum ei qui inuitus in conuallem feratur, cùm vehementius in eandem decurrere cœperit, nec ſeſe continere, aut curſum cohibere potuerit. Cæterùm Aegri vires, portanti onus, morbum oneri etiam comparat in fine cap. 5. lib. 3. Criſ.

Cæterùm acceſsio vnum eſt de numero eorum, &c. Si acceſsiones 6
ceſſare certum eſt, vbi vniuerſi morbum cõmittentes ſucci per cutim trãſpirauerunt, certè eaſdem nõ ceſſare, ſed perpetuas eſſe & continuas, certum etiam eſt, vbi illi ipſi ſucci nullo modo trãſpirant, ſed in corpore concluſi detinentur: per morbos autem acutos, de quibus hic nobis totus ſermo eſt, cùm eorum Criſes tantùm ſint propriæ, à vehementi & vrenti calore, haud ſecus ac frigus cutim denſante, bilis morbum committens cum ſan-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 489 sur 567

guine in vasis incensa & ardens foras exire prohibita detinetur, detenta, vt quantitate, ita & qualitate augetur. Copiosior quippe facta nec difflata, putret, calorémque febrilem & præter naturam in corpore adauget: vnde accessio continua efficitur, quæ naturam quasi ad certamen prouocat, interdum sola, interdum reliquis duobus aliis naturæ hostibus, morbo, inquam, & causa morbi comitata. Contra quos hostes ægrum medicúmque vnà insurgere oportet, & aduersus hos naturæ ferre suppetias. Cur autem in acutis morbis diebus imparibus Crisis, potius quàm paribus contingat, docet Hippocra. libr. 4. de morbis scribens hunc in modum: Dimittit autem febris in diebus imparibus ea de causa, quòd videlicet in paribus diebus trahit corpus de ventriculo. In imparibus verò dimittit. Ventriculus autem extra propellit in homine sano, iuxta eiusmodi necessitatem morbi in imparibus diebus iudicantur. Aristoteles capit. 6. Physicorum 5. Alterationem, vt verbi gratia sanationem, naturalem esse dicit, quæ diebus Criticis fiat. Violentam verò quæ vel Criticos dies præueniat, vel eosdem sequatur. Galenus tamẽ hoc loco scribit Crises acutorum idcirco in diebus imparibus contingere, quòd in iisdem accessiones etiam sint, & quod item veris decretoriis vicini, eorum ipsorum accessiones interdum excipiant. Porrò quod accessiones acutorum in imparibus contingant, alij ad erratum aliquod circa ægrotum admissum, alij ad materiæ morbum cõmittentis caliditatẽ, leuitatem, tenuitatem & liquiditatem etiam referunt. Nam quâ bilis talis est, eatenus leui occasione mouetur, & ad excretionẽ parata legitimum dierũ decretoriorũ ordinem nõ expectat. Nec verò desunt etiã qui Lunæ idipsum referant acceptum, quam, quòd rebus facilioris mutationis præsit, in acutos etiã morbos imperium obtinere volunt, & accessionẽ accelerare. Sed enim quærat hic fortasse quispiã, quid sit quod cùm acutorũ accessiones sint cõtinuæ, scribat hic tamẽ Gale. acutos imparibus diebus accessiones habere, quasi impares, quod ad accessiones attinet, paribus præstent, & grauius fatigent. Sanè huic quæstioni hoc ipso capite paulò pòst, & cap. etiã 6. lib. 2. Criseon satisfacit, dum continuarũ febrium, seu si vis acutorũ duplicem facit differentiã, vnam eorum quorum vnica tantùm est accessio, seu qui à primo principio vsque ad Crisim similes perseuerãt, & in quibus pares æquè ac impares fatigant. Alterã eorum qui tertio quoque die accessionũ exacerbatio

bationes habent, seu qui licet in quietē febre vacantē antequam omnino iudicentur, nō desinunt, aliquā tamen sensibilem declinationē habent, quam accessionis exacerbatio excipit, de qua secunda differentia Galeno hic sermo est. Cæterùm quanquam Galenus hoc loco difficile esse dicit inuenire quāobrē in diuturnis, vel quotidie, vel quarto quoque accessiones fiant: sunt tamē qui causam eam ad materiā quæ putruit, aut semiputris remansit, referant, dicantque pituitæ, verbi gratia, vtpote frigidæ, crassæ, lentæ, cōcoqui, incendi, & in declinatione particulari vacuari contumacis, reliquias in causa esse, vt quotidie accessiones recurrant. Sicuti & succi melancholici reliquias, vt quarto quoque: quia scilicet is succus quā frigidus tardissimè & ægerrimè totus vratur & vacuetur, quā siccus, promptus sit incendi & vacuari.

Quod verò ita eueniat, perspicitur. ὅτι δ' ἄντως συμβαίνει, φαίνε- 7
ται καὶ πρὸς τὰ παρόντα λέγω δὴ ἀρχὰς ἔχειν. Sic Venetianus Asulani Codex habet, Basilientis Oportinisicu ὅτι δ' ἄντως συμβαίνει, φαίνεται. reliqua quæ sequuntur omisit, & meo quidem iudicio rectè, quòd ad rem parum facere videantur, nisi si fortè quid aliud omissum est, vnde illa verba pendeant. Ea tamen vetus interpres agnouit, & sic hunc locum conuertit: Quòd autem res ita sit, visus significat tibi. Pone ergo hoc radicem & viam rei ad quam intendimus, quoniā quando posuerimus rem ita secundùm quod videtur visibiliter, succedet secundum paroxysmus à principio ægritudinis in die tertio. hæc ille.

Si enim eo quo &c. deprehenduntur ordine ipsos collocauerimus. Esto 8
disponantur numeri secundùm naturalem ipsorum seriem dies repręsentantes, & sub iisdem collocentur numeri alij acutorum accessiones repręsentantes, videbis semper illas in impares recidere hoc modo:

Dies secūdùm naturalē numerorum seriem. { 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

Accessiones acutorū per impares. { 1 2 3 4 5 6 7 8 9

©BIUM

Hos numeros, si in infinitũ producere voluerîs cõtinuato ordine, comperies acceſsiones ſemper in impares incidere. Et id eſt, quod Galenus hic dicit· ὅλῳ δ' ἄτοπος συμβαίνει φαίνεσθαι. θερμενόμενον γὰρ ὥσπερ καὶ φαίνεται, ὁ δ' ἐνάτερος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς παροξυσμὸς εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν ἐκπίπτει. τρίτος γ' εἰς τὴν πέμπτην. τέταρτος δ' εἰς τὴν ἑβδόμην. πέμπτος δ' εἰς τὴν θ. εἰς πολυτελὰς δὲ σύμπτωσις, &c.

9 *Prædictum verò opinor, manifestò iam eſt illud accidens.* Codex vterque Græcus male habet· προείρηκε δέ, ὡς οἶμαι, σαφῶς ἤδη τὸ συμβεβηκὸς ὂν: pro προείρηται δέ, ὡς οἶμαι, &c.

10 *Nam quia in morborum acceſsionibus Criſes vt plurimum fiunt.* Quoniam Hippocrates id quod rarò fit, negligere ſolet, quod autem crebrò id vſurpare, & literarũ monimentis prodere, idcirco libr. Epid. 1. Criſes morborũ non τὸ πλεῖστον ἀεὶ πλεονάκις, id eſt, vt plurimum, ſeu ſequenter, ſed in vniuerſum & ſimpliciter cum acceſsionibus fieri pronũtiauit, cùm ſic ſcripſit: Quæ diebus paribus exacerbãtur, paribus iudicãtur. Quorum verò acceſsiones diebus imparibus fiunt, diebus imparibus iudicantur. Galenus hoc loco enuntiatum illud Hippocraticum aduerbio τὸ πλεῖστον, quod ſignificat, vt plurimũ, reſtringit, quod etiam quãquam nõ ita expreſſe facit cap. 4. lib. 3. Criſ. cùm inquit: Oportere Criſim in idem tẽpus cũ acceſsione incidere, neceſſariúmque eſſe acutorũ morborũ febres, aut ſynochos eſſe, aut continuas, ſed quę per tertiũ exacerbentur. Nam quãquam eo loco id ſimpliciter enũtiare videtur, ex his tamen quæ ſubiungit ſatis intelligi datur, ipſum nõ id ſimpliciter enũtiare, ſed innuere id τὸ πλεῖστον, id eſt, vt plurimũ fieri ſolere. Subiũgit autẽ rarò adeò fieri, vt per eaſdem febres die 4. fiat Criſis, vt Archigenes bis tantùm toto vitę ſuæ tempore id obſeruaſſe videatur. Ipſemet verò ad eam qua ſcriberet horam, ſemel tantùm. Ex eo enim quod raro fieri docet, vt per ſynochos aut continuas febres Criſes 4. die (id autem eſt paribus diebus, ac proinde etiã extra acceſsionem cùm acuti imparibus exacerbentur) fiant. Inde inquam inferre licet Criſes vt plurimum cum acceſsionibus coincidere. Porrò verò ideo Criſes in acceſsionibus fiunt, quòd tum vehementer humores moueantur, & veluti feruentes erumpant.

11 *Quòd ſi ipſe dierum numerus eſſet, qui decernendi vim haberet.* Si dierum, inquit, numerus, vt verbi gratia, impar, vi decernendi

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 492 sur 567

præditus esset, ac de natura sua potius quàm vel à cæleſti cauſa aut inferiori materia talem vim haberet, abſolute & vniuerſim ita pronuntiandum foret: Acuti morbi διαπαντὸς, id eſt, ſemper diebus imparibus iudicantur, vel ſic negatiué: Acuti μηδέποτε, id eſt, nunquam diebus paribus iudicãtur. Sed quia per experientiam effata hæc falſa eſſe deprehenduntur (acuti enim nonnunquam, licet raro paribus etiam iudicantur) fit vt ſic verè enuntiare oporteat: Acuti πολλάκις ἤτοι τὰ πλεῖστα, id eſt, frequenter ſeu vt plurimum in imparibus. ὀλιγάκις, id eſt, rarò in paribus iudicantur. Negat ergo Galenus vim & facultatem decernendi numero dierum debere attribui, ſed eam cenſet Lunæ hæc inferiora immutãtis habitui & affectioni acceptum debere referri, quo pertinere etiam poſsit materiæ morbum committentis qualitas. Quibus autem verbis Galen. vim facultatémque decernendi Lunæ ſchematiſmis referat acceptam, ex illius verbis, quæ hîc ſic habẽt, intelliges: οὐδὲ γὰρ ὁ ἑβδ. ἀριθμὸς ἢ ὁ ἑνν. αἴτιοι εἰσὶ κρίσεως εἰσὶν· ἀλλ' ὅτι ἡ Σελήνης νεωτεροποιὸς καὶ μεταβαλλόσης τὰ περὶ τὴν γῆν συμβέβηκε καὶ τὰς τῶν κινήσεων περιόδους εἰς τέλη πρώτους ἑξάδι τοὺς ἀριθμοὺς, εἰκότως ἐν αὐτοῖς ὡς προδιαμένει τῶν ἀλλοιώσεως εὑρίσκονται· οὐ γὰρ τοῦτο τῶν ἀριθμῶν, ἀλλ' τοῦτο ἡ Σελήνης αἱ μεταβολαὶ τοῖς ἐπιτήδειοις. Quibus verbis ſignificat neque ſeptenarium neque quaternarium neque vllum alium parem aut imparẽ dierũ numerũ Criſeos eſſe cauſam, ſed Lunam, quæ toties veluti innouat & immutat ea, in quæ imperiũ habet, inferiora & terreſtria (dummodo affici tamen innouari ſeu etiã immutari parata ſint) quoties motuum eius periodi ſeu circuitus ad primos numeros vt quaternarium, ſeptenarium, & alios his proportione reſpondentes, perueniunt: vt mirum eſſe non debeat, quòd in primis illis numeris res quaſi ſtato & fixo tempore alterari immutarique deprehendantur. Motuũ autem Lunę periodos ad primos numeros peruenire, nihil aliud eſt, quàm Lunam abs ſui circuitus initio, ad quadra, quadrangulorum media & diametra loca peruenire, quibus in locis nos ex Aſtrologorũ placitis cœptã rem quamlibet immutari alterariue antè in caput 5. huius tertij docuimus.

At quia id quod mutat, in motu eſt. Τοῦ δ' ἐν κινήσει τὸ μεταβάλλον ἐν κινήσει, χρόνου ἀναγκαίου ἔξωθεν τοῖς μεταβολαῖς. ὥστε οὐκ ἀνάγκης ἡ ἀριθμὸς. Galenus hoc loco per τὸ μεταβάλλον ἡ Σελήνην, id eſt, per 12

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 493 sur 567

©BIUM

id quod mutat Lunam intelligit. Nam cùm omne cæleſte corpus ſimplex mutare moueréque hæc inferiora & in ea ipſa agere per primum motorem & ſpiritus cæleſtes dicatur, ſit autem Luna, de qua nobis hic ſermo eſt potiſsimũ, de cæleſtium ſimplicium corporum numero; ſane ex hypotheſi ipſam quoq; hæc inferiora (præſertim quæ facile mutari poſsint, & in quæ imperium obtineat) alterare, mutare, & mouere inferre haud erit alienum. Nihil verò hîc diſcriminis inter mutationem & motum, vt qui ambo conuertantur, facimus, quod nec etiam facit Ariſtotel. ca. 10. lib. 4. Phyſic. omnis ſiquidem motus mutatio eſt, & contrà, vt cõmodè hic τὸ μεταβάλλον, τὸ κινοῦν intelligere poſsis. Rurſum verò Luna quà mutat, agit, mutare ſiquidem agere eſt. Omne verò agens mouens eſt. Ex quibus fit vt Luna & quà corpus ſimplex, & quà mutat, agat etiam: quà verò agat, & moueat quoque. Iam verò eadem ipſa etiam in motu eſt ſeu mouetur. Omne ſiquidem ens naturale mouens mobile eſt Ariſtoteli c. 2. lib. 3. Phyſ. Et motus in mobili eſt tanquam in ſubiecto, vt cap. 3. lib. 3. Phyſ. Ad motum autem tempus neceſſarium eſt, adeóque neceſſarium vt neutrum ab altero ſeiungi, ſepararique poſſit. Imò verò tempus reipſa motus eſt. Themiſtio in ſupradictũ Ariſto. locum ſcribenti· ταυτὸν ἄρα χρόνος τε καὶ τὸ πρότερον γε καὶ τὸ ὕστερον ᾗ κινήσεως ὅταν διορίζηται ἀριθμῷ. à quibus verbis non admodũ abhorret temporis definitio aſsignata ab Ariſtot. cap. 11. lib. 4. Phyſ. cum definit tempus eſſe ἀριθμὸν κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, id eſt, numerum motus ſecundum prius & poſterius. Et ſanè tunc tempus intelligimus, cum in motu duo extrema hoc prius, illud poſterius conſtituentes inter vtrunque medium apprehẽdimus, cuius medij pars prior & poſterior mente concepta, tempus dicitur. Porrò verò numerus etiam ad tempus neceſſarius eſt, cum ipſe in tẽporis definitione ponatur. Vnde ſi per Soriten à primo ad vltimum, gradatim minutatimque quid ex his fiat colligere volemus, cum Galeno concludemus decernendi vim & facultatem non tam ad dierum numeros pares aut impares, quàm ad Lunam debẽre referri. Sic autem procedet Sorites· Omne corpus naturale mutãs mouet· Omne mouens & mouetur & in motu eſt. Motus autem tempori connexus eſt, & tempori etiam numerus. Vnde efficitur vt & tempus & numerus rerum motibus mutationibúsque coniungantur & copulentur, id eſt, nec moueri nec mutari etiam ſine numero

aut

aut tempore posſint. Numerus ergo de morbis decernit, non quà numerus, ſed quà Lunæ corpori cæleſti ſimplici & hæc inferiora immutanti coniunctus eſt & adnexus, de his etiam antè plura in caput 2. huius 3.

Non igitur quia omnis numerus par. Pythagoræos inceſſens ridet, quòd imparem numerum finitum, maſculum, perfectum, formam. Parem cõtrà, infinitum, fœminam, imperfectum & materiam eſſe dicerent, putaréntque quà quidem impar maſculus eſſet, pari, quem fœminam eſſe ponebant, ἰσχυρότερον, id eſt, fortiorem & validiorem eſſe, cùm tamen id non vſquequaque verum ſit. Neque enim ſimpliciter, ſed tantum vt plurimum mas ἰσχυρότερον, id eſt, validior eſt fœmina & robuſtior, quippe viragines quaſdam reperias Adonidibus & Sardanapalis viriliores fortioréſque. Vtcunque tamen ſit, negat Galen. vllam ex prædictis eauſam eſſe, cur fiat vt acuti in imparibus, longi in paribus iudicentur. Sane Pythagoræi, vt & antè in cap. 2. lib. 2. diximus, numeris tantum tribuebant, vt ex illis conſtare omnia dicerent, & in ipſis miram quandam vim & facultatem tam ad bonum quàm ad malum ineſſe prædicarent: qua opinione fulti nonnulli in eam ſuperſtitionem venerunt, vt pentaphyllum, verbi gratia, quinarij virtute, venenis reſiſtere, pellere dæmonia, eiúsque folium vnum bis quotidie ex vino ſumptum, ephemeram, tria folia tertianam, quatuor quartanam ſanare. Itẽ maſculũ quemque ſeptimum ſine fœmella intermedia editum in lucem, ſeptenarij numeri ratione ſolo tactu vel verbo curandarũ ſcrofularum facultatem habere, & pari ratione ſeptimam quamque filiam nullo maſculo intermedio natam, miro quodã modo partum ſua præſentia adiuuare, & item mille eiuſmodi ſuperſtitioſius credo quàm verius, dicere auderent. Vnde ſubdit Gale. mirum ſibi videri quomodo Pythagoras ille ſummus ſemper habitus fuerit, & in tantum ſapientiæ opinionem venire potuerit, cùm numeris tantum tribueret, & nugas eiuſmodi venditaret. Pythagoram tamẽ ſunt qui à calumnia vindicent, aſſeránt que ipſum nõ de materiali, ſenſibili, ſeu vocali numero negotiatorũ, ſed de rationali & formali eſſe locutum, ſeu ſi vis, per numeros ipſas rerum naturalium ſpecies & formas ſubſtantiales intellexiſſe. Certe de numeris ſuperſtitioſe multa poſt alios ſcripſit Ioannes Cornelius Agrippa, totis fere viginti primis capitibus 13

©BIUM

lib.ſui 2.de occulta Philo.Sed quia,vt hic ſcribit Galenus, ἅπαντα ὅσα λυσιτελῆ εὐφώρατον ἔχει τὴν ἀτοπίαν, καὶ ὁ νῦν καιρὸς αὐτιφλυαρεῖν αὐτοῖς, inſtitutum meum perſequar.

14 *Hoc tenere ad præſens inſtitutum ſatis ſit.* Hæc omnia abunde ſatis ante comprobauimus, quæ Galenus hoc loco breui epilogo repetit.

15 *Propter hanc igitur cauſam tertius & quintus.* Dies aut virtutis cæleſtis potiſsimum verò ἡ Σεληνιακῆς περιόδου λόγῳ λαμβάνουσι τὸ κρίνειν, id eſt, Lunaris circuitus ratione vim decernendi obtinent. Aut τῇ παροξυσμοῦ βίᾳ, id eſt, acceſsionis vehementia. Vi cæleſti decernunt ij quos hebdomadam mediam vel diuidere vel terminare conſtructa ante tabella indicauimus. Acceſsionis verò vehementia atque adeò ratione magis motus materiæ quàm Lunæ decernunt ij,quos intercidentes appellãt. Qui hebdomadam mediam diuidunt, in quibus ſcilicet Luna eſt in medio quadræ,ij indices. Qui eandem finiunt,& in quibus Luna eſt in fine quadræ,ij decretorij nominantur. Vtrique verò radicales eſſe dicuntur Conciliatori Petro de Appono in Ariſtote. Problema.15. Sectio.26 quaſi Lunæ inhærentes eiúſque motui ita adnexi, vt quantum in ipſis eſt, in decernendo eundem ſemper ordinem conſtantiámque ſeruent, nec vnquam decernendi munus intercidentibus, niſi vel erratis quibuſdam admiſſis, vel natura pigra demandent.

16 *Etenim peculiaris & propria ſeptimi diei Criſis.* Nempe Galenus antea cap.4.li.1.dixit ſeptimum viribus & dignitate decretoriorũ dierum eſſe primũ,& adhæc plurimos integre iudicare.Itẽ bonas Criſes huius eſſe diei præter cæteros,proprias & peculiares, vnde fit vt eius Criſes nunquam ad nonum, niſi multis erroribus admiſsis,perueniant. Nam ſi multi & magni fuerint admiſſi,vel ante ſeptimum vel ſeptimo ipſo mors potius quàm nono Criſis expectanda eſt: quod tamen intelligendum venit de iis morbis qui neque admodum mites ſunt,neque admodum periculoſi,ſed de iis qui horum medium tenent,nec ita celeriter mouentur. Nam mitiſsimæ febres & quæ cum ſignis ſecuriſsimis fiunt,quarto die finiunt, vel priùs, vt initio lib.3.Progno. Periculoſiſsimæ verò & omnia ſigna maximè lethalia habentes, in

primo

primo quaternario occidunt. Galeno li. 3. Criſ. c. 4. quo ipſo loco Galenus ficta hypotheſi docet quinam morbi à primo quaternario ad ſeptimum diem, & qui à ſeptimo ad nonum, à nono item ad vndecimum iudicandi perueniant.

Ipſo enim eodem fit Criſis. Criſis, inquit, à nono ad vndecimum 17
trãsfertur, etiã ſi in ipſo nono omnia rite facta fuerint, & in eodem etiam fuerit violenta acceſsio, quia vndecimus decretorius eſt, ſaltem minor. Nonus, intercidens tantùm. Morbus autem qui ante nonum non ita violentas habuit acceſsiones, ad vndecimum peruenire poſſe videri queat. Nonum tamẽ & vndecimum Galenus ante cap. 5. lib. primi in vnum & eundem ordinem regeſsit. Vide quæ vndecimo ſcripſimus antè in caput 13. lib. 1. Comperies ipſum & indicem & decretorium diuerſa tamen ratione poſſe appellari.

In productis prolongatiſque morbis. Ἐπὶ προσηνέγκωι νοσημάτωι. 18
Quæ ſint τὰ προηκοντα νοσήματα adnotauimus antè in cap. 12. libri ſecundi.

Quæſitum dubitatúmque eſt de primo. De primo & ſecundo die- 19
bus dictum eſt antè in cap. 9. lib. 1.

Similiter etiam omnes dies qui morbi principium. Sic Græci codi- 20
ces habent· καὶ πᾶσαι αἱ μετὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἐν τοῖς καθεξῆς ἡμέραις κρίνεσθαι φαίνονται, διὰ τὴν σφοδρότητα τῶν παροξυσμῶν. cùm tamen legendum ſit pro ἡμέραις ἡμέραι, vt ſit, πᾶσαι αἱ ἡμέραι. niſi malis pro ἡμέραις legere νοσήμασι, vt ſit, καὶ πᾶσαι αἱ μετὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἐν τοῖς καθεξῆς νοσήμασι κρίνεσθαι φαίνονται, & de cõmuni ſubintelligatur nominatiuus ἡμέραι.

Vniuerſi autẽ tales morbi. Peracutos intelligit, quorũ ſupremus 11
dies decernere natus, eſt ſeptimus. Talium autem morborum peracutorũ dico, febres dicit eſſe vel συνόχους ὁμοίους, id eſt, continuas ab initio ad finem vſque æqualiter affligentes ac vigentes, nullam moleſtiarum remiſsionẽ ad iudicationem vſque habentes. Vel συνόχους, id eſt, continuas quidem, ſed tamen ſenſibiles declinationem & acceſsionem habentes. Illæ ſynochi proprie, vt cap. 4. lib. 3. Criſ. hæ mutato generis nomine συνεχεῖς

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 497 sur 567

©BIUM

proprie etiam appellantur Galeno cum alibi passim, tum potiss. cap.6.lib.2. Criſ. his verbis: σωνεχῆ μὲν δὴ πυρετὸν ὀνομάζω, τὸν εἰς ἀπυρεξίαν, πρὶν τελέως λυθῆναι, μὴ παυόμενον κἂν παρακμὴν τὴν αἰδῆ φαίνηται. Ad hoc posterius genus pertinere dicit hemitritęum, id est, semitertianam, præsertim quæ vera exquisitáque est, quæ scilicet ex æquali portione bilis & pituitæ συνέσαται, id est, concresci & coalescit, vt c.8.lib.2. De different.febrium, siue, vt loquitur Epidem.1. quæ partim amaram bilem acrem habet, partim putrescentem pituitam. Vnde non mirum si ex causa duplici bili scilicet & pituita duplex febris species oriatur, illa biliosa, hæc pituitosa. Bilis tertianam, pituita quotidianam facit. Hæc in παρακμὴν, id est, inclinationem febrilem. Illa in ἀπυρεξίαν, id est, infebricitationem desinit, quòd bilis, extra vasa putrescens vomitu, sudore, vrinis, alui deiectione, vno, duobus, pluribus aut omnibus etiam horum, vt in tertiana intermittente fieri assolet, vacuatur. Id quod pituitæ frigidæ, crassæ, ad motum ineptæ & in vasis maioribus putrente non contingit, quo fit vt hemitritęa vera ex quotidiana continua & intermittente tertiana confletur. Porrò autem quia hemitritæa & de genere synecheon est & multiplex, ecce tibi συνοχῶν, id est, continuarum febrium & hemitritęæ differentias tabella tibi pono ob oculos.

Σωνοχῶν



Tertia, Earum eſt quæ non ſolum tertio quoque, id eſt impariбus cum horrificis exacerbationibus inuadunt, ſed & cum reduplicationibus, vt vocant, fiunt; nec ſolum priore die acceſsionem faciunt, ſed & quia ſuccum crudum bili æquipollentem accipiunt, ſequenti & paribus. Eſt tamen acceſsio ſequens priore minor minúsque horrida, repetitionémque item vel minorem vel prorſus nullam habet. Hæc ſemitertiana exquiſita dicitur, quòd ſcilicet vna tertio die acceſsio fiat, poſtero quadamtenus remittatur, Galeno Epidem. 1. In hac ſi longioribus interuallis horror (ſic vocant motum ſeu concuſsionem mediam inter frigus quod quotidianæ, & rigorem qui tertianæ proprius eſt) repetit, ἀναδίπλωσις ἢ ἐπανάληψις, id eſt, reduplicatio ſeu acceſsionis cum horrore ingeminatio fieri dicitur. Sin breuioribus interuallis, horrorem, id eſt, horrificus motus & inæqualis, qualis in ſemitertiana ſequenti die fieri ſolet. Hinc eſt quod Gale-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 499 sur 567

©BIUM

nus hoc loco ſcribit, ſecundam peracutorum quam hic facit, differentiam, ad quam pertinere docet hemitriteam, non ſolùm tertio quoque die magnas acceſsiones, & veluti τὰς ἀρχὰς τῶν παροξύσμων, ἀλλ' τὴν γε μέσην τριταίων καὶ αὐτὴν φέρειν πολλάκις ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα τὸν παροξυσμὸν, ὡς τῶν ἐν ἄλλοις τισὶ νοσήμασι μεγάλων παροξυσμῶν μηδὲν ἀπολείπειν, id eſt, initia circuituũ, ſed & intermedium diem tantum & ipſum plerunque adferre paroxyſmum, vt is nihilo differat à magnis, quæ in aliis quibuſdam morbis fiant, acceſsionibus.

22 *Cùm igitur morbus quaſi ad ſeptimum.* Morbus ille ad ſeptimum diem ἐπείγει, id eſt, fertur & feſtinat, qui vel ab extremè pernicioſis, vel à maximè ſalubribus diſcedit. Nam qui morbi omnia ſigna ſecuriſsima habent, vt & qui maximè etiam pernicioſa, illi primo quaternario ægrotum vel liberant vel occidũt, vt ex Hippocra. docebat Galen. lib. 3. Criſe. cap. 4. & 9. Hypotheſi ergo oſtendit Galenus intermedium diem (qualis verbi gratia eſt ſextus) plerunque de morbis decernere, ſed non tam de natura ſua quàm quòd acceſsionis magnitudo, motus celeritas, vel etiam quippiam eorum quæ extrinſecus eueniunt, naturam ad Criſim ſolicitet, & compellat. Quæ autem extrinſecus eueniant, hoc ipſo cap. paulò antè docuimus. Cæterum Criſis quæ alioqui ad ſeptimum feſtinabat, ſexto die prærumpens peior eſt ea quæ in ſeptimo futura erat, quia temerario motu naturæ fit, & ante exquiſitam coctionem, ſeu ante ſtatum, quem die ſeptimo futurum eſſe ponit. Eò autem deterior Criſis eſſe ſolet, quæ ante ſtatum fit, quò magis anticipat, vt docet etiam Gale. capitibus 6. & 10. lib. 3. Criſeon.

23 *Peſsima verò eſt ſextana Criſis.* Multis rationibus ſextana Criſis peſsima eſt, cùm in vniuerſum, tum in eo morbo, qui, vt per hypotheſim hic fingit, ad ſeptimum diẽ feſtinat. Primùm quia is dies decretorius non eſt, ſaltem bonus, ſed tyrannus. Deinde quia Criſis in eo die contingit, vel propter morbi magnitudinẽ, eius celeritatem, vel erratum aliquod, ſeu extrinſecum irritamentum, vt ſi morbus periculoſus ſit, de vita periclitetur ægrotus. Si ſalutaris, imperfecta Criſis, infida, non firma, periculoſa, obſcura, & ad hæc ἄσημος, id eſt, non præindicata contingat, vt pluribus docuit etiam antè cap. 2. & 4. lib. 1.

Quidam

Quidam morbi inuadunt, ſecundum diem primo grauiorem habentes &c. vt in Commenta. de Criſibus demonſtrabitur. ὡς γὰρ τοῖς περὶ κρίσεων ἀποδεχθήσεται. Fortaſſe γὰρ τοῖς τῶν Ἐπιδημιῶν, aut ſcripſit Galenus, aut ſcribere voluit, vel alium locum indicare. Nam totis tribus Criſeon libris nuſquam fieri mentionem comperi τῶν νοσημάτων (vtar hîc Galeni verbis) τὴν δευτέραν ἢ πρώτης ἐχόντων βαρυτέραν, καὶ τὴν τετάρτην ἢ τρίτης, καὶ ὅλως τὰς παραξυσμὰς γὰρ ἀρτίους, οὕτω μὲν ἢ τῶν χρονίων φύσεως, φλαυότητα δὲ ὡς ὀξέα κρίνεσθαι διὰ σφοδρότητα, id eſt, morborum qui ſecundum diem primo grauiorem habeant, quartum, tertio: vniuerſásque acceſsiones diebus paribus, qui de diuturnorum quidem natura ſunt, ſed quoniam tamen acutorum inſtare propter vehementiam præuertant iudicari, verùm Epide. 1. Conſtitutione tertia, Hippoc. mentionem facit febrium quarundam ardentium, quæ dum inciperent, ſignificationem præberent, quibus pernicies immineret, quarum exacerbationes diebus paribus fierent, quibus quarto die dolores eſſent maximi, ſudores frigidi &c. quibus itẽ ægroti die ſexto, cum ſudore morerentur. Et eodem libr. Philiſcum de 14. ægrotis primùm acceſsiones diebus paribus habuiſſe, & ſexto mortuum docet. In priorem locum Galenus ſcribit: Acceſsiones ſi diebus paribus ſtatim ab initio fiant, interdũ quidem iudicium peſsimum ſextò die futurum prænuntiare. Interdum verò & diuturnum fore morbum: quòd ſi vehemens motus fuerit, prauámque acceſsionem dies quartus habuerit, ægrotos ſexto die mori. Hæc in Hippoc. Gale. Eorum ergo inquam morborum, qui ſecundùm diem primo, quartum tertio grauiorem habent, nuſquam mentionem totis tribus Criſeon libris fieri comperi. Niſi fortè quis huc pertinere putet ea quæ habentur capitibus 17. & 19. lib. 1. Nam illo loco meminit Galen. quorundam morborum longorum ἐν βραδέως κινεῖσθαι καὶ οἷον τύφεσθαι καὶ καταπνίγεσθαι φαίνονται. id eſt, qui lentè moueri, & quaſi ſuffocari ſuccendíque deprehendantur, ad quod genus Amphimerinam pertinere tradit. Hoc verò loco nempe cap. 19. ad exacti principij dignotionem præter ætatem, regionem & anni tempus conſiderandum etiam eſſe ait, τίς ὁ τρόπος κινήσεως τοῦ νοσήματος εἴη τοῦτ' ἔστι τάχος ἐστὶ βραδέως καὶ οἷον τυφόμενον κινοῖτο, id eſt, quiſnam ſit modus motus morbi: hoc eſt, an celeriter, an verò lentè & veluti ſuccenſus & ſuffocatus moueatur. Sed neuter locus, meo quidem iudicio, ad hoc facit propoſitum.

24

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 501 sur 567

©BIUM

Nam de morbis longis capitu.19. nulla dierum parium, aut imparium ſecundùm quos exacerbationes fiant, mentiõ fit. Et hic de acutis pares dies imparibus grauiores habentes fit ſermo. Cæterùm per τυφώμενα νοσήματα, vt hoc obiter etiam adnotem, Galenus eo loco cap. dico 19. primi Criſe. τὰ πνιγόμενα intelligit, id eſt, morbos ſuffocatos, in profundo demerſos, & vt cum veteri interprete loquar, ſepultos: qui ſcilicet tanta humoris copia abundant, vt calor alioqui ardens ſeſe intus contineat, nec foras prorumpat. quod ſatis intelligere licet ex eo quẽ paulò antè citaui ex 17. ca. primi Criſ. loco, quo ad τύφεσθαι quaſi interpretationis vice καταπνίγεσθαι ſubiunxit. Et certè τύφῳ δὲ ἢ ἀναθυμιάσεως συσροφὴ πρὶν ἐκπυρωθῆναι, id eſt, euaporationis, ſeu exhalationis ante inflammationem incendium, aut ante omnimodum ardorẽ ſuppreſsio ab igne ſcilicet ad morbos trãſlato nomine. Vt enim ignis ardens alioqui, vrens, & incendens lignorum vel viridium vel temerè congeſtorum copia obrutus, & ſuffocatus pro flamma fumum reddit, ita morbi τυφώδεις, καυσώδεις alioqui & ardentes (fiunt enim ab ardente, vt nominis ratio docet, humore vel bilioſo vel à melancholia) humore multo ſuffocati pro ardore & flamma fumum, id eſt, tetrum, nec ita vrentem vaporem per cutis ſpiracula foras emittunt, vnde nonnulli τυφώμενα νοσήματα non ſuffocatos, ſed fumantes morbos, & πυρετὸς τυφώδεις non ſuffocatas febres, ſed fumantes Latinè dicere maluerunt, cùm tamen ſuffocatas, aut ſuccenſas meo quidem iudicio Latinè dicatur clarius. Nam ſuccendi etſi Latinis aliàs ardere & incendi ſignificat, hîc tamen eſt parum, ſeu leuiter, ſaltem quod ſenſu percipiatur, aut non planè foris, vt intus accendi, præpoſitione ſub ſignificationem verbi quo cum iuncta eſt, minuente. Suffocari verò licet etiã aliàs Latinis ſignificet præcluſis faucibus, & perſtrictis interimi, & vita priuari, au diphthõgo in o conuerſa, vt grammaticis placet, mihi tamen ſuffocari quaſi foco, id eſt, natiuo calore per impedimentum aliquod ſiue internum, ſiue externum priuari dictum eſſe videtur, vt febres ſuffocatas intelligas, ſuo & qui intus ſit calore, ab humore multo foris priuatas. Succenſas non planè foris vt intus, ſed propter humorem etiam multum foris aliquantulum tantùm accenſas, & ſeſe prodentes.

25 *Nam ſecundo die aliquo adhuc modo valida natura eſt, in quarto va-*
lida

lida quidem, &c. Græca litera ſic habet· ἐπὶ μὲν γὰρ δὴ τῇ δευτέρας ἡμέρας ἰσχύει πως ἡ φύσις ἔτι. καὶπὼ δὲ τῇ τριτῇ ἰσχύει μὲν ἔτι, κἀπὶ ταύτης μᾶλλον ἢ τῇ τετάρτῃ. Antiquus interpres· ἐπὶ μὲν γὰρ δὴ τῇ τρίτης, pro τῇ δευτέρας, & κἀπὶ τεμπτῆς, pro κἀπὶ ταύτης legiſſe videtur. Sic enim conuertit hunc locum, quod eſt, quia natura in die tertio eſt adhuc fortis, & iterũ in quarto fortis, & adhuc iterũ in quinto fortior quàm ſit in ſexto. Sed cùm de acceſsionibus quæ paribus diebus fiant, Galeno hîc ſermo ſit, codices Græcos ſanius ſequare.

Vel enim natura ſuccubuit ipſi vehementiæ acceſsionis. In eo duello, quod inter naturam & morbum inſtante Criſi oboritur, fit vt vel natura morbo ſuperior omnino ipſum profliget, ſanitatémque æger recuperet: vel contrà, vt morbus natura ſuperior illam ipſam ita domet, vt omnino ſuccumbat, & æger moriatur. Fit verò etiam quod tertium eſt, vt æquales ſint vtriuſque morbi dico & naturæ vires, quo caſu natura, vtpote prouida & ſolers, quieſcere ſolet, vt pote imparem ſe ad congreſſum eóque ſuperiorem ſe eſſe minimè poſſe, ſentiens. Verùm morbus ipſam irritans, ſtimulãs, & profligare ſatagens cogit illam plerũque in arenam deſcendere. Atque tunc ſi paulatim illa fathiſcat, & quaſi deſpondens animum (poſtquàm tamen reſtiterit quãtum potuerit) herbam porrigat, paulatim æger tendet ad mortem. Sin tum magnam morbi partem aliquo excretionis genere depellere & vacuare potuerit, quieſcere illa ſolet aliquantiſper, dũ vires ſcilicet colligat & ſeſe reficiat. Sicque paulatim morbi reliquias, vtpote per priorem, ſed imperfectam Criſim pauciores factas, concoquit: & vbi ſe ſatis validam recreatámque ſentit, ſecundò Criſim tentat ad bonum. Sin morbi reliquiæ naturam etiam recreatam & refocillatam vicerint, tandiu æger viuet, quandiu natura ſeſe ſuſtentabit, & aduerſus morbum, quantũuis languidè, pugnarit, ſed tandem tamen ſuccumbet & morietur æger. his non diſsimilia reperias cap. 10. lib. 3. Criſcon. Id verum eſſe in Claudio Nauloto noſtrate viro Pragmatico deprehendi, qui cũ die Auguſti 15. anni 1557. febre cõtinua, eáque typhode correptus eſſet, ſeptimo primùm die vrinas, non vt toto antea tempore crudas & turbulentas, ſed puras ſatis & cum nebulis paucis fecit. Sudores adhæc pauci, & non per totum, ſed tamen calidi ſatis, eodem ſeptimo, ſed non præindicato, mana- 26.

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 503 sur 567

re cœperunt. Natura ſcilicet non tã tentante Criſim, quàm reluctante morbo, qui eam ad certamen prouocabat, quo in certamine natura, quãquam erat viribus inferior morbo, ſeſe ſuſtentabat, & morbum pro viribus oppugnabat, per ſudores partem aliquam humoris morbum committentis eo ipſo ſeptimo die Critico excernere & quidem prouocata tentans, vt reliquum ſubigeret facilius. Sed cum reliquiæ morbi naturæ robore ſuperiores etiam eſſent (neque enim ſatis magna facta fuerat excretio) vndecimo iterum (nam in eum diem quieuerat natura, nec quicquam tentauerat) vrinas turbulentas reddere, & natura paulatim cœpit fathiſcere. Sic tandem 19. ab initio morbi die, & nono ab vndecimo, mortuus eſt. Hactenus de ſexto & cæteris intercidentibus.

Capitis noni Summa.

VEſtigat cauſas quibus fiat, vt viceſimus interdum, interdum etiam & viceſimus primus decernere comperiatur. Tum nacta occaſionem menſium Lunarium differentias percurrit, & cuiuſque differentiæ, tam menſium, quàm hebdomadarum numerum dierum ratiocinatione colligit, vt quod ab Hippocrate dictum eſt, verum eſſe confirmet, fieri ſcilicet non poſſe, vt ſeptimanæ, menſes & anni exacto calculo, nec vlla ſumma excurrente numerari queant.

CAPVT IX.

CVR *autem ambo, viceſimus, inquam, & viceſimus primus, ſed potius tamen viceſimus, decernunt? Hoc quidem primum in cauſa eſſe videatur, quòd eiuſmodi morbus (qui ad viceſimum iniudicatus peruenit) iam diuturnus eſt, parésque dies acceſſiones excipiunt. Deinde & hoc, quòd ſeptimana non integris ſeptem diebus, vti & prius dictum eſt conſtat, quod & id ipſum non ignorauit Hippocrates.* [1] *Nam cùm in Prognoſtico dixiſſet: Igitur acceſſiones ipſæ per quatuor in viginti auctæ finiuntur. Poſteà ſubintulit: Verùm nulla eiuſcemodi ſupputatio per dies integros verè fieri poteſt. Neque enim annus, neque menſes ipſi integris diebus numerari poſſunt.* [2] *Vt igitur annus ad trecentos ſexaginta quinque dies particulam*

diei

diei quarta maiorem habet adiunctam:[3] & menſis ipſe vt triginta dies compleat, dimidia vnius diei parte deficitur, ita & ſeptimana, vt ſeptem diebus integris conſtet, ſexta vt plurimum diei parte deficitur: quo fit, vt tres ſeptimanæ non vnum & viginti dies integros expleant. Sed deſtituuntur ferè vnius diei tota dimidia parte. Et idcirco numerus ille ambigit, vergitque in vtrãque partem, non magis ſcilicet viceſimo vicinus, quam viceſimoprimo. Nam cùm totus Lunaris circuitus ſeptem & viginti diebus, & ad hæc tertia vnius diei parte integretur, eóque ſeptimana quælibet diebus ſeptem, ſextante tamen dempto, conſtet, certè tres ſeptimanæ viginti dies & dimidiatum complectentur. [4] Viceſimus igitur dies eam, quæ ſibi propinqua & vicina eſt, periodum integram vendicat, haud alia ratione, quàm quòd tales morbi iam diuturnorum naturam ſapiunt, & paribus diebus acceſſiones habeant. Quorum verò morborum acceſſiones in imparibus fiunt, horum ſanè Criſes in viceſimumprimum recidunt. [5] Non ſolùm autem ipſe Lunæ circuitus, ſed & menſtruũ quoque apparitionis tempus vim quandam & facultatem, vti etiam dicebamus, habet. Nam ipſe circa Zodiacum circuitus vniuſcuiuſque rei propriis principijs maximè eſt accommodus. Menſtruũ verò tempus quo Luna illuminata conſpicitur, ambientem nos aërem immutans, nobis omnibus publicè communitérque conducit. Demonſtratum verò eſt, & hoc illuminationis dico tempus ſeptem & viginti dierum propemodũ eſſe. Quare ſeptimana [huius] meritò breuior adhuc prius dicta euadet. [6] Nã ſiue de triginta, coitionis tres illos dies, in quibus nihil adhuc de ambiente aëre decerni poterat, auferre volueris, ſiue de viginti nouem & dimidio: reliquum ſane tempus, quo Luna manifeſtum de ſe lumen præbet, priore modo ſeptem & viginti dies altero viginti ſex, & dimidium habebit. [7] Quoniam igitur mutationes corporibus noſtris accidere diximus, alias quidem proprias, alias communes: proprias quidem tanquam ad propria principia referre licet. Communes verò, ad aëris ambientis fruitionem. [8] Quoniam verò etiam diximus vtroſque Lunæ circuitus in idem recidere, ſed communes

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 505 sur 567

©BIUM

tamen proprijs aliquantò esse breuiores: hac sanè ratione, & de septimanæ numero quippiam etiam decurtabitur. [9] Quod si circuitui Lunæ proprio, communis etiam circuitus adiungatur & adunetur, sítque [pars dimidia connexorum simul compositorúmque numerorum] curtior longior [ambobus illis numeris, ex quibus conflata est, & coaluit] hac vtique ratione, & de septimanæ [menstruæ & integræ] numero paulùm imminuatur necesse est, eúmque numerum velut in medio esse proprij & cõmunis. [10] Proprium porrò voco eum numerum, qui ex Zodiaci ambitu conflatur. Vnicuique enim nostrum is conducit. Communem eum, qui ex menstruo tempore, quem paulò antè demonstraui haudquaquam planè dierum viginti & septem esse. Nam si de integro menstruali tempore, quod ad triginta dies integros vnius diei dimidio potissimum egere dicebatur, tres coitionis dies exemeris, reliqui dies viginti septem erunt, diei vnius dimidio minus. Itaque hoc tempus diuisum in hebdomadas non totum est menstruale. Quare commune tempus septimanæ, quod aërem immutat, minus erit eo quod proprium est vnicuique nostrum. (Dicebatur verò & id tempus vim quandam etiam facultatem habere,) eóque nonnihil, & huius septimana de alterius [proprij scilicet circuitus septimanæ] tempore demet. [11] Itaque qui medius amborum est, imò verò ex ipsis mistus & conflatus plus quarta septimanæ parte decurtabitur. Exactam igitur siue commistionem, siue subtractionem Deus nouit. [12] Quantum verò humana coniectura licet augurari, præstat multò communem amborum circuitum eum constituere, qui ex ambobus conflatus est. [13] Cùm ergo apparitionis manifestæ & efficacis tempus sit dierum viginti sex & dimidij, Tempus verò circuitus Zodiaci dierum sit viginti septem, & tertiæ præterea partis diei, liquet quòd medius ipsorum mensis dierum viginti sex erit, & insuper partis vnius diei dimidiæ, item tertiæ & duodecimæ. Siquidem vbi vtraque tempora coniunxeris, & dimidium acceperis, medium ipsum deprehendes. Sed enim medium hoc tempus à diebus viginti septem deficit, duodecima potissimum

mum vnius diei parte. Et ſi quidem ipſum in quatuor diuidas, iuſtum & integrum ſeptimanæ tempus offendes, non ſexta modò diei parte, ſed & maiore ad ſui integritatem indigere. Sumatur enim ex viginti ſex diebus, dici item dimidio, ex tertia itidem & duodecima diei partibus pars quarta, erit ſanè tempus id dierum ſex & dimidij, quintæ item partis, & aliarum adhæc minorum partium adiectarum, quales ſunt ſexaginta prima, centum viginti ſecunda, ducenteſima quadraginta. Idem hoc ipſum tempus dierum ſex & dimidij dici queat, ſextæ partis diei & viceſimæ quartæ, & quadrageſimæ octauæ. Huiuſmodi autē tēpus abeſt à iuſto & integro ſeptem dierum numero vnius diei quadrante, & exactiori adhuc calculo quadrageſimaoctaua.[14] *Quæ cùm ita ſe habeant, tres ſeptimanæ dierum viginti erunt, & partis diei aliquotæ, vt pote ſextæ. Proinde ſi ita exactè rationē inierimus trium ſeptimanarū numerus paulò viginti dies excedet, & huic multò vicinior erit, quàm viceſimo primo. Hactenus ſanè, cùm ex rei veritate, tum ex Hippocratis ſententia mihi demonſtratum eſt horum nihil per dies integros, hoc eſt, abſolutè, integrè, & citra fractionem ſupputari poſſe, non ſeptimanam, inquam, non quaternionem, non annum, non aliud quicquam omnium.*

NAm cùm in Prognoſtico dixiſſet. Is locus eſt apud Hippocratem lib. 3. Prognoſt. cap. 4. 1

Vt igitur annus ad trecentos ſexaginta quinque dies particulam diei quarta maiorem, &c. Græcè ſic in vtroque Codice legitur· ὡς οὖν ὁ ἐνιαυτὸς ὧδε πρὸς ε. καὶ ξ'. καὶ τ. ἡμέρας ἐπικείμενον ἔχει μόριον ἡμέρας μεῖζον ἢ τέταρτον, ὅ τε μὴν ἡμίσυ τ῀ μιᾶς ἡμέρας ἀπολείπει) τ῀ τριακονθημέρου ὑπάρχειν, οὕτως καὶ ὁ ἑβδομὰς ἑνὶ ᾧ μάλιστα μέρει μιᾶς ἡμέρας ἀπολείπει) τὸ τέλειον ὑπάρχειν ἡμερῶν ἑπτά. quem locum vetus interpres ſic conuertit, vt ita, vt ſcriptum etiam eſt, legiſſe videatur. Sic enim conuertit hunc locum· Nam ſicut annus addit ſuper trecentos ſexaginta quinque dies, partem, & eſt plus quarta diei: & menſis minuitur ex triginta medio diei, ſimiliter ſeptimana minuitur ad hoc, vt ſint ſeptem dies integri, diei ſexta. Theodorus tamen Gaza libello 2

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 507 sur 567

©BIUM

ſuo περὶ μηνῶν, id eſt,de menſibus capite περὶ χρήσεως τῶν μηνῶν, id eſt,de menſium vſu,Galenũ obiter notãs,eam lectionẽ immutandã eſſe,& pro μεῖζον μεῖον de priore comparatiuo expuncta litera ζ,legendũ eſſe cenſere videtur,cùm dicit: ὃ δ' ὀλίγον μεῖζον ἀλλ' ἔλαττον ἐν παῖς ὕστερον ἐπίσκεψιν εὑρήσει),vt velit particulã ſupra dies 365. ad annum integrandum accedentẽ, non maiorem quadrãte diei,ſed minorẽ eſſe debere.Idq; poſteris obſeruationibus adnotatũ eſſe ſcribit,& peruicaciæ eſſe in ſenectute retinere velle pueritię ineptias.Sed quod contra Gazæ opinionẽ,& cõtra etiã codicis antiqui lectionẽ qui μεῖον habet, hoc loco, ὃ μόριον μεῖζον ἢ τέταρτον,id eſt,particulã diei quadrante maiorem,legere oporteat,primũ oſtendit is locus qui eſt apud eundem Gale.Cõmentario in caput 4.lib.3.Progn.quo loco ipſemet Gale. ſcribit annũ non 365.dierũ tantũmodo eſſe,ſed etiã quartæ partis diei, & ad hæc partis cuiuſdã propemodũ centeſimæ. Deinde id pro Galeno facit quod Aſtrologi Hipparcho antiquiores Solis eodem reditũ,quẽ annũ vocãt, trecẽtis ſexagintaquinque diebus, & plus quarta vnius diei parte cõſtare voluerunt, neque tamen quantum ſupra diei quartã partẽ addendũ eſſet,indicarũt. Thebit tamen minuta 9. gradus 12.Alij minuta 7.grad.ferè 9. ſupra quartã diei partẽ,& 365.dies anno adſcribũt. Ex quorũ opinione ſi id ſcripſit Gale.non video cur ei notã inurere debeat Gaza Theodo.Scio tamen non deeſſe qui quartam tantummodo diei partẽ ad 365.nullis excurrentibus minoribus particulis addant, ſicut & alios eſſe qui de ipſo quadrante minuãt. Qua in opinione ſunt recẽtiores omnes Aſtrologi Alfonſinã ſupputationẽ inſequẽtes,qui nõ modò partẽ hãc centeſimã à Galeno additã,ſed & de ſex diebus,ſeu de quadrãte minuta decẽ.Secũda 45.tollũt, & in ſumma annũ faciũt dierũ 365. horarum 5.min. 49.grad.15. Ptolemæus initio libr.3.Almageſti ad 365.dies & horas 5. addit min.55.grad.12.à quibus ſi ſtat Gaza,quis eũ quęſo iure reprẹhẽdat,cùm certẽt Aſtrologi & adhuc ſub iudice lis ſit? Nos ex Suetonio ante ca.2.li.2.oſtẽdimus Cęſarem quadrantẽ tantum diei ad 365.dies in anni cõplementum addidiſſẽ,quãquam paulò aliter Ouidius,qui de ipſo Cæſare loqhens Faſtorum 3.ſic cecinit:

Ille moras Solis,quibus in ſua ſigna rediret,
Traditur exactis diſpoſuiſſe notis.
Is decies ſenis tercentum & quinque diebus
Iungit,& è pleno tempora quinta die.

Per

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 508 sur 567

Per tempora quinta è pleno die, horas quinque intelligens de vigintiquatuor quæ plenum diem & integrum faciunt. Vtcunque ſit, annus ex Galeni ſupputatione excedit annum Alfonſi minutis 17. grad. 54. Annum verò Ptolemæi minu. 11. grad. 57. Verum enim an Galeni tempeſtate re-vera & nullo calculi errore annus tantus eſſet, quantum ipſe facit, noſtro verò tempore tantillo decurtatus, id eſt, vndecim ferè minutis, quantum noſtræ tempeſtatis Aſtrologi dicunt, Aſtrologis ſcrupuloſius iſta, & tamen ſcitu neceſſaria, veſtigantibus inquirendum relinquo.

Et menſis ipſe dimidia vnius diei parte. De menſium lunarium 3
triplici differentia, vt & de dierum etiam ſingulorum menſium numero abunde ſatis in cap. 2. lib. 2. & 4. lib. 3. nobis dictum eſt. Porrò menſem eum quem hic ad explendos triginta dies dimidiam diei partem deſiderare dicit, ibidem oſtendimus coniunctionalem ſeu etiam conſecutionis vocari & conſtare diebus 29. & horis 12. vnde elicere facile erat eius ſeptimanam dierum 7. eſſe, horarum 9. Reliquæ menſium differentiæ pluribus diebus ad triginta dierum expletionem deficiuntur, vt ex loco nuper citato colligere licet. Sic & ſeptimanam eam quam hic ſexta vtplurimum diei parte ad explendos dies ſeptem egere ſcribit, eam eſſe quæ ad menſem peragrationis pertineat, oportet intelligere. Huius enim menſis ſeptimana, dierum eſt ſex, horarum 20. Sic horæ 4. de ſeptem diebus integris ſeptimanæ deficiunt. Septimana menſis Apparitionis dierum eſt ſex, horarum 15. vt in huius menſis ſeptimana 9. horæ de ſeptem diebus integris abeſſe deprehendantur. Hinc ergo cuiuis colligere promptum eſt, verum eſſe quod hic dicit Galenus, tres ſeptimanas viginti tantum dies cum horis 12. capere, vnde numerus ille, inquit, (horarum autem dicit duodecim) ἀμφοτερίζει, id eſt, ambigit, & æquè ad viceſimum atque ad viceſimumprimum pertinet, vt Criſim duodecim illis horis contingentem, ad vtrumuis diem, ad viceſimum dico, vel ad viceſimumprimum referre poſsis. Siquidem duodecim illæ horæ, ſupra viginti dies excurrentes, & tres ſeptimanas explent, & ſunt viceſimiprimi diei pars altera. Quod autem de ſeptimanis menſis peragrationis loquatur Galen facile intelligas ex his quæ ſubiungit, cum ſcribit· ἡ γὰρ ἅλυς σελήνιακὴς πρὸς ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ὅσας καὶ πρόσθεν τρίτα

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 509 sur 567

©BIUM

μέρος μιᾶς ἡμέρας, &c. id est. Nam cum totus lunaris circuitus septem & viginti diebus & adhæc tertia vnius diei parte integretur &c. Nempe ante cap. scilicet 4. huius Commenta. docuimus Galenum mensem peragrationis τὸν ἀπὸ οἰκείας περιόδου χρόνον, & τὴν ἀπὸ τοῦ ζωδιακοῦ περίοδον hîc, ὅλην σεληνιακὴν περίοδον appellare, tempus scilicet quo Luna ab vno Zodiaci puncto ad idem reddit, quòd tempus esse dierum 27. & horarum 8. ibidem docuit cum scripsit· ἡ μὲν γὰρ περίοδος ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἡμερῶν ὀκτὼ ἐπιλαμβανουσῶν τρίτου ἐγγιστα μέρους· ἐν ᾧ τοσούτῳ γὰρ χρόνῳ τὸν ζωδίων κύκλον ἅπαντα διέρχεται. Et hic scribit· ἡ γὰρ ὅλης σεληνιακῆς περιόδου, &c. Mensem verò consecutionis μηνιαῖον χρόνον simpliciter vocat, vt ex prædicto cap. 4. licet colligere, vbi sic scribit· Ἔτι δ' ὁ μηνιαίου χρόνου ὁ τελείως τριάκοντα ὅλων ἡμερῶν, ἀλλ' ἥμισυ πρὸς καὶ τούτῳ προσδεῖ μιᾶς ἡμέρας ἱππάρχῳ μὲν ἀποδείκνυται, &c. Apparitionis verò seu illuminationis mensem vocat τὴν ἀπὸ τῆς φάσεως· καὶ τὴν εἰς ἅμας φωτεγείας περίοδον, hîc τὸν μηνιαῖον χρόνον τὸν ἀπὸ φάσεως dicit.

4 *Vicesimus igitur dies eam quæ sibi propinqua est.* πλησίον δὴ ὑπάρχουσαν αὐτῇ τὴν ἀκριβῆ περίοδον ἡ εἰκοστὴ σφετερίζεται· ἀπονέμει δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα. vt obscurus est hic locus, ita obscure eum conuertit vetus interpres qui sic dixit· Die ergo vicesimo propterea quòd fit resolutio certa propinqua, peruenit Crisis ad eum, quoniam istæ ægritudines, quarum Crisis fit in hac hora sunt ægritudines longæ chronicæ, & periodi earum fiunt in paribus. Aegritudinum autem, quarum periodi fiunt in imparibus, Crisis tardatur vsque ad vicesimumprimum. Hoc tamen velle videtur Gale. Vicesimus dies vicinam sibi periodum integram, id est, totas illas duodecim horas, quas & tres septimanas claudere, & easdem vicesimiprimi diei partem mediam esse diximus, sibi attribuit. Vicesimusprimus reliquas horas 12. quæ cum prioribus iunctæ, integrum diem horarum 24. conflant, sibi item vendicat, quasi dicat· Crises illas quæ duodecim primis horis diei vicesimiprimi, & quæ supra viginti dies excurrentes tres septimanas integras efficiunt, contingunt, ad periodum sibi vicinam & antecedentem, id est, ad vicesimum diem potius pertinere, quòd ij morbi qui eò pertingunt & protrahuntur iam inueteraſcētes, & diuturnorum naturam quodammodo inducentes, accessiones diebus paribus (par autē est vicesimus) habeant.

Quod

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 510 sur 567

Quòd ſi verò tales morbi & eò vſque producti imparibus diebus acceſsiones habuerint, & duodecim primis illis horis tres ſeptimanas terminantibus iudicati fuerint, certe Criſis illa non viceſimo, ſed viceſimoprimo adiudicabitur, hac ipſa ſola ratione, quòd morbus imparibus diebus exacerbetur. Cæterùm Venetia codex ἢ χρονίζειν, Germanicus τοῦ χρονίζειν hoc loco ſcriptum habet, ſed meo quidem iudicio, rectius per ἐλλειπτικὸν τοῦ legas: ſupplendum enim eſt aduerbium, ἕνεκα vt ſit· ἕνεκα ἢ χρονίζειν ἤδη τὰ τοιαῦτα νοσήματα, μὴ τὸς παροξυσμὸς ἀναντίοις ἴσχειν. Legendum etiam hîc eſt pro ἀναντίοις ἐν ἀρτίαις, ſenſu ita poſtulante, quod etiam colligas ex eo quod ſequitur· ὧν δ' ἐν περιττοῖς οἱ παροξυσμοὶ, oppoſita enim ſunt ἐν ἀρτίαις καὶ ἐν περιττοῖς. & adhæc vetus interpres eam lectionem agnoſcit, & Germanicus ἀρτίαις margini adſcripſit.

Non ſolùm autem Lunæ circuitus. Græci codices legunt: ἐπεὶ δ' ὁ μόνον ἡ περίοδος ἡ Σελήνης, &c. quo modo ſi legas, ſuſpenſum habebis ſine vlla redditione ſenſum, vnde ſic legẽdum cenſeam, οὕτω δ' ὁ μόνον ἡ περίο. &c. Dicit verò vtrunque menſem peragrationis inquam & illuminationis vim & facultatem & hæc inferiora demittere, ſed illam particularem & propriam, vt in ſingularia & indiuidua, vnde non neceſſariò ſed contingenter tantùm mouet propter ſuperuenientia impedimenta. Hunc vniuerſalem ſeu communem impartiri, &, vt hic loquitur, κοινῶ πᾶσιν ἡμῖν διαφέρειν, id eſt, nobis omnibus cõmuniter & exæquo conducere. Si cui ergo noſtrum, vt verbi gratia Ioanni aut Petro, opimum ſacerdotium, Andreæ aut Iacobo bene dotata vxor, huic res non parta labore, ſed relicta, ſi huic Criſis ad ſalutem, illi ad mortem, aut tale quid quod initium habeat, contingat, id menſi peragrationis (quem idcirco antea περίοδον δ' ἐς ἡμᾶς ἀνεφέραν appellauit) referri debere vult acceptum. Et quia menſis hic dierum ferè eſt 28. (deſunt enim de iuſto numero horæ 12.) idcirco Indorum ſapientiſs. & vetuſtiſsimi Aſtrologi octo & viginti manſiones Lunæ conceſſerunt, quas dum ipſa peragrat alias atque alias ſortitur virtutes, quas ſingulis noſtrũ impertitur. Si verò peſtis aut fames regionem aliquam inuadat, ſi fatorum labefactatio contingat, ſi annonæ penuria, procella, aquarum exundatio, grando, aut alia vis maior ab ambiente aere procedens & æquè ad omnes pertinens irruat, quæ noxam

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 511 sur 567

©BIUM

publicè adferat, id menſi illuminationis referri debere vult acceptum, quod autem hæc à me dicta modo, ab aere immutato à menſe illuminationis proficiſcantur, ſatis docet hîc Galen. cum ſcribit: ὁ δ' αὖ μηνιαῖος χρόνος ὁ τῆς φάσεως ἀλλοιοῦν τὸ πρόγειον ἀέρα κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν διαφέρει. Ἐδείχθη δ' ὅτι ὁ χρόνος ἑπτὰ μὲν εἴκοσιν ἡμερῶν ὡς εἴγιστα διόλου. Cæterum oſtenſum eſt nobis antea in cap. 4. id apparitionis tempus varium eſſe, vulgo tantum dici dierum 26. & dimidij, quare ſeptimana huius mẽſis re vera curtior erit ſeptima menſis peragrationis, quàm antea dierum eſſe ſex, horarum viginti oſtendimus. Apparitionis verò menſis ſeptimana dierum eſt totidem horarum quindecim, vnde hanc ſeptimanam illa breuiorem eſſe horis quinque licet colligere.

6 *Nam ſiue de triginta coitionis tres illos dies.* Græcè legitur· εἴ τε γὰρ ἀπὸ τῶν λ'. βουληθείης ἀφελεῖν τὰς τρεῖς ἐκείνας τὰς ἡμέρας τὰς πρὸ σωδουχίας αἷς ἐπ' ἄκριτον ἦν τὸ πρόσχημα, &c. Etſi Galenus ſuprà ca. 4. huius Commen. 3. ſatis aperte dixit Lunam ſecundo primùm die, & interdum quidem ocyùs, interdũ ſeriùs apparere & emergere è radiis Solaribus: non defuerũt tamen qui ipſum Aſtrologiæ parum peritũ eſſe exiſtimarẽt, ſimúlque inſimularent, quòd cùm hoc loco tum etiam præcedente cap. 3. tres coitioni dies non plures aut pauciores videatur attribuere, Parum intelligentes Galenum ſatis habuiſſe cùm hoc tum illo loco mentionem tridui facere, quòd tẽpus inter biduũ, quo vt minimùm ferè delitescit Luna, & quatriduũ: quod tẽpus longiſsimũ eſt moræ illius cũ Sole, mediũ eſt. Et medio poſito facile eſt de extremis iudicare, intelligeréq; , quod ſi de triginta, tres coitionis dies auferãtur, remanſuri ſint dies 27. quibus Luna manifeſtũ de ſe lumen præbeat. Sin de 29. & dimidio idem numerus auferatur, dies 26. cum dimidio: ſi biduum, 28. ſi quatriduum (nam longiſsimi id eſſe tempus quo deliteſcat Luna dictitant) dies 26. ſint remanſuri, vt ſic in ſumma quo diutius in coitu cum Sole morabitur Luna, eo breuior futurus ſit menſis ille quem apparitionis vocant, quo minori tempore, eo futurus longior. Cæterum hæc verba ἐν αἷς ἐπ' ἄκριτον ἦν τὸ πρόσχημα, vetus interpres ſic conuertit, In quibus non accidit Criſis ærì. Nos ſic, In quibus nihil adhuc de ambiente aere decerni poterat. Significat verò Galenus totis illis tribus coitionis diebus (vt plures autem pauciorésve ſint, parum hîc referre duxi) quibus Luna immutandi hæc inferiora

riora vim habet eximiam, vt antè cap. 4. dictum est, de aeris immutatione certi nihil prædici posse, vt habitu eius falcato diuiduóque potest, quod idem etiam ante dixit cap. 3. his verbis· δεῖν γὰρ ἔχειν ἀσφῶς ἀποφῆσαι περὶ φανῆναι τὴν Σελήνην. id est, nam priusquam Luna è radiis Solaribus emergat, nihil queas de aeris immutatione affirmare. Ibi enim loquitur περὶ τῶν ἐν ἀέρι μεταβολῶν ἃς προπῶν.

Quoniam igitur mutationes corporibus nostris. Ἐπεὶ τοίνυν ἀλλοιώσεις ἐφαμὲν γίνεσθαι τοῖς σώμασιν ἡμῶν. De hoc ante cap. 7. diximus. Hic repetere non erit alienum. Corpus nostrum ἀλλοιοῦσθαι, id est, alterari seu immutari hic dici, vel cum de sano ægrum, vel cum de ægro sanum interueniente Crisi (de qua hic nobis potissimum sermo est) fit. Vtrouis autem modo immutetur corpus, mutationes vel proprias vel communes subit, aut si vis à proprio principio vel à cõmuni immutationem accipit. Proprium autem immutationis corporis seu morbi principiũ voco, cum quis morbus proprio cuiusque vitio seu temperamenti acquisititij aut naturalis ratione particulatim huic illi euenit, vt cùm hic hydrops ab intempestiuo aquæ largioris potu, iste apoplecticus, ille phthisicus fit, alter Nephriticus, & pariter cum hic causone, iste hemitritæo, ille pleuritide corripitur. Et causone laborans temperamento bilioſus, ætate consistenti, æstate media die, verbi gratia 4. Hemitritæo autem laborans, temperamento pituitosus, ætate inclinante, hyemis initio, die 7. Pleuritide correptus illo altero & pituitosior & ætate proiectior hyeme media die 11. iudicatur in vtramuis partem, horum sanè singulis mutatio seu Crisis contigisse dicetur à proprio principio, id est, aut à natura aut ab humore morbum committente. Natura quippe est quæ morbos iudicat ad bonum, siquidem superior est. Humor siue morbus (humor quippe morbi causa est) ad malum si is superior est & quantitate aut qualitate peccãs, naturam intempestiuè solicitet. Et hanc quidem mutationem proprius Lunæ circuitus (peragrationis antè vocari docui) adiuuat. Tales enim morbos, proprios dico motu Lunæ regi ante capitibus 6. & 7. ostendimus. Commune verò & vniuersale mutationis seu morbi principium voco, cum mutatio seu morbus ex communi, quæcunque tandem sit, causa proficiscitur. Porrò cum inter ea quæ communia sunt, nihil sit ele- 7

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 513 sur 567

©BIUM

mẽtis 4.communius,vt quorum vſus æquè ad omnes pertineat, fit vt ſi aër, aqua,terra(neque enim ignis ille in primo globo purus & impromiſcuus, ſed ne alter quidem in terrarum orbe admiſtus atque naſcens infici queat, Ariſtoteli lib.4.Meteoro.cap. 1.)labem aliquam putredinẽm ve contrahant(putreſcunt autem hæc Ariſtot.loco predicto, etſi aërem tamen putreſcere ille neget Proble.19.Sectio.25.quod de ſuperiore illo impromiſcuo & ſyncero,non de hoc terris propinquo intelligẽdum venit)quam propter ſui neceſſarium vſum hominibus cõmunicent,ea mutatio ſeu morbus commune dicatur habere principium, quod ſcilicet à cauſa communi & æquè ad omnes pertinente originem ducat.pari ratione ſi permultis hemitritæo,cauſone,febre peſtilenti & cæteris id genus æſtate calidiſsima, ſicciſsima correptis aeris ſtatu ad aliquot dies in cõtrarias qualitates permutato,Criſes omnibus ægrotantibus ferè cõtingant ad ſalutẽ,næ illæ commune principium habere,ſeu ex communi manare principio dicantur,& hanc immutationem communem, Galenus hic dicit communem Lunæ circuitum,quem illuminationis appellãt adiuuare & promouere, hoc eſt,ab influentia Lunæ conſpicuæ & apparentis,manare & proficiſci:quanquam ſunt qui id non tam ad Lunam,quàm ad ſyderum quorundam affectionem poſitionémve,& vt dicunt, conſtellationem referunt.

Sanè cum triplex ſit aeris mutatio. Vna naturalis, altera non naturalis,& tertia præter naturam. Et naturalis quidem ſit ea, qua tempora conſtitutione ſua ſeruata,viciſsim ſe excipiunt,vt cum caliditatem,humiditatem caliditas,ſiccitas(hanc conſtitutionem æſtati, illam Veri attribuunt)excipiũt.Frigiditatem ſiccitatem,frigiditas,humiditas, quarum hanc hyemis, illam Autumni conſtitutionẽ eſſe dictitant.Non naturalis, cum quædam ipſorum ſuam conſtitutionem non ſeruant,ſed vel altera qualitate tantum,vel vtraque à ſuo ſtatu degenerãt.Præter naturam ſit ea mutatio qua aër tranſit in putredinem,& omnino corripitur vel à certa ſyderum affectione,& vt dicunt, conſtellatione, vel ab expiratione putri & ſæua Mephiti barathrorum,cadauerum,lacuum,paludum & animantium venenoſorum(aut enim à ſuperiore cauſa,aut ab inferiore puteſcit aër) de iis, inquam, duabus poſtremis aëris mutationibus nobis hic ſermo erit:quoniam hæ potiſsimũ morbos pariũt & in iis Criſes efficiũt.Nam aëris mutatio naturalis pro ratione aſtrorum orientium, aut occi

occidentium ſecundum tempora ordinata & tempeſtiuitatem ſuam ſeruantia, vix vllam noxam corporibus afferat, imo ſalubertima eſt Hippocrati lib. de aeris locis & aquis. Et ſi qui morbi illis temporibus fiunt, illi tempeſtiui iudicatu etiam faciles fiunt, vt Aphoriſ. 8. Comment. 3. Non naturalis autem aëris mutatio humores in corpore perturbat, atque adeo morbos procreat, ſed proprios & diſperſos potius quàm communes ſeu vniuerſales, quales ſcilicet Hippo. commemorat Aphoriſmis 1. 4. 6. 11. & ſequentibus Comment. 3. & in Epidem. libris. Sicut & Ariſtot. Problematis 8. 9. 10. 19. & 20. particulæ 1. Quæ verò præter naturam eſt aeris mutatio, ea viciſſim morbos procreat, ſed Endimios & Epidemios, id eſt, vernaculos ſeu vulgares, & communes ſeu vniuerſales potius, quàm proprios, ſporadicos & diſperſos. Ergo peſtis Ecthymata, Exanthemata, Carbunculi, Bubones peſtilentes, febres ſudorificæ certis annorum ſpatiis repetentes, & quemlibet paſsim nullo diſcrimine affligentes, ab aeris præter naturam immutatione, ſeu ſi vis ab aere venenata qualitate (ſiue ea cælitus à vario ſyderum poſitu, ſiue à tetra expiratione rerum in terris putreſcentium proficiſcatur) vitiato & infecto tanquam à cauſa communi & originem habent & Criſim nanciſcũtur. Porrò autem quos Sporadicos, Endemios, aut verò Epidemios morbos appellem, ex ſubiecta tabella intelliges.

Morborum à cæli conditione communẽ cauſam & originem habentium alij ſunt
- Sporadici.
- Epidemij ſimpliciter.
- Epidemij pernicioſi.
- Endemij.
- Pandemij.
- Pancoini.

Sporadici ἀπὸ τῆ σπείρειν, id eſt, à diſpergendo & ab inuicem ſeparando Galeno in 1. Epid. dicti, quantum indicat nominis ratio, ſunt ij qui non multos vniuerſim & communiter, ſed priuatim & ſeorſim vnumquenque inuadunt, vt cum in aliqua familia, vnus aut alter, in populoſa ciuitate ex infinitis domibus hîc vna, illic alia (quod ſæpe Lutetiæ fieri animaduerti) in vna regione hîc vna ciuitas, illic alia peſte, carbunculo, bubone peſti-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 515 sur 567

©BIUM

lentiali,& cæteris id genus morbis corripitur,illi morbi ſporadici dicuntur.

Epidemij ſimpliciter ſunt ij,qui ex tempeſtatum mutatione fiũt,vt cum Aeſtas calida ſicca febriculoſa eſt,quod hyems præceſſerit & ſicca & Borealis, Ver autem pluuioſum & Auſtrale. Tali ſiquidem temporũ conſtitutione neceſſe eſt febres acutiſs. fieri & in omnes graſſari,potiſsimũ autẽ in pituitoſos : quòd ſcilicet æſtus vis ingeminetur,cum à terra irrigua & calida à Vernis imbribus & Auſtro tum à Sole vrente.

Epidemij pernicioſi à venenato inquinamento aëri inſperſo vel deſurſum, vel ab infernis partibus ſubito derepente proueniunt,vt cum peſtis, carbunculi, bubones,& cæteri id genus ita paſsim & publicè graſſantur vt vix milleſimum quenque hominem,vicum,pagum,ciuitatẽ intactam relinquant, ſed omnes ferè homines,regiones quaſuis tam frigidas quàm ſiccas, humidas quàm calidas cum ingenti ſtrage peruadãt. Tales fuere dyſenteriæ illæ pernicioſæ quæ anno Chriſti 1538. per totam ferè Europam ita paſsim graſſabantur,vt vix vicum vllum aut pagum ab iis immunem reperiſſes,cum tamen & eo ipſo anno vti & præcedente anni tempora conſtitutionem ſuam ſeruauiſſent, nec vllam exuperãtem intemperiem aut inæqualitatem vllam ſenſiſſent. Tales etiam fuerunt peſtilentes illæ conſtitutiones & Epidemię quæ ſub M.Antonio fuiſſe perhibentur, quibus penè ad internecionem genus humanum deletum fuit.

Endemij,id eſt, Vernaculi ſunt ij qui locum aliquem propter ventos ipſi vernaculos & proprios nullo non tẽpore occupãt.Si cuius ergo loci à Septentrionalibus ventis tuti, ab Auſtris verò & calidis perflati mulieres catarrhis,pueri conuulſionibus, viri dyſenteriis, alui profluuio,febribus lentis & diuturnis, puſtulis nocturnis & talibus ſint obnoxij.Cõtrà,ſi cuius loci ab Auſtris immunis & tuti,ab Aquilonaribus autem perflati incolas pleuritis, peripneumonia aut febris ardens moleſtet, illis morbi tales Endemij & ſint & dicantur.

Pandemi,plebem tantum ſeu vulgi fęcẽ praua vt plurimum victus ratione vtentẽ non etiã potentiores & recta victus ratione vtentes corripiunt, quanquàm autem & hi quoque ab aere infecto & inquinato ducunt originem, non obuia quæque

tamen

tamen, ſed diſpoſita tantùm corpora corripiunt. Agẽtium enim actus promptius operantur in agente diſpoſito, & ad morborum generationem plurimum valet corporis afficiendi præparatio.

Pancoini, ſunt qui non ſolùm vulgi quiſquilias, ſed & potentiores quoque infeſtant, ſeu qui eos, tam qui praua, quàm qui recta ratione victus vtentes, corripiunt, & omnibus in vna familia, aut ciuitate non multis familiis, aut ciuitatibus communes ſunt. Sic videmus plerũque vicini noſtri domum innoxiis aliis domibus à ſummo ad minimum, & ciuitatem aliquando vnam & ſolam à potentioribus ad abiectiores, aliàs dyſenteria eruenta, aliàs exanthematis, ecthimatis, aut etiam febribus peſtilentialibus infeſtari. Habes, Lector, morborum cùm proprio-
rum, tum communem & cauſam & originem habentium rationem, hîc à me per excurſionem, quàm fieri potuit apertiſsimè explicatam.

Quoniam item diximus vtroſque Lunæ circuitus. Sic ſcriptum habet Aſula. Codex: εἰς τ' αὐτὸμὲν συμβαίνει ἑκατέρας τ Σελήνης τὰς περιόδους &c. Legendum putem contra Aſulani Codicis ſcripturam συμβαίνειν, repetendúmque eſſe è ſuperioribus, ἐπεὶ ἔφαμεν, ſicut & paulò pòſt, vbi in eodem codice legitur· ἀφερεθήσει) δὲ ζ, legendum ἀφερεθήσει) δ'. vt rectè vtrobique ſcriptum habet Baſilien. Cæterùm quomodo in idem recidant, vtrique Lunæ circuitus; & quomodo communes propriis ſint aliquanto breuiores anteà diximus, cùm communem proprio curtiorem eſſe horis 20. diximus. proprius ſiquidem circuitus dies 27. cum horis 8. Communis vt plurimum dies 26. horas 12. continet. Sic ſeptimana menſis communis, quem etiam Illuminationis appellant, horis quinque curtior eſt, ſeptimana proprij circuitus, quem etiam peragrationis vocant. Huius enim proprij dico circuitus ſeptimana dierum eſt ſex, horarum 20. Septimana verò communis circuitus dierum 6. horarum 15. 8

Quod ſi circuitui Lunæ proprio communis, &c. Græca ſic habent: συνεπιμιγνυμένης γὰρ τ κοινῆς τῇ ἰδίᾳ καὶ ὅσης ὀλιγοχρονιωτέρας, αὐξήσῃ καὶ ἡ ὅλη παραθεωρεῖσθαί τι τ ἑβδομάδ' ἀριθμῷ, καὶ 9

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 517 sur 567

©BIUM

οἷον γὰρ μεθορίῳ γίνεσθαι λυνὶ τῆ κοινῆ καὶ τῆ ἰδίᾳ. Si circuitui, inquit, Lunæ proprio, qui dierum est 27. horarum 8. communis circuitus, qui dierum est, vt plurimũ 26. horarum 12. addatur, seu si mauis, Si circuitus ambo, communis inquam & proprius, vnã in summam redigantur, conflabunt dies 53. & horas 20. quam summam item si in æqua diuidas, habebis dies 26. horas 22. qui numerus οἷον γὰρ μεθορίῳ γίνεται τῆ κοινῆ καὶ τῆ ἰδίᾳ, id est, in medio quodãmodo est circuituũ proprij & cõmunis. Nam maior est cõmuni horis 10. proprio verò minor horis 8. Secundùm quã rationẽ septimana huius medij circuitus, maior erit septimana circuitus cõmunis horis duabus & dimidia. Minor autẽ septimana proprij circuitus horis totidẽ. Capiet verò septimana medij huius circuitus dies 6. horas 17. cũ dimidia. Sic septimana hæc medij circuitus erit ὀλιγοχρονιώτερα, id est, curtior longior septimanis singulis amborum circuituum, ex quibus coaluit, & conflatus est medius circuitus, sed longior quidẽ altera septimana nempe septimana communis circuitus, curtior verò septimana, proprij circuitus, quin & eadem iusta & integra septimana, curtior etiam erit. Nam de iustis septem diebus septimanam, vt nominis ratio docet, conflare debentibus, deficiunt horæ sex cum dimidia. Sed en tibi & circuitus & eorum circuituum septimanas ob oculos,

		Horum septimanæ. Dies.	Horæ.
Κοινὴ περίοδος, id est, cõmunis circuitus, qui et apparitionis etiã dicitur, dierum est aliàs,	26	6	12
	26 vt plurimũ & horarũ 12.	6	15
	27	6	18
	28	7	0
Ἰδία περίοδος, id est, proprius Lunę circuitus, qui & peragrationis, dierũ est	27. horarũ 8. Et septimana huius dierũ	6. horarum	20.

Iuncti ambo hi numeri (numerum dico circuitus communis,

nis, qui vt plurimum eſt dierum 26. & horarum 12. & numerũ circuitus proprij dierum 27. horarum 8.) medium quendam circuitum conflant capientem

Dies 53. Horas 20.

Qui rurſum numeri ſecti bifariam, dant dies 26. horas 22. qui numerus eſt dierum medij circuitus, hic numerus item in quatuor diuiſus dat dies 6. horas 17. cum dimidia, qui numerus eſt ſeptimanæ huius medij circuitus, ab iuſto ſeptem dierum numero, ſiue à perfectione iuſtæ ſeptimanæ deficiens horis ſex, cũ dimidia. Ex hac deſcriptione facilius intelliges, quod Galenus hîc ſcribit, cùm dicit· Ἐὰν γὰρ ἀπὸ μὲν τ̃ μηνιαίου χρόνου τ̃ ἀκριβῶς ὡς ἀληθέστατα τ̃ν τριάκοντ' ἡμερῶν ἡμίσεια μάλιστα μιᾶς ἡμέρας ἐλέγετο, τὰς τρεῖς ἀφελῇς ἡμέρας τὰς περὶ σύνοδον, αἱ λοιπαὶ πληρώσουσι τ̃ν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν ἔχουσι μέσως ἥμισυ τ̃ μιᾶς ἡμέρας. Ἀλλ' ὅτου δ̃ ὁ χρόνος ὁ διαιρούμενος εἰς τὰς ἑβδομάδας οὐχ ὁ σύμπας μηνιαῖος. ὥστε ὁ κοινὸς χρόνος τ̃ ἑβδομάδος ὁ τὸ περιέχον ἀλλοιοῦν, ἐλάττων ἴσως τ̃ καθ' ἕκαστον ἰδίου.

Proprium porrò voco eum numerum. καλῶ δ' ἴδιον μὲν, τὸν ἐκ τ̃ ζωδιακῆς περιόδου γινόμενον, ἑκάστῳ γὰρ ἡμῶν αὐτὸς διαφέρει. κοινὸν δὲ τὸν ἐκ τ̃ μηνιαίας, ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔδειξα μικρ' ὅλως ὑπάρχειν ἑπτὰ νὺ εἴκοσιν ἡμερῶν. De Lunari circuitu, quo Luna ab vno zodiaci puncto ad eundem punctum reuertitur, antè diximus capitibus 2. & 4. Commen. 2. & hoc ipſo capite paſsim. Communis circuitus hic etiam menſtruum Lunæ tempus dicitur, quod paulò antè oſtendit non planè ſeptem & viginti dierum eſſe. cõſtat enim, vt ſæpe iam diximus, diebus 26. horis 12. Cæterùm menſem eum quem loco paulò antè citato coniunctionalẽ appellari, & diebus 29. horis 12. conſtare dixi, Galenus hîc vocat τὸν ἀκριβῆ μηνιαῖον χρόνον, id eſt, exquiſitum menſtruum tempus. Id enim tempus vulgò ferè menſis dicitur, ab vna coniunctione ſcilicet ad aliam. Si igitur de 29. diebus & horis 12. tres coitionis dies aufers, reſtabunt tibi dies 26. horæ 12. circuitus communis Lunæ, vtplurimum, ſeu menſtrui Lunæ ſimpliciter dicti, tempus.

Itaque qui medius amborum eſt. ὥς' ὁ μέσος ἀμφοῖν ὁ δίχα μικτὸς ἀφ' αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἀφεστήσει τ̃ ἑβδομάδος ἕκτου μέρους. Corruptum eſſe locum putem, & pro ἕκτου μέρους, legendum, reponen-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 519 sur 567

dúmque, τετάρτου μέρους μιᾶς ἡμέρας, & pro ὧν ἕλ, vt ſic legatur, ὡς ὁ μέσος ἀμφοῖν ὁ οἷον μικτὸς ἐξ αὐτῶν ἕλ πλέον ἀφερήσει ἑβδομάδος τετάρτου μέρους μιᾶς ἡμέρας. id eſt, Itaque qui medius amborum eſt, imò verò veluti ex his miſtus conflatúsque, de ſeptem diebus integram hebdomadam cõflare debentibus plus quarta vnius diei parte decurtabitur. Sic autem legendum eſſe ſuadere videtur ratio. Nam medius & ex communi proprióque conflatus circuitus, de quo Galeno hîc ſermo eſt, dierum eſt 26. horarum 22. eius ſeptimana dierum 6. horarum 17. cum dimidia, vnde colligere licet eius medij circuitus ſeptimanam plus quarta diei parte, id eſt, plus quàm ſex horis (ſex enim horę ſunt quarta diei pars, cùm quater ſex viginti quatuor horas diei vnius ſpatium compleant) de ſeptem diebus integris eſſe curtiorem. Dimidiam enim horam præter ſex horas de iuſta ſeptimana, ſeu de diebus ſeptem integris abeſſe cõperies. Adde enim ad ſex dies, & horas 17. cum dimidia (tot autem diebus ſeptimanam medij circuitus ſæpe conſtare oſtendi) ſex horas cum dimidia, eam ſummam ad dies ſeptem integros aſſurgere comperies. Vetus interpres hæc verba ἕλ πλέον ἕκτου μέρους prætermiſit, & quædam quæ in Græcis codicibus non habentur, addidit. Illius hæc ſunt verba: Propter hoc ergo minuitur aliquid ex tẽpore ſeptimanæ alterius. Ita vt ſit ſeptimana media inter vtraſque, quæ eſt quaſi commiſta ex eis, minor ſeptem diebus. Nam ſeptimana medicinalis eſt minor ſeptem diebus, horis ſex, & media eſt maior ſex diebus decem & ſeptem horis, & media. Hæc ille.

12 *Quantùm verò humana coniectura licet augurari.* Videtur aſtruere hoc loco Galen. vim omnem, cùm Criſeos, tum dierum Decretoriorum ad eum quem hîc excogitauit medium circuitum (poſteriores medicinalem nuncupauere) potius eſſe referendam, quàm vel ad eum quo Luna peragrat zodiacum, vel ad cũ quo conſpicua nobis illuceſcit, ex quibus ambobus ille conflatus eſt. Id eo conſilio feciſſe videtur, vt contra Archigenem viceſimum, & eos qui illius ordinis ſunt, potius quàm viceſimum primum Criticũ eſſe, & obtineret, & poſteris perſuaderet, quod facilè licet colligere ex eius verbis, quæ in fine huius capitis habentur, cùm ſcribit: Proinde ſi in hunc modum rationem inierimus, trium ſeptimanarum numerus paulò viginti dies excedet, &

& huic multò vicinior erit, quàm vicesimoprimo. Id adnotantes Ioan. Picus Mirandula cap. 16. lib. 3. contra Astrolo. & Ioannes Francisci eius nepos cap. 4. lib. 5. de superstitiosa prænotione, Galenum aiunt hunc sibi laborem gratis sumpsisse, & fictitium imaginariúmve mensem, nec naturæ moneta percussum effinxisse, quod & idem asserunt Augerus Ferrus libello suo de diebus Decreto. & Fernellius parte secũda sui monolasphery, propositionibus 11. & 12. Et reuera, si ea sola de causa Galenus eum mensem effinxit, vt scilicet vicesimum diem ideo decretorium esse comprobaret, quòd tres huius medij circuitus septimanæ (excurrentibus tantùm supra dies viginti, horis 4. & dimidia) in vicesimum inciderent, iure sanè frustra hunc laborem sumpsisse arguatur, cùm ex tribus septimanis mẽsis proprij, seu peragrationis (quæ & ipsæ in 20. diem recidunt super ex crescentibus tantùm horis 12.) idem illi comprobare & efficere licuisset. Nam tametsi 12. illæ horæ quæ in proprio circuitu supra viginti dies excurrunt, ad primum diem quartæ septimanæ pertinent, seu, si vis, ad vicesimumprimum: tamen quia vicesimo, quàm vicesimoprimo sunt viciniores, Crisis in eas horas incidens ad vicesimum pertinere, non ad 21. Iure quodammodo dici posit, præsertim si paribus diebus morbus moueatur. Verùm enim crediderim Galenum mensem illum effinxisse, vel quòd eum validiorem in iudicãdo morbos, fortiorémque illis ex quibus conflatus esset, putaret, & experientia etiam deprehẽdisset, tum etiã quòd Lunaris influxus vim potestatémque, tam eam, quam à signis, quàm eam, quam ab Sole haurit & imbibit, complectatur, vel quòd tres septimanæ ipsius maiori horarum numero à vicesimoprimo abessent, minori numero vicesimo propiores essent. Nam tres septimanæ huius medij circuitus horas tantùm, vt iam demonstratum est, quatuor cum dimidia supra viginti dies excurrentes habẽt. Tres septimanæ circuitus peragratorij horas 12. tantùm, ἀμφοτερίζει autem, vt & antea dixit, hic numerus horarum 12. vergitque in vtranque partem, nec vicesimo, quàm vicesimoprimo vicinior est. Hæ rationes Galenum ad medium illum mensem effingendum adducere potuerunt, quo æquiori animo erga illum, sicuti & erga illos, qui de literis bene mereri student, esse debent φιλομούσοι, & literatum studiosi: quos conatus illius laudare potius quàm cauillari, aut ipsi insultare vehementius decet, præsertim cùm, vt rem ita ha-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 521 sur 567

bere perſuaſi cat, nemini vim faciat, ſed ſuum cuique liberum iudicium relinquat. Sanè poſtquam Cõciliator differentia 104. in vtranque partem de hoc menſe diſputauit, tandem concludit ipſum non eliminandum, ſed admittendum eſſe vel eò maximè, quòd menſis propriæ impreſsionis (ſic autem proprium circuitum, ſeu menſem peragrationis vocat) etiam illo ſaltu maneat incorruptus, quod tamen conſtantiſsimo loco nuper citato negat Ioan. Picus Mirand. Verùm enim, ſiue de Hippocratis Pythagoræq; ſententia dierum Criticorum vim rationemque ad numeros, quos natura ferè ſemper, aut vt plurimum obtinuare ſolet, ſiue ad Lunæ circuitus peragratorium (hunc potiorem eſſe in Criſi voluit) apparitionis, aut medium referre velueris, parũ admodum intereſſe putem, modò intelligas nõ omnes dies parẽ in decernendo vim habere, neque omnes eadem eſſe dignitate præditos, ſed naturam certis diebus, & ſatis Criſim tentare, præſertim vbi ipſa ordinata fuerit, materiam paratam habuerit, & cum ea etiam vis cæleſtis concurrerit.

13 *Cum ergo apparitionis manifeſtæ &c. efficacis.* Sic Græcus vterque Codex habet: ἐπεὶ τοίνυν ὁ μὲν τῆς φάσεως ὅρος τῆς ἐναργοῦς τῆς σελήνης χρόνος κϛ. ἡμερῶν τῆς ἡμισείας, ὁ δὲ τῆς ζωδιακῆς περιόδου ϗ κ. καὶ ζ. καὶ τριῶν. Δῆλον ὡς ὁ μέσος αὐτῶν κ. καὶ ϛ. ἡμερῶν ἔσται τῆς πρώτης μάλιστα μιᾶς ἡμέρας ἡμίσεως πρὸς τῇ ιβ'. legendũ credã: Ἐπεὶ τοίνυν ὁ μὲν τῆς φάσεως ὁ ὅρος τῆς, &c. Cæterùm quod hîc dicit Galenus, vel ad tædium hoc ipſo cap. paſsim repetiuimus, quo monuiſſe ſatis hîc erit Galenũ volentem numerum dierũ medij illius ſui menſis, aut circuitus nobis inculcare, mutatis verbis repetere ipſum conſtare diebus 26. & parte item diei dimidia, quæ ſunt horæ 12. item tertia diei parte, quæ ſunt horæ 8. & adhæc duodecima diei parte, quæ ſunt horæ duæ, quæ omnes horæ in vnam ſummam collectæ, conflant horas 22. vnde facilè colligere licet hunc menſem (vt id etiam vel ad nauſeam cum Galeno repetã) à diebus 27. integris deficere duodecima vnius diei parte, id eſt, horis duabus, quas horas dico duas, ſi ad dies 26. & horas 22. addideris 27. dies integros habueris, ad quem dierum numerum, circuitus etiam communis, vt ante ex tabella oſtendimus, aliquando pertingit. Iam verò, ſi totũ hoc medij circuitus tempus, id eſt, dies illos 26. & horas 22. in quatuor hebdomadas diuiſeris, hebdomadam quãlibet diebus ſex, horis

ris 17. cũ dimidia cõstare comperies, quũ numerus à dierum ſeptenario numero, ſiue à iuſtis diebus ſeptem (ab hoc autem numero ſeptimana nomen ſuum ſortita eſt) deficit plus quarta diei parte, id eſt, plus quàm ſex horis. Dimidia enim hora ſupra ſex de ſeptem diebus deeſſe deprehenditur, vnde apparet codices Græcos etiam hîc eſſe emendandos, qui ſic ſcripũ habent· ἐι μέν τι πέμπτος αὐτὸν [τὸ μέσον χρόνον λέγει] ἐξ τέτταρα, τὸν ἀκριβῆ χρόνον εὑρήσεις ἑβδομάδος, οὐκ ἔλαττον μόνον μιᾶς ἡμέρας ἀπολειπόμενον, ἀλλ' ἔλαττον. ſcribendũ enim legendúmque eſt: τὸν ἀκριβῆ χρόνον εὑρήσεις ἑβδομάδι ὁ τεσσάρων μίνον μιᾶς ἡμέρας ἀπολειπόμενον, &c. Nempe paulò ante oſtendimus medij huius circuitus ſeptimanam de iuſtis 7. diebus, ſeu de integra ſeptimana eſſe curtiorem horis 6. & dimidia. & hanc lectionem ſecutus eſſe videtur vetus interpres, qui ſic hunc locũ conuertit. Nam ſi diuiſeris hoc in quartas, inuenies quòd quantitas ſeptimanæ certè minuitur ex ſeptẽ diebus plus quarta diei. Guinterius tamen in ſua verſione codicum Græcorum lectionem ſecutus dixit, exactum ſeptimanæ tempus offendes non modò ſexta diei parte, &c. Credam tamen ipſum lectionem illam immutaturum fuiſſe, ſi exactiori calculo rem diſcuſſiſſet.

Cæterùm emendandi ſunt etiam in his quæ ſequuntur codices Græci, qui ſic habent· λαμβανέσθω γὰρ τῶν κς'. καὶ ἡμίσεως πρίτου, ιβ'. τὸ τέταρτον μέρος, ἔσται δὲ χρόνος ἡμερῶν ς'. ἡμίσεως πέμπτου, καὶ πρωτείας μοιρίων ἄλλων ἐπτακαιμιλίων μικροτέρων, ἅπερ ὄντα ξ'. πρῶτα, καὶ ρκ'. τὰ δευτερα δ'. ἢ μ'. ὁ δ' αὐτὸς χρόνος ἢ ἔστω τῶν λέγοιδ ἡμερῶν ς'. ἢ ἡμίσεως ἢ ἕκτου ἢ κδ'. ἢ μγ'. ὁ δὲ πολικὸς χρόνος ἀπολείπει τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τεσσάρων μέρει μιᾶς ἡμέρας, ἢ ἐπὶ πρὸς τὸν ἀκριβῆ λόγον ξ'. πε, ἢ ρκ'. ἢ σμ'. Legendum enim eſt, vel de Domini Ioannis Guionij noſtratis, & medici, & Mathematici clariſsimi cõſilio, hunc in modũ λαμβανέσθω γὰρ τῶν κς'. ἢ ἡμίσεως ἢ πρίτου ἢ ιβ'. τὸ τέταρτον μέρος, ἔσται δὲ χρόνος ἡμερῶν ς'. ἢ ἡμίσεως ἢ πέμπτου ἢ πρωτείας μοιρίων ἄλλων ἐπτακαιμιλίων μικροτέρων, vt ſit· Sumatur enim ex diebus ſex & viginti, ex diei medietate, ex tertia item & duodecima, pars quarta. Erit autem id tempus dierum ſex & dimidij, & quintæ, partium inſuper aliarum minorum adiectarum, quę ſunt quadrageſimaoctaua, & centeſima viceſima. At verò idem ipſum enuntiaueris dierum ſex & dimidij, & ſextæ, & viceſimæquartæ & quadrageſimæoctauæ partium, &c. Cæterùm vbi in codicibus Græcis

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 523 sur 567

legitur ἄπερ ὅτι ξ'. πρῶτα, ϗβ ϙ'. τὰ δεύτερα σ'. δὴ ϗβ μ'. putat idem Guilonius collega meus doctiss. legendum ἄπερ ὅτι μη'. ϗβ ρκ'. Cætera falsò asscripta putat. Asulanius tamen hoc loco non τὰ δεύτερα, sed αἱ δεύτερα scriptum habet, vt πρῶτα, δεύτερα, & similia aduerbia sint. Sic vbi paulò post legitur καὶ ἔτι πρὸς τὸν ἀκριβῆ λόγον ξ'. τε ϗβ ρκ'. ϗβ σμ'. corrigit ille ϗβ ἔτι πρὸς τὸν ἀκριβῆ λόγον ξ'. τε ϗβ σμ'. quod dici potuisset, inquit, μη'. Ego priusquam virum illum bonum consulerem, hunc locum accuratè discusseram, & sic emendandum iudicabam, λαμβανέσθω γὰρ ἡμέρας κς'. ϗβ ἡμίσεως ϗβ τρίτης ϗβ δωδεκάτης τ' ἡμέρας τὸ τέταρτον μέρος, ἔσται δὲ χρόνος ἡμερῶν ς'. ϗβ ἡμίσεως ϗβ ἕκτης μέρους μιᾶς ἡμέρας, ϗβ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπικειμένων, μικροῖς ἔτι ἄπερ ἐστὶ ϛ'. πρῶτα, ἤγουν δεύτερα νε'. ἢ ξὺν αὐτοῖς ξ'. πρῶτα, δεύτερα, ἀπὸ τὰ πρίκα, ιη'. vt sic Latinè dicatur, Sumatur enim ex 26. diebus, & dimidio, ex tertia item & duodecima diei partibus, pars quarta. Erit verò id tempus dierum sex & dimidij, partis itē diei sextæ cum adiectis aliquot aliis particulis minoribus, vt pote primis, seu minutiis 90. seu secundis 5400. vel cum sexaginta mi. secundis 1800. vel tertiis 18000. Ita verò legendum esse sic ratiocinando colligebam, pars quarta dierum viginti sex & dimidij sunt dies sex, horæ 15. Item tertiæ partis diei, id est, horarum octo, pars quarta sunt horæ duæ. Similiter duodecimæ partis diei, id est, duarum horarum pars quarta est hora dimidia, vt tota ea summa assurgat ad dies sex, horas 17. cum dimidia, ad quam scilicet summam Galenus vult probare septimanam medij sui circuitus assurgere. Id etiam aliis verbis declarat Galenus, cùm inquit: Erit verò id tempus dierum sex, & dimidij partis item diei sextæ (ἕκτης enim non πέμπτης lego) id est, horarum quatuor. Summa autem est dies sex, horæ 16. Ad hanc summam, si addis ϛ'. πρῶτα, id est, minuta 90. (tot autem horam vnam & dimidiam integrant) habebis dies sex, horas 17. cum dimidia, tempus iustum septimanæ medij circuitus Galenici, quod autem min. 90. horam vnam, & dimidiam conflēt, haud obscurum est. Quin idem etiam dices, si minuta 60. ponis cum 1800. grad. nam 60. min. horā vnam 1800. secūda horā dimidiam pariunt. Quin hæc verba eò etiam recidunt, septimana medij circuitus dierum est, dierum est senum, horarum 12. & sextæ partis diei, seu horarum 4. minutorum item 60. tertiarum 18000. Adducor equidem vt credam exactam hanc culculi discus-

ſcuſsionem à viro quopiam docto, & ad iuſtum calculum hæc reuocãti, margini primùm fuiſſe adſcriptam. Deinde à librariis è margine in contextũ inſertam, ac tum demum excuſorum (vt fieri ſolet) ignorãtia tam miris, vt videre eſt, modis deprauatam, vt iam non mihi minus in his erratis emendandis elaborandum fuerit, ac illi, qui quondam Augiæ ſtabulum repurgauit. Vetus interpres etiam hic falſus eſt, qui ſic hunc locum conuertit. Accipe ergo quartam 26. dierum & medietatem, & tertiæ diei, & partis diei duodecimæ. Ergo erit hoc tempus dierum ſex & medietatis diei, & octaua diei, & pars duodecima, & pars quadrageſima octaua. Et tibi quidẽ poſsibile eſt vt narres hoc tempus ſermone alio. Et eſt vt dicas ſex dies & medietatem diei, & octaua diei, & pars duodecima, & pars 48. Hactenus vetus interpres. Quod autem ad hæc verba attinet· καὶ ἔτι πῶς ἡ ἀκριβῆ λόγου ξ΄. τὲ καὶ σμ΄. credidi illa eſſe adiectitia, quæ ſi tamen retinere placeret, ſic emendari poſſe iudicabam, ἢ ἔτι πῶς ἡ ἀκριβῆ λόγου τοῖς λ΄. πρῶτα, ἤτοι ξ΄. ἀδύτερα· ἤτοι ,γχ΄. τὰ πρωτά, id eſt· Et exactiori adhuc calculo, minutis ſeu primis 30. ſeu 1800. ſecundis, aut etiam tertiis 3600. Nam horum ſingula dimidiam horam pariunt. Tempus ſcilicet addendum ad 6. dies & horas 17. qui numerus eſt dierum ſeptimanæ medij circuitus. Nam iam antè ſex dies & horas 4. aſſcripſerat, cum dixit· Huiuſmodi autem tempus abeſt à iuſto & integro dierum ſeptem ſpatio vnius diei quadrante: vides enim ipſum dicere de ſeptẽ diebus ſex horas deficere, quæ ſex horæ de 24. ablatæ relinquunt horas 18. ſed ab illarum 18. horarum ſumma, auferenda eſt dimidia hora quam per prima, ſecunda, & cætera id genus deſcribit. Sic de ſeptem diebus aufertur primùm quadrans diei. Deinde & de quadrante aufertur hora dimidia, vt ſumma reſtet, dies 6. horæ 17. cum dimidia.

Quæ cùm ita ſe habeant tres ſeptimanæ, &c. Græca ſic habent· 14
καὶ τούτων ὄντως ἐχόντων αἱ τρεῖς ἑβδομάδες ἡμερῶν εἴκοσι ἴσον τῇ πρώτῃ μοίρᾳ τινὸς ἡμέρας· α΄. ἐκτὸς. ὥστε τὴν ἀπὸ τοῦ ἡ τρόπου ἀκριβολογουμένοις, ὀλίγον ὑπερβάλλει ἢ κ΄. ſic enim ſcribendum non ἢ κ΄. ἡμέρας ὁ τῶν τριῶν ἑβδομάδων ἀριθμός. pro α΄. ἐκτὸς putem ſcribendum ἄπορ ἐκτὸς, vt ſit additio & declaratio partis viginti dies excedentis. Nam trium ſeptimanarum numerus (de medio circuitu loquor) viginti dies excedit ſexta diei parte, id eſt, ho-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 525 sur 567

ris 4. & dimidia, quæ horæ iam ad viceſimumprimum diem pertinẽt. Triplica numerum dierum ſeptimanæ medij circuitus, quẽm iam ſæpe eſſe dixi dierum 6. horarum 17. cum dimidia, videbis ſummam aſſurgere ad dies 20. horas 4. cum dimidia.

Capitis decimi Summa.

QVæ toto hoc capite dicũtur, adeò facilia ſunt, vt explicatione non egeant. Itaque ad vndecimi capitis explicationem pergo.

CAPVT X.

IAM *verò ſi cui huius ratiocinij ſubtilitas diſplicet moleſtáque eſt, hanc perdiſcere & ſcrutari nemo vnquam coget. Sed illi primus huius operis liber ſufficiet. Sin verò quis non admodum fugitans laboris & iners fuerit, ſecundum is quoque librum primo adiungere poterit, à tertio autem ſeſe abſtinere. Nos ſiquidem planè paucis hæc ſcripſiſſe, & quidem inuitos & ſcimus & fatemur ingenué. Verùm enim Dij conſcij ſunt, & hos ipſos hic teſtes facio: vt amicorum quorundam precibus impulſus hæc literis mandaui. Et ſanè ſtulti eſſemus, planéque deſipere videremur, ſi eiuſmodi ratiocinationem auribus vulgi accommodam arbitraremur.*

Capitis vndecimi Summa.

DIcit permultos multa & varia de numeris frigidè, pleraque etiam præter rem nugari & effutire, auerſari autem & odiſſe peſsime eos qui de dierum ſeptimanæ numero aliquid & ex rei veritate dicere aggrediantur. Porrò vt eos in nugis venditandis nimios, ita in veritate veſtiganda aut amplectenda tardiores taxat, tandémque infert, neque nugatores audiẽdos eſſe, & admittendos, neque item illos qui de dierum ſeptimanæ & menſis numero cognitionem refugiunt, quaſi manu armata & vi eſſe cogendos, & in eam perſuaſionem adducendos.

CAPVT

CAPVT XI.

NEQVE enim ſum neſciùs pleroſq; delectari ſi audiant, [1] vnitatem eſſe matris expertem, binarium eſſe audaciam. Et item alia loquendi ratione, vnitatem formam eſſe, binarium materiam, infinitum. Tum deinceps Triadem eſſe abſolutam harmoniam, aut perfectum numerum & primum, aut ſolidũ aut planum. Quicquid enim in mentem ipſis venit, idipſum dicunt, alij aliud. Et neſcio quem numerum Mineruam vocant, alium Artemin, alium Apollinem. Vt igitur idipſum non ignoramus, ita neque aſtruere dignamur, cùm ipſorum placita nulla ſcientifica demonſtratione confirmare poſſimus. Quin & amicis etiam frequenter re ipſa oſtendimus, quod ſi quis vellet, hac vſus frigida dicendi ratione, quemlibet numerum ſeu laudare ſeu vituperare, perfacile ei fore & promptum. Et ſanè periculum eſt ne hi qui talia nugantur, eò ſtupiditatis veniant, vt cum, vel de ſeptimana, vel de alio quopiam [ſeptenario numero] verba facient, non contenti ſint Solis eiuſmodi ineptijs, quales ſunt hæ. [2] Pleiades ſunt ſeptem. Et [3] Vrſarum (ſic enim nominant) vtraque ἑπτάστερος, id eſt, Septiſtella eſt. Imò & Thebarum ἑπταπύλων, id eſt, ſeptiportarum mentionem faciunt, de ſeptem ſcilicet Thebarũ portis intelligentes. At quid ad rẽ, ſi Pleiades ſeptẽ ſunt? Dionem Pleureticum ſeptimo die fuiſſe iudicatum? Etenim Pleureticus, nonanus aliquando iudicatus eſt, aliquando decimanus. Quid verò, inquam, hic ſimile eſt, ſi ſeptem ſunt oſtia Nili, Theonem pulmonis inflãmatione laborantem ſeptimanum fuiſſe iudicatum? Etenim Peripneumonicus interdum quarto, quinto interdum iudicatus eſt. Verùm vt in omnibus alijs rebus duplex eſt vitij & prauitatis ratio & natura, exceſſus ſcilicet & defectus, ita hic quoque nonnulli oderunt prorſus & auerſantur eos, qui veritatem de ſeptimana dicere aggrediuntur, quaſi ſummè ſint verborum & veritatis oſores. Nonnulli verò in tantam nugacitatem incidunt, vt ea etiam quæ nihil ad rem pertineat,

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 527 sur 567

©BIUM

commemorent. Vtraque, inquiunt, vrſa ſeptiſella eſt. Primum hoc verum non eſt. Sed eorum extremam arguit inſcitiam. Sed verum eſſe ponamus. Atqui neque Bootes, neque ſerpens qui vtranque Vrſam interiacet, ſeptem ſtellis conſtat. Pari modo neque Engonaſim, neque Ophiucus, neque Cancer, neque Leo, neque vllum omnino è duodecim ſignis Zodiaci, per quæ planetæ feruntur & errant. Atqui quòd illi planetæ inferiora hæc & ſublunaria moderentur & regant, non Aſtronomis modò, ſed & Philoſophis omnibus præſtantiſſimis receptum confeſſúmque eſt. Neque igitur nugatores audiendi ſunt & admittendi, neque item ij qui eiuſmodi cognitionem refugiunt & auerſantur, cogendi.

1 *VNITATEM eſſe matris expertem.* Sic in Græcis codicibus habet huius cap. initium: ὅτι γὰρ τοῖς πολλοῖς ἀκόσμου πάντος ἀμήτορα μὲν τὴν μονάδα· τολμᾷ ἡ τὴν δυάδα· ἐκ καθ' ἑτέρου τρόπου, ἰδίαν μὲν τὴν μονάδα, τὴν δυάδα δὲ ὕλην, ἄπειρον, &c. Ex Mercurij cratere diſcere licet μονάδα, id eſt, vnitatem numerorum eſſe principium, eandémque omnem numerum & continere & gignere, cum à nullo contẽta ipſa ſit aut genita. Vnde & Græcis ἀμήτωρ dicitur quaſi ſine matre, aut nulla matre genita. Omnis quippe numerus in ſe ipſum auctus multiplicatúsque, alium quendam efficit maiorem. Vnitas autem in ſe ipſa multiplicata, procreat nihil. Semel enim vnum, nihil aliud ex ſe, quàm ipſam vnitatem gignit. Binarius verò Pythagoricis audacia dicebatur, quod diſcordiæ, confuſionis, diuiſionis & multitudinis fons eſſet & origo, potius quàm multitudo, ad multitudinem autem & regendam & compeſcendam ſicuti & ad diſcordiam ſedandam audacia eſt opus. Quin iidem Pythagorici imparem omnem numerum marem, & patrem. Parẽ omnem fœminã & matrem eſſe dicebant. Adhęc imparem illi formæ, parem materiæ idcirco attribuebant, quòd forma ſecundum ſe ſit indiuidua. Materia ſit cuiuſque diuiſionis cauſa, vnde vnitatem connexionis, materiam diuiſionis originem eſſe dicebant, parémque ad diuiſionem & diſcretionem, imparem ad vnitatem & connexionem referebant. Haud ſecus infinitum vocabant multitudinem ab vnitate recedentem. Vnionem verò illam, abs qua vnuſquiſque numerus haberet vt vnus

dicatur

dicatur,finitum.Cælius tamen Rhodigi.lib.12.ca. 9.refert vnitatem marem creditam eſſe & fœminam, parem atque imparem, non numerum, ſed fontem & originem numerorum. Zaratámque Pythagoræ præceptorem dyadem numerorum dixiſſe matrem, Monada patrem. Proinde inter numeros præſtare qui Monadi præcipue aſsimilentur. Iam τριὰς, id eſt, ternarius abſoluta harmonia eſt,quia perfecta harmonia tribus interuallis ſeu interuallorum modulationibus & concentibus diapaſon hemiolio, diateſſaron continetur,eo modo quo cubus trina dimenſione craſſatur. Adde quod trinam compoſitionem nunquam tranſiliũt Geometrę,qui corpus omne longo,lato & profundo,ſeu linea,ſuperficie & profunditate terminari volunt. Vltra enim hæc nulla datur dimẽſionis progreſsio, vnde ternarius primus cubicus dicitur. In ſumma nullus in numeris ordo ſine ternario eſt. Arithmeticus ſiquidem Geometricus & Harmonicus ordo, tribus principio ſcilicet, medio & fine abſoluitur. Vnde colligimus τριάδα, id eſt, ternarium perfectum eſſe numerum. Idem etiam numerus primus eſt & incompoſitus, quia nullus numerus metitur ipſum,præter ſolam vnitatem,quod tamen de partibus componentibus ſiue numeratiuis non de conſtitutiuis licet intelligere. Cæterum ternarius etiam planus eſt, ſeu ſuperficialis, non ſolidus. Numerum ſiquidem ἐπίπεδον, id eſt,planum appellant eum qui per ſuas vnitates diſpoſitus longitudini latitudinem adiicit,tales ſunt,trigonus,tetragonus,pentagonus, hexagonus, heptagonus,& cæteri eodem modo gradatim per naturalem numerorum ſeriem in plana deſcriptione figurarum angulos augentes: στερεὸν verò, id eſt, ſolidum eum qui per ſuas vnitates deſcriptus longitudini & latitudini craſsitiem ſuperaddit,cuius generis ſunt pyramis, cubus, cuneus, parallelipedus,laterculus,aſſer. Numeri ſiquidem tripliciter conſiderantur. Primò abſolutè & ſecundum ſe, vnde alius dicitur par,alius impar. Sic ternarius dicitur primus impar, quia in duo æqua diuidi non poteſt. Secundo modo numeri ſecundum figuram conſiderantur,cum ſcilicet per ſuas vnitates expreſsi diſpoſitique figuræ Geometricæ præ ſe ferunt ſpeciem & figurarum ſubeunt nomina. Sic is numerus ſecundum figuram linearis dicitur,cuius vnitatum diſpoſitio in longum tantùm eſt. Planus & ſuperficialis, cuius in longum & latum. Solidus cuius diſpoſitio in longum, latum & profundum. Sic binarius linearis

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 529 sur 567

©BIUM

eſt,cum vnitatum eius, id eſt, punctorum diſpoſitio in longum tantum ſit. Pũctus enim interuallum non eſt,ſed interualli principium,haud aliter atque vnitas in numeris abſolutè conſideratis numerus non eſt, ſed numerorum principium. Ternarius linearis eſt & planus,cum longitudini latitudinem habeat coniunctam. Quaternarius linearis eſt, & planus & ſolidus. Tertio verò modo numeri conſiderantur ad aliquid ſeu reſpectiuè, vt cum dicitur vnus duplus, alter triplus ſeſquialter, &c. Ex quibus intelligere potes alia ratione ternarium aut alium numerum dici perfectum & primum. Alia ratione planum aut ſolidum. Cęterum Pythagorici Plutarcho auctore vnitatem Apollinem appellant, quod non aliter quàm ab vno Sole omnia, ita ab vnitate omnes numeri originem & incrementum capiant. Dyada item, litem & audaciam. Triada iuſtitiam, ſeptenarium Palladem ſeu Mineruam, ſcribente Macrob. lib. 1. Somnij, his verbis: Huic autem numero, inquit,id eſt,ſeptenario adeò virginitatis opinio inoleuit,vt Pallas quoque vocitetur. Nam virgo creditur, quia nullum ex ſe parit numerum duplicatus, qui intra denarium coarctetur, quem primum limitem conſtat eſſe numerorum. Pallas ideo quia ex ſolius Monadis fœtu & multiplicatione proceſsit, ſicut Minerua ſolo ex vno parente nata perhibetur, quod & ſuprà cap. 4. lib. 1. ex Philone etiam docuimus. Cæterùm capitis initio credam pro ὅτι legendum eſſe, διὰ δὲ τοῖς πολλοῖς, &c. & coniecturam adiuuat vetus interpres qui ſic habet: Et ego quidem ſcio quod rectius eſt apud plurimos homines, vt dicatur eis in cauſis dierum Criſis quod vbi non eſt impreſsio. Et quod duo ſunt tenebra, &c. niſi ſic malis legere: ὐκ ἀγνοῶμεν δ' ὅτι τοῖς πολλοῖς, &c.

2 *Pleiades ſunt ſeptem.* De Pleiadibus diximus ante Commenta. huius 3. cap. 7. Has Latinos Vergilias dicere notat Vitruuius lib. 6. cap. 10. Pleiada autem numero ſingulari vel Pleiades numero plurali dicere, parum intereſſe notat etiam Galen. Commenta. in 1. ſtatum lib. 1. Epide. Has aliqui ſeptem, aliqui pauciores fecerunt. Galen. infrà hoc ipſo cap. ſeptem eſſe negare videtur, cui adſtipulatur Proclus in ſua Sphæra, qui dũ ſtellas duodecim in ſignifero ſitas, quæ proprias appellationes meruere, quòd notas quaſdam referant, recenſet, ſic poſt alia inſit: ὅτι μὲν γὰρ ἐπὶ τῶ ταύρῳ ὧδι πῶ νώτῳ αὐτῶ κέιμενοι ἑπτέρυξι τὸ ἀριθμὸν ἑξ, καλῶν

καλοῦνται πλειάδες, id est, sex numero, inquit, stellæ quæ in Tauri dorso visuntur, Pleiades nominãtur. Et Ouidus pedibus in eam it sententiam. Sic enim canit lib. Fastorum 4.

Pleiades incipient humeros releuare paternos,
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Gellius tamen lib. 3. cap. 10. virtutes potestatésque multas & varias septenarij numeri ex Varrone recensens, dicit eum numerum septẽtriones maiores minorésve facere in cælo. Item Vergilias, quas Græci πλειάδας vocant, vt constet Varronẽ Pleiadas septem facere. Exoriuntur hæ manè cum Sole medio Vere (vnde Vergilias dictas volunt) id est, nonis Maij Columellæ lib. 11. cap. 2. quod etiam docet Galen. Commenta. 14. in Aphoris. 3. Hippocra. cum dicit, illarum ortus æstatis esse initium. Absconduntur autem altero & tricesimo die post Autumnale Aequinoctium, quod fere conficitur nono Calend. Octob. Columellę lib. 2. cap. 8. Id autem est cum Sol est in Scorpio.

Vrsarum vtraque. καὶ τὼ ἄρκτω ἑπτάστερον ἑκατέρα. De Vrsis 3
Vitruuius loco paulò antè citato sic scribit: In septentrionali circulo duæ positæ sunt Arcti, scapularum dorsis inter se compositæ pectoribus auersæ: è quibus minor κυνόσουρα. Maior ἕλικη à Græcis appellatur. Virgilius Georg. 1. de Dracone qui inter Arctos maiorem & minorem implicatur, mentionẽ faciens vtriusque illarum meminit his verbis:

Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, pérque duas in morem fluminis arctos.

Proclus vtranque etiam inter septentrionalia signa recenset, sicut & Booten etiam, quem Arctophylaca, id est, Vrsę custodem appellãt, necnon & δράκοντα τὸν διὰ τῶν ἄρκτων. i. Draconem qui inter vtrasq; Vrsas locatur. Quin & Engonasim etiã & Ophiuchos de illorũ ordine sunt. Engonasim etiã & ophiuchos de illorũ ordine sunt. Engonasim autẽ Latini ingeniculũ, vt scribit Iul. Firmicus lib. 6. Ingeniculatũ, Vitruuius lib. 9. c. 6. Ouidius lib. 8. Metamorph. Nixum genu. Manilius lib. 5. Nixam genu speciem appellat. Fingitur autem Engonasim inniti capiti Draconis, qui inter Arctos implicatur. Hyginius lib. 2. scribit eũ ita paratũ esse ad decertandũ, vt sinistra pellem leonis, dextra clauam teneat.

ὀφιοῦχος, Arato, Theoni eius interpreti & Proclo quasi ὀφιόν- 4

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 531 sur 567

χθ-,id eſt,ſerpentitenens,quòd ſcilicet ſerpẽtem teneat, dicitur. Alij ὀφιοῦχον, quaſi ὀφιολκὸν, id eſt, ſerpentitrahum dici volunt. Columella lib.11.ca.2.numero 375.Anguiferum nominat,& 11. Calend.Iunij manè occidere docet.Calcat autem Ophiucus lęuo pede Scorpionis frõtem.Serpens quem tenet medium ipſum cingit. Et roſtro ſummo tangit Ariadnes coronam. Hyginius lib.2.dicit eum habere ſtellas in capite claram vnam,in ſingulis humeris claras ſingulas, in ſiniſtra manu,tres. In dextra 4.& duas ex eis claras,in ſingulis lumbis ſingulas,in ſingulis genibus ſingulas, in dextra tibia clarã vnam. In ſingulis pedibus ſingulas claras. Sunt omnes, inquit, 27. Cæterùm de ſeptenarij numeri vi & poteſtate multa frigida habent Ioan.Corne.Agrippa lib.2.de occulta Phil.cap.10.Macrob.Saturn.1.& Gellius cap.10. lib.3.quod & adnotauimus ante in cap. 2. lib.2. Porrò Cadmus Thebas Bœotias condidit.Deinde Amphion eas muro cinxit, ſeptémque filiarum nomine portas cõſtituit. Vt auctor eſt Hyginius fabula 69.vnde ἑπταπυλοὶ Θῆβαι Galeno hîc dicuntur.Et Sophocli in Antigone,vbi Chorus ſic loquitur:

Ἀκτὶς ἀελίοιο τὸ κάλ-
λιστον ἑπταπύλῳ φανὲν
Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος·
ἐφάνθης ποτ', &c.

Capitis duodecimi Summa.

HOc caput veluti Anacephalæoſis eſt eorum quæ ſparſim antea dicta ſunt,quod & ſuo loco demonſtrabitur.

CAPVT XII.

AME *itaque veritatem ipſam,quantùm homini datur, inuentam eſſe & excogitatam puto. Veritatem, inquam,etiã antè ipſi* Hippocrati,*vt præſcriptis paulò antè verbis demõſtrauit,cognitam & perſpectam,ſed tamen vulgarium* Medicorũ *ſocordia ſilentio obrutã. Equidẽ cùm nihil quicquam ab* Hippocrate *fruſtra ſcriptũ eſſe cõperio,tum ne illud quidem quod ſcripſit: Nullam ſupputationem integris diebus re-vera fieri poſſe. Quinetiã principiũ non* Aſtrologis *tantùm, aut*

aut naturalibus Philoſophis, ſed & agricolis quoque & nautis, omnibúsque hominibus receptum & confeſſum aſſumens,[2] *demonſtraui Lunã quaſi principem quandã, & magni regis, Solis ſcilicet vicariã terreſtrem hanc plagã regere. Item dies Decretorios eius ipſius ſequi circuitus*[3]*. Dierum prætereà incidentium cauſas expoſui, & quamobrem tres ſeptimanas nõ ad viceſimumprimum, ſed ad viceſimum potius Hippocrates deducere voluerit. Cæterùm his demonſtratis operoſum non eſt inuenire, quare primam ſeptimanam à ſecunda ſeparet: hanc autem tertiæ coniungat. Neque enim ſecundam primæ, Criſi ad 14. diem perueniente, coniungere ratio poſtulabat, neque item tertia à ſecunda diſiungere, viceſimo potius quàm viceſimoprimo Criſes excipiente. Quoniam verò ex ipſis ſeptimanis duæ ſolum primæ ſeparantur, tertia copulatur, inde manifeſtum eſt quaterniones quoque nonnullos neceſſariò cõiungi, alios verò ſeparari oportere. Coniungentur itaque primus & ſecundus quaternio, quòd vnius ſeptimanæ primæ bifariam diuiſæ particula vterque ſit. Tertius autem quaternio à ſecũdo diſiũgetur, quoniam & ſeptimana ſecunda à prima diſiuncta ſeparatáque eſt. Tertius autem quarto copulabitur, quoniam ſecundæ ſeptimanæ vterque particula eſt. Ipſe itidem rurſum quartus quinto copulabitur, propterea quòd tertia ſeptimana ſecundæ coniuncta copulatáque eſt. Coniungetur etiam quintus quaternio cum ſexto in die decimoſeptimo, quòd tertiæ ſeptimanæ pars vterque exiſtat.*

NVLLAM ſupputationem integris diebus. Id antea tra- 1
ctauimus in cap. 9. huius 3.

Demonſtraui Lunam. Id etiam antea in cap. 3. huius 2
Commen. 3. monſtrauimus.

Dierum prætereà incidentium cauſas. In cap. 8. huius 3. ſicut etiã 3
in cap. 4. lib. 2. oſtendi quomodo ſeptimana prima à ſecunda ſeiungatur, ſecunda cum tertia, ſequentes pari ratione cum aliis, vel coniungantur, vel diſiungantur, inſpecta tabella cap. prædi-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 533 sur 567

©BIUM

cti 4. lib. 2. facilè quæ hic dicuntur assequêre.

Capitis decimitertij Summa.

DOcet temporis Criseos atque adeò diei Critici præcognitionem magis è re esse ægrotorum, quàm sit generis morbi, acutus ne sit licet sit, an verò diuturnus, præcognitio. Inde ex acuti morbi definitione diuturnum acuto non semper, vt neque etiam longum breui opponi ostendit.

CAPVT XIII.

ADhuc probam sanequidem victus rationem instituendam, vtilissima est temporis Criseos præcognitio. At acutum, an diuturnum, an alio quouis nomine appellare hunc morbum oporteat, qui, verbi gratia, vicesimo debeat iri iudicatum, nihil hercle inde ægroto commodi accidit. Potest enim quispiam vel nihil locutus, sed ne planè quidem intelligens quo nomine morbus appellandus veniat, probam victus rationem ægro præscribere, ac nihil quicquam eorum, quæ ad morbum pertinere videantur, prætermittere. Veritatem quidem hactenus patefeci, & simul vtilitatem ipsam exposui. Et finis iam esto Sophisticorum deliramentorum. Deinceps ac iam inde demonstrare occipiam, quàm ignari sint plerique medici eius, quod scire tamen maximè oporteat[2]. Putant enim acutum morbum eum dici, qui celeriter iudicetur, ipsius verò contrarium esse diuturnum: At veritas non ita habet: est enim morbi genus quoddam, quem quia breui tempore durat, βραχυχρόνιον Græci vocant, qui tamen nullo modo acutus est. Et huic quidem contrarius est diuturnus, aut longus (χρόνιον aut πολυχρόνιον Græci dicũt) vel quomodocũque quis aliter ipsum vocare maluerit. At verò acuto alia morbi natura opposita est, nullum proprium nomen, idque consultò factum, sortita. Nam acuti morbi propter celeritatem quidem, vt Archigenes scribebat, periculosi: vt autem Hippocrates dicebat, cũ febre continua euenientis proprium de necessitate accidens erit, celeriter iudicari. [3] Etenim de motus specie acutus nominatur. [4] Quiescere verò ipsum

ipſum citò neceſſe eſt, vt pote qui ad proprium terminum properet. Eſt enim idem celeriter moueri, & ad finem terminumque properare. Erit ſanè hic planè Brachychronius, id eſt, exigui temporis. Pro alia tamen atque alia ratione eorum quæ inerunt, aut acutus, aut Brachychronius dicetur. Propter motus quidem celeritatem acutus. Propterea verò quod diuturnus eſſe, quia celeriter moueatur, non poteſt, Brachychronius appellabitur. Porrò alia morbi natura ipſi affinis eſt coniuncta. Multæ ſiquidem febres diariæ ex algore quopiam, vel aduſtione partium ſuperficiaria, vel ex breui labore, peruigilio, mœſtitia, ebrietate, ira, vel id genus ſimilibus fiunt, paruæ ſimul & breues, & omni prorſus vacantes periculo. Has tamen nemo, vel idiota, vel medicus acutu morbum vocare conſueuit. Itaque acutus his ipſis notis à brachychronio clarè diſtinctus eſt, & diſcretus. Tardus verò cum longo confuſus commiſtúsq; eſt, quanquā non eandem notionem obtineat. Siquidem acutus tardo: Oligochronius, ſeu breuis polychronio, id eſt, longo exaduerſo reſpondet, omnis igitur acutus prorſus eſt, & Oligochronius. Et omnis diuturnus, neceſſario etiam tardus. At non tamen ſi Brachychronius eſt morbus, ſtatim & acutus eſt, neque ſi tardus Polychronius. Cùm igitur hæc inuerſa commutatio per multis mediçis non admodum eſſet manifeſta, factum eſt, vt non modò rerum appellationes, ſed & ipſarum quoque dignotiones confuſæ ſint perturbatæ.

1 AD probam ſanequidē. Εἰς μὲν οὖν τὸ καλῶς διαλῦσαι, χρήσιμώτατόν ἐστι προγνῶναι τὸν χρόνον τῶ κρίσεως. Ne quis putet, inquit, fruſtra me de diebus Decretoriis orationem diſputationémque inſtituiſſe, perſuadeat is ſibi velim temporis Criſeos, atque adeo dierum Criticorum præcognitionem admodum eſſe neceſſariam, plúsque ægrotis adferre commodi, quàm nominis morbi (acutúsne ſit, an diuturnus) præcognitio. Nam poteſt aliquis etiam ignorans, acutúsne an diuturnus morbus appellandus veniat, rationem victus morbo conuenientem præſcribere, at eandem, ſine tēporis Criſeos, ſine etiam diei Critici præcognitione, nemo poteſt, vnde fit, vt nulli alteri exercitationi tam ſit medico intendendum, quàm ad tem-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 535 sur 567

poris Criſeos, ſiue ad morbi ſtatum. (Criſis enim in ſtatu, aut circa ipſum fit, vt cap. 6 lib. 3. Criſe.) præcognoſcendum, quod etiam addita ratione teſtatur Galenus in fine capi. 3. libr. 1. Criſ. his verbis: Generoſi medici atque arte Hippocratica digni officium eſt, futurum ſtatum præcognoſcere, cùm omnem victus rationem ad ipſam collimans, inſtituat. Sanè cùm recta victus ratio plurimum valeat, cùm ad ſanitatis conſeruationem, tum ad eius ipſius amiſſæ recuperationem: praua autem, aut in recta, vel leuiſsimum erratum, maxima incommoda, & plerũque etiam mortem cauſetur & inferat: intelligere ſanè licet, victus præſcribendi rationem, dieteticen Græci vocant, è tribus Therapeuticæs partibus non poſtremã eſſe, ſed primam & longè præcipuã, & ad quam morbo conuenientem imperandam, neruos omnes medicus debeat intendere, & veluti in eum vnum ſcopum collimare, cùm in omnibus morbi tẽporibus, tum maximè in ſtatu, & inſtante criſi, quo ſcilicet tempore maxima & ſequiſsima vigẽt ſymptomata, & inflammationes maximæ, ad quæ duo, ſi vel leuiſsimum in victu erratum ægroti, aut miniſtrantium culpa, aut verò medici inſcitia accedat, malum malo ipſe addidiſſe, &, ſi mors ſuperueniat, internecionem attuliſſe iure arguatur.

2 *Putant enim acutum morbum eum dici, qui.* ὅιον) γὰρ ὀξὺ μὲν καλεῖσθαι νόσημα, τὸ ταχέως κρινόμενον, ἐναντίον δ' ὑπάρχειν αὐτῷ τὸ χρόνιον, ἔχει δ' ὀχ ὅτω τ' ἀληθές, &c. docet eos falli, qui putãtes τὸ ὀξὺ νόσημα, id eſt, acutum morbũ eundem eſſe σὺν τῷ βραχυχρονίῳ ἢ τῷ ταχεῖ, id eſt, cum breui aut celeri, definitũt ipſum eſſe, qui celeriter iudicatur, & illi μακρὸν, χρόνιον, aut πολυχρόνιον, id eſt, diuturnum, ſeu longum opponunt, cùm reuera diuturnus breui opponatur. Eſt autem reuera acutus propriè dictus, non is qui ſimpliciter celeriter iudicatur (ſic enim idem eſſet cum πολυχρονίῳ ἢ τοι τῷ ταχεῖ) ſed is qui cum febre continua celeritati magnitudinem habet coniunctam, vt comment. 2. in Aphor. 9. & huic alia quidem morbi natura oppoſita eſt, ſed nullum adhuc proprium nomen (quod ſcilicet nondum rebus omnibus impoſita ſunt nomina) ſortita; καταχρηστικῶς tamen & in aptioris penuria Hippocrates, Galenus & cæteri claſsici medicinæ auctores τῷ ὀξέϊ παθεῖ, τὸ μακρὸν χρόνιον ἢ πολυχρόνιον, id eſt, acuto morbo, longum, ſeu diuturnum opponunt, vt apud Hippo. Aphoriſ. 4. Comment. 1. & Aphor. 23. Comment. 4. Apud Galenum Comment.

ment.1.in Aphor.12.Sanè Hippo.lib.1.de ratione victus acu.acutos eos esse dicit,quorum febres prorsus sunt continuæ, & quã plurimos interficiũt:quod hic item repetit Gale.& li.2.crisc.12. & aliis locis passim. Hac autem definitione de acutorũ numero excluduntur ij brachychronij morbi,qui vel sine febre vt Apoplexia,vel cum febre,sed non continua tamen,aut periculosa celeriter iudicantur:quales sunt ephemeræ ab insolatu,frigore,lassitudine, motu corporis & animi,à bubone,à causa euidente orto,contractæ. Sciendum tamen est,omnẽ acutum quâ quidẽ sua celeriter percurrit tẽpora,brachychroniũ,seu oligochroniũ esse, sed non cõtrà,omnẽ scilicet brachychroniũ morbũ,esse acutũ.Si quidẽ apoplexiã,tetanũ,vt Aph.6.Cõmẽ.5.& diariã brachychronios morbos esse,vt quorũ singuli celeriter sua percurrant tempora,certum est.At nemo horum aliquod acutũ morbũ propriè dixerit:quòd nec apoplexia,nec tetanus cum febre cõtinua euenìant.Ephemera autẽ cum febre quidẽ,sed quę celeritati magnitudinẽ eóque periculũ nõ habeat coniunctũ. Sed enim hãc morborũ ex motu differẽtiã ex subiecta tabella deprehẽdes facilius.



Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 537 sur 567

©BIUM

3 *Etenim de motus ſpecie.* Κατὰ μὲν γὰρ τὸ τῆς κινήσεως εἶδος ὀξὺ προσαγορεύ. Cùm differẽtiarũ propriarũ principaliũ,ſeu, vt vulgò dicũt,eſſentialiũ,in quas,ſi fieri poſsit,habeat fieri diuiſio,magna in diſciplinis idcirco penuria ſit,quòd ipſę ſoli Deo & naturæ cognitæ,nobis nec declarari nec veſtigari poſsint, nõ ſolùm propter formæ cuiuſque rei, ſed & materiæ etiam ex quatuor elementis permiſtæ ignorationem propriarum ſanè loco accidentalibus vel abs propinquo & proprio,ſi fieri poſsit,vel ſi minus poſsit,à remoto,ab ipſa re inſeparabili, & multis communi rei accidente deſumptis, vti cogimur. Id fieri in hac morborũ à motus tempore diuiſione deprehendere licet. In qua differentias in verarum ſeu propriarum,aut etiam propinquarum penuria,à remoto & multis communi rei accidente, trahimus, dum morbum,terminũ videlicet cõmuniorem, & in differẽtias diuidendũ in βραχυχρόνιον ἤτοι ὀλιγόχρονιον & χρόνιον, ſeu πολυχρόνιον aut μακρὸν, id eſt,in breuẽ aut longũ,& rurſum breuem in acutũ propriè dictum, & huic oppoſitum diuturnum minus propriè dictum,terminos non ita cõmuniores diuidimus. Nam longus vel breuis,à morbo remotũ eſt, ſeparabile, & multis alijs rebus cõmune accidẽs. Siquidẽ bello,paci,inducijs,ſomno, vigilijs, vitę & cæteris id genus ſpatio quod percurritur tẽporis menſuratis,breuibus aut longis etiam eſſe contingit. Idem de acuto etiã & huic,quanquam impropriè contrario diuturno (contrariorũ enim eadem eſt diſciplina & ratio) dicere licet, quorum vtrunque nomen non ſolùm morbo,ſed & aliis etiam rebus commune eſt. Nam & καιρὸς ὀξὺς,& ξιφὸς ὀξύ, & οἶνος etiam ὀξὺς,id eſt, occaſio acuta,ſeu volucris,gladius acutus, & vinum etiam acutum,haud aliter ac νόσος ὀξὺς, aut νόσημα ὀξύ dicitur: & μακρὸς itidem ἤτοι χρόνιος πόλεμος, πυρετὸς, ὕπνος, χρονία ὀδύνη, id eſt, longum, ſeu diuturnum bellum,longa febris,longus ſomnus & dolor æquè dicitur,ac χρόνιον ἢ μακρὸν πάθος,id eſt,longus morbus dicitur. Ex quibus intelligere licet,illas ex motus ſpecie attributas morbo differentias remotas eſſe, ſeparabiles, & multis etiam aliis rebus communes,& quibus in verarum differentiarũ penuria vti cogimur. Vt igitur vinum acutũ dicimus,quod ſtatim linguam,chordam acutam,quæ ſtatim auditum,ſtylum,ſeu gladium acutum,qui ſtatim ſenſum tactus feriat: ita eum morbum acutũ dicimus, qui caliditatem celeriter manui occurren-

tem

tem & ſuam motionem celerem indicantem, habet: cui generi morbi, debiles, puſillas, penitúsque lentas febres, vt epialas, & diarias multorum dierum opponimus. Et quanquam Galenus ad huius capitis finem τὸ βραδὺ τῷ ὀξεῖ, id eſt, tardum acuto videtur opponere, (ſic enim ſcribit: ἄγε τὸ μὲν ὀξὺ τῷ βραδεῖ, τὸ δ' ὀλιγοχρόνιον τῷ πολυχρονίῳ κατ' ἀντίθεσιν εἴρηται) tamen τῷ βραδεῖ τὸ ταχέως, id eſt, tardo celer, & τῷ ὀξεῖ τὸ μικρόν, id eſt, acuto debilis, paruus, ſeu puſillus magis propriè ex aduerſo reſpondet. Confunditur tamen ſæpe differentia, & τῷ βραδεῖ τὸ πολυχρόνιον, id eſt, tardum cum diuturno, & τὸ ὀξὺ τῷ ὀλιγοχρονίῳ commiſcetur.

Quieſcere verò ipſum citò neceſſe eſt. Morbum quieſcere hoc lo 4
co eſt in termino ad quem perfectione per motum acquiſita, finiri & terminari, nec amplius moueri: vt cuius nulla pars ſit amplius in potẽtia, ſed cuius actus completus ſit & perfectus. Rem enim tunc moueri docet Ariſtoteles Phyſicor. 3. ca. 2. cùm in ea eſt actus entis in potentia: qui actus vbi completus eſt, ipſa res, vt huiuſmodi nõ amplius mouetur, ſed quieſcit. Per febrem autem continuam: quia corpus ab iis ſub quibus antè fuerat, receſſit, & immutatum eſt, moueri ſecundùm illud dicitur Galeno initio lib. 1. de Facult. natur. Et mouetur quandiu morbus partim actu eſt, partim potentia, id eſt, quãdiu morbus per motum acquirendus iam acquiſitus eſt, & eius aliquid reſtat acquirendum. Vbi verò morbus totus actu eſt, ſeu totus ita acquiſitus, vt nihil extet habendum, ſeu ſi vis, cùm perfectus cõſummatúsque eſt, quod in ſtatu contingere ſolet, liquet ipſum, ne tunc quidem moueri: cùm non ſit amplius in potentia, & ſic quieſcit & ceſſat, morbúsque eſſe deſinit, cùm inde ad ſanitatem pergat. Aliàs res moueri dicuntur, quæ priorem ſtatum immutant: quieſcere quæ eundem conſeruant. quod quatuor modis fieri legas initio primi de Faculta. natural. apud Galenum, & apud Ariſtotelem in Phyſicis & libris de Generat. Velociter porrò moueri morbum acutum, eſt ipſum citò ad terminum ſuum pergere, ſeu citò terminum ad quem, id eſt, ſui perfectionem & conſummationem pertingere: quod eò fit, & quia nullum violentũ poteſt eſſe diuturnum, & quia humor talem morbum committens calidiſſimus, ſicciſſimus, tenuiſſimus, & incendi paratiſſimus (bilis enim

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 539 sur 567

est,quæ semper acutos morbos facit,vt Comment.7.in Aphoris.32. & Proble. Aristo.6.Sectio.1.) diutius tantæ flammæ sufficere non potest.

Siquidem acutus tardo. Asulanius Codex sic habet: Εἴτε τὸ μὲν ὀξὺ, τόδ' ὀλιγοχρόνιον καὶ' ἀντίθεσιν εἴρηται. Sic tamen etiam ex Basiliensi Codice legendum est: Εἴγε τὸ μὲν ὀξὺ τοῦ βραδέως, τόδ' ὀλιγοχρόνιον τοῦ πολυχρονίῳ καὶ' ἀντίθεσιν εἴρηται.

Finis libri tertij & vltimi Claudij Galeni de Diebus Decretorijs, & Commentariorum in totos tres libros eiusdem, Interprete & enarratore Ioanne Lalamantio apud Heduos suos medico clariß.

1558.

Mal grado Febo non si può far giorno.

Ἐξεστάζειν τὴν μὴ συνοφανῆναι.

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

AB adolescentia Galenus dies Decreto. obseruauit. folio 29. 311
A causa efficiente ad suũ effectum, quomodo arguendum. 79
Abscessus in partem maximam, & nõ momentaneam, vel in neque maximã, neque momentaneam, &c. 89
Abscessus nonnũquam in acutis fiũt. 8
Abscessus in articulis. 5
Abscessibus & coctione qui morbi iudicentur potius, quàm crisi. 93
Abscessus in glandulis post aures. 58
Abscessus κατ' ἀπόθεσιν quis. & κατ' ἔκκρισιν. ibidem.
Abscessus in ignobili particula. 5
Abscessus insignis Græcis dicitur ἀφανὴς ἢ ἐπιφανὴς. 2. 3. in morbis longis fiunt. 8
Abscessus quæ materia committat. 8
Accessio inuadens. 12. nocte. 72
Accessio naturam stimulat. 464
Accessionem maturius incipere quid. 11. 16. 72
Accessionis tardatio. 72
Accessio quid. 121
Accessio quando horam consuetam seruet. 72
Accessionem προλαμβάνειν quid. 72
Accessiones quando cessant. 473. Cur in imparibus diebus cõtingãt. 474
Accessionis vehementia violenti, quid habet ad Crisim. 466
Acuti interdum terminum suum excedunt. 133
Acuti ad quadragesimũ duplices. 378
Acutorum Crises in imparibus per accidens fiunt. 464. 465
Acutorum diuisio. 521
Acuti imparibus iudicantur. 72. 86
Acuti vacantes periculo, propter errata diuturni fiunt. 116
Acuti nonnunquam etiam paribus longi, nonnunquam etiam imparibus iudicantur. 152
Acutis certus limes assignari non potest. 133
Acutus morbus quis. 418. 419. & sequentibus.
A cælo motus initium in hæc sublunaria. 397
Adamus quot annos vixit. 303
A 17. & 18. discordiæ inter medicos initium. 133
Ad Diagoram atheum Christiani deficientes. 143
Ad motum tempus necessarium. 478
Ad probam victus rationem vtilissimũ tempus Criseos præcognitio. 519. 520
A decimoseptimo initium discordiæ inter medicos ortum est. 316
Ἀδοκησία qua. 108
Admirabilis Hippocrates. 5
Adstantes morigeri esse debent. 101
Ægroti fidè iudicati hypothesis. 71
Ægrotus morigerum præbere se de-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 541 sur 567

©BIUM

bet. 101
Aegyptij ſacerdotes Philoſophi & Aſtronomi. 448. 449
Aegyptij anni certum modũ ſemper habuêre. 196
Aegyptij Aſtrologi veriſs. id tradiderunt & Galenus veriſi. eſſe comperit. 447
Aegyptij primùm quid profiterentur 449. Chaldæorum ſtudio excitati. ibidem.
Aequinoctia & ſolſtitia variantur. fol. 417
Aequinoctium vernum. 203
Aequinoctium. 68
Aeruſcatores. 449
Aër corpus immutat. 440
Aër Lunæ fundamentũ Hippo. 426. quomodo & cur à Luna iuuetur. ibidem, & ſequenti.
Aëris mutatio triplex. 498
Aëris mutatio naturalis. ibid.
Aëris mutatio non naturalis. ibid.
Aëris mutatio præter naturam. ibid.
Aër promptè alteratur. 425
Agricolis ex Lunæ obſeruatione, quæ vtilitas dimanet. 436
Ἀγρυπνία inſomnia. 65
Ἀδιαθεία quid, quinam eam introducunt. 64
Ἀδιαθεία, id eſt, perpetua inualetudo. 64
Affectio ſimplex primò cognoſci poteſt. 69
Aiax Sophoclis. 47
Αἱ ἀρχαὶ in diſciplinis. 388
Album oculi rubrum apparens, quid ſignificet. 14
Alexander Aphrod. 297
Alexander Aphrodiſæus. 150. 151
Alcmeon, Aiax, Oreſtes furore perciti. 46
Alfonſinam ſupputationem quod ad annum attinet, ſequuntur recentiores Aſtrologi. 492
Alimenti indicatio ab ægrotantis viribus ſumitur. 368
Aliquid mali propter vicinum malum. 298
Alteratio naturalis, & violẽta. 474
Alteratrix, formatrix facultates generationis miniſtræ. 145
Alteratrix facul. qualitatibus potiſs. actiuis agit. 149
Ἀλόγως ῥᾳθωνεῖν. 9
Alui copioſæ deiectiones. 5. quid alui deiectio. 7
Ambitus, circuitu. 455
Amphimerina febris. 486
Ἀμφιβλήζειν quid. 506
Ἀναβατικὸν. 483
Analeptica & Anathreptica. 44
Ἀναλογία παροξυσμῶν. 86
Ανεσις quid? 122
A natura vocabulo Philoſophorum nonnulli nomen ſortiti. 141
Anguifer. 458. 516
Animalia quædam nullo nec ouo, nec ſemine orta è limo terræ, Solis beneficio gignuntur. 403
Ἀνορεξία. 65. 370
Anticipatio quid indicet. 72
Anni Attici initium vnde. 227
Anni tempora multis modis conſiderata. 416
Anni tempora non ſtato ſemper tempore recurrunt. 149
Annuarum conſtitutionum permultæ differentiæ. 344. 345
Annus 1556. 1557. 194. 195
Annus apud Arcadas. 172
Annus decem menſium. 168
Annus Ægyptius vnde incipit. 197. 198
Annus ætate Homeri quot menſium. 170. Atticus 228
Annus Galeni excedit annum Alfonſi. 493
Annus Iulianus, & eiuſdẽ initiũ. 227
Annus Lunaris cur diebus 11. minor Sol

Solari. 191
Annus Metonis. 194
Annus Persicus. 197
Annus Priscus Latinis. 227
Annus quid. 226. 455
Annus vertens. ibidem.
Annus quo auctor Heduæ hæc commentaretur. 176
Annus quot horas supra 365. dies habet. 491. 492
Annus 1556. æstuosiss. 388
Annus 1505. 149
Annuum nomen quid. 96
Ante septimum, neque masculus, neq; fœmina salubriter, aut secundùm naturam nasci potest. 159
Ante septimũ Genethliacis fœtus prodiens vitalis non est, cur. 163
Antilogia. 55
Apparatus ante Crisim promptus & expeditus sit. 101
Apparitionis efficacis & manifestæ tẽpus quot dierum. 490
Appetunt qui, & qui non. 370
A primo impositore, cur rebus impositæ sint nomina. 90
Ἀποσιτία ἀσορεξία cibi fastidium. 370
Ἀπόσιωμμα quid. 8
Ἀποτέλεσμα Crisεos. 49
Ἀπόσαπις quid. 8
Ἀπόσημα quid. 8
Ἀσημως indicari. 19
Ἀστία quid. 370
Aqua nullo pacto nutrit. 368
Aqua vim tãtũ medicamẽti habet. ibi.
Aqua sola quibus nõ imperanda. ibid.
Aquæ potabiles ægrotantibus. 368
Arabum mensium nomina. 199
Arati locus. 427. 435. 438
Arcturi ortus. 417
Ἡ ἀρχὴ, ἡ αἰτία, ἡ ὕλη. 391
Arcades annum quot mensium faciunt. 172
Archigenes. 19. 21. 89. 94
Aristot. opinio de termino vitæ. 302.
Aristo. locus. 57. 169. 297
Aristote. locus. 296. 304. 382. 383. 387. 405. 406. 408. 414
Arithmetici multa de numerorũ virtute nugantur. 465
Arithmetici vim maximam numeris inesse prædicant. 164
Artemis Luna cur. 415. cur à parturientibus inuocetur. ibidem.
Artuum in ramos diductio divaricatióque. 162
Asclepiades Sophista naturam inertem impudentissimè asserit. 111
Astra bene vel male affecta. 452
Astrologi antiquiores annum quantum fecerunt. 492. 493
Astrologorum rationes de partu septimestri. 151
Astrologi recentiores quot horas supra 365. dies anno attribuant. 492
Astrum quid. 396
Asina duodecim menses ferunt ventrem. 147
Assidentes varij. 113
Asulanius Codex emendatus. 121
Ἀθρεῶς ἤτοι διὰ μιᾶς ἡμέρας. 336
Attici anni cum Latino collatio. 228 & inde.
Authenticorum locus. 169
Augetur quoduis animans abs conceptu ad perfectam usque ætatẽ. 146
Augures celeberrimi. 124.
Auguribus permittitur superdivinare. 120. 123
Auicennæ ratio de partu 153. eius locus. 299
Augerus Ferrus. 505
Augustinus & Hieronymus. 202
Auctio cuiusque animalis post editionem in lucem. 138. 139
Axioma Astrologorum. 442
Axiomata quædam Lalamantij. 293. 294

B Abylonij. 196
Basilienſis Codex Græcus emen-

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 543 sur 567

datus. 57
Binarius audacia. 511
Biſſextus. 192
Bonum ſedimentum quale. 42
Bona fortunæ. 451
Bona Criſis conditiones. 116
Bootes. 415
Brachychronius 518.521
Bruma. 68
Bruma vnde. 401
Bubones. 499
Admea victoria. 65
Καιρικὴ hora. 68
Καχεκθὲς νόσημα, quis morbus. 45
Calculus exactus dierum & horarum ſeptimanæ. 491
Calendula. 303
Canum Laconicarum vitæ periodus. folio 302
Capitis dolor, laſſitudo totius ſpontanea interdum paruæ cauſæ, interdum manifeſtè. 64
Caput dolere. 11
Carbunculi. 499
Caro informis & rudis maſſa. 146
Caro in vtero quando fit. 146
Caros noſtris ſopor. 38. quid differt ab Apoplexia. ibid.
Καταβραχὺ decernũt dies poſt 14. 335
Catalepſis. 46
Catalogus ſignorum malorum & lethalium. 104
Κατάϛασις quid. 103
Cataplaſma, Clyſter, ſanitatis præſidia. 76
Καταπύγεδς quid. 485
Cataphora. 16
Catoche. 16.46
Catonis de Re ruſtica locus. 409
Cauſa viſionis. 56
Cauſa vna efficiens vnius effectꝰ cauſa. 76
Cauſa varietatis luminum Lunar. fol. 410
Cauſarum alia ſufficiens, alia neceſſaria. 78.79
Cauſa Criſeon interna. 459
Cauſæ tres fœtum in vtero vltra iuſtum & naturale pariendi tempus retinent. 294
Cælum agens cauſa. Terra materia. fol. 397
Cælum mundi pars puriſſima. folio 396
Cælum corporum omnium nobiliſſimum. 492
Cæcilius apud Gell. 148
Cælij Rhodigini locus. 296
Cœpta quæque res immutatur in quadratis, &c. 443
Cerebrum, cor, hepar, quando firmantur in vtero. 162
Cernendi natura. 57
Cerui vita. 302
Chaldæi in Aſſyria. 449. qui. ibidem.
Chaldæi ſacerdotes quales. 448
Chaldæorum diſciplina. ibid.
Chaldæos inceſſit Phauorinus apud Gellium. 451
Chaldæus Paraphraſtes. 202.203
Chaos quomodo ſeparatum. 426
Chœnix. 88.89.90
Cheopina Pariſina. 91
Χόριον membrana. 145
Χρονίζειν. 117.338
Χρόνιος πολυχρόνιος. 518.521
Chronologia. 171
Cibum auerſantes & faſtidientes. 64. 65.
Cibo abſtinemus quomodo. 369
Ciceronis locus. 26, 28. 46. 111. 123. 407. 427
Ciceronis locus è Thuſculanis. folio 172
Κινδυνώδη σημεῖα. 106.107
Circuitus quid. 456
Circuitus perfectus. 354
Circuituum alij dierum numero conſtant, alij menſium. 453

Circuitus circa Zodiacum. 489. proprius & communis. 490
Circuitus lunaris quot dierum. 489
Circuitus Lunæ. 429
Circuitus rerum minus præstantium sequuntur circuitus rerum magis præstantium. 456
Circuitus medius à Gale excogitatus. 490
Circuitus proprius quot dierum, communis item & medius. 502. & seq.
Circuituum trium septimanæ quot dierum. ibid.
Κύημα καὶ κυόμενον. 162
Κυλλὸς mensis. 430. 434
Cyparissus. 292
Κύρια μόρια καὶ ἄκυρα. 9
Claudij Nauloti historia. 487
Climacterici anni. 165. 166
Κλιμακτηρικοὶ anni. 443
Cn. Flauius scriba. 176
Codices Græci emendati. 28. 128. 309. 316. 329. 460. 461. 481. 482. 485. 507. 508
Coctionis & cruditatis signa. 104
Coctionis nota nunquam malè apparet. 106
Coctionis primum & magnum instantis bonæ Crisis signum. 97. 98
Columella libros xj. contra Astrologos composuerat. 450. 451
Coma 11. & 16. cur fit. 16
Comicus 89
Commune mutationis principiũ. 497
Comparatio partus ad morbos. 152
Conciliatio locorum Hippo. 359. 360
Conciliator Petrus de Apono. 480
Conditiones bonæ Crisis. 115. 116
Commotio vehementior in opposito fit. 443
Controuersia de die Crisis. 26
Conualescentium victus ratio 3
Conuersio orbiũ cælestiũ duplex. 404
Conuersio superior nihil habet contrarij. 403
Conuersiones lucis æthereæ. 457
Contenta in vrinis. 69
Contraria contrariorũ remedia. 456
Cotyla. 91
Corbuloni Vestilia filij septimestres. 150
Cordis vellicatio. 11. & 14
Cornicis periodus vitæ. 302
Corniculata seu falcata Luna. 395
Cornua Lunæ eleuata versus Zenith. 439
Corpora simplicia omnium rerum materia digniora sunt illis rebus quas componunt. 306
Corpus mutationes vel proprias vel communes subit. 497
Corpus nostrum alteratur. ibid.
Corpus quomodo in Crisi vel paulo antè eam perturbetur. 334
Κράσις ἕξις, φύσις idem. 107
Κρίσιμος in Prognosticis quid significet. 469
Crises acutorum in imparibus per accidens fiunt. 464
Crisis à nono ad undecimum. 481
Crises à vicesimo ad 40. languent. 350
Crisis cum accessione. 105
Crises earum sunt febrium, quæ ex calidis constant humoribus. 473
Crisis effectum. 49
Crises quæ paulatim fiunt, duos aut tres dies occupant. 333
Crises in accessionibus. 464
Crises post 40. langueſcunt. 129
Crisi quis primus nomen imposuit. 1
Criset quas communis Lunæ circuitus adiuuat. 497
Crises quomodo intẽpestiuè erumpãt. 461
Crisis absolutè dicta. 87. 89
Crisis ad perniciem. 88
Crisis aliquando differtur vltra 14. 70
Crisis bona quæ post humorum concoctionem fit. 472

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 545 sur 567

©BIUM

Crisis deficiens. 88
Crisis εὐσημος. 75
Criseos dies præsagiri potest. 97
Crisis imperfecta, infida, periculosa, sine signis, &c. 19. absoluta, fida, firma, tuta, manifesta, ibid. & 334
Crisis interdum vno, interdum pluribus diebus fit. 85
Crises morborum à duplici principio. 459
Crisis non iudicata & duos dies complectens. 83
Crisis non dierum numero, sed habitui Lunæ debet referri accepta 476
in statu. 72
Crisis plures dies occupans. 84.86. 330.334
Crises quãdo pluribus diebus absoluuntur. 93. vehementissimè ad 14. 350
Crises singulis diebus fiunt 18. aliæ bonæ, aliæ malæ, ibid. aliæ perfectæ aliæ imperfectæ, aliæ iudicatæ, aliæ derepente sese produnt. ibid. & 19
Crises cur imparibus in acutis, in longis paribus fiant, difficile iudicatu. 465
Crisis vnde. 467. quid. 12. 17. 44. 49. 50. 88. 459
Criseon causa interna. 459
Critica tempora. 84. 85
Criticæ motionis initium quod. 84. 85
Cruditatis & coctionis signa. 104
Cruditatis tẽporisque signa concurrentia. 127. 131
Cubitus. 88. 91
Cur accessiones acutorum in imparibus contingant diebus. 474
Cur Deus hominum vitam abbreuiarit. 303.
Cur fœtus exeat in lucem, hic octauus, ille serius. 300
Cur indiuidua citius occũbant in singulis formis. 304
Cur Hippo. alios alibi dies addiderit, alios alibi sustulerit. 338. 339
Cur non omnis dies decret. 137
Cur sani ægrotiue edimus, bibimusque 367
Cur septimo quoque anno, mutationes periculosæ in vita 443
Cur non omnes eodem modo de diebus scripserint. 136. 137
Cur septimestres viuunt, octimestres non. 148
Cur tremant qui die sexto iudicantur 39
Cur vicesimus & vicesimus primus decernunt. 488
Dauidis locus 407
De aere nihil decerni potest prius quàm Luna emergat è radiis solaribus. 496
Decades hebdomadarum Hippocratis. 157
Διαφθινοὶ menses. 229
Desemuiri 168
Decimo mense partus editur in lucem. 168
Decimus septimus index vicesimi. 141
Decimus septimus & decimus octauus interdum decretorij interdum indices. 132
Decimus septimus affinitatẽ habet cũ 14. sibi proximo. 316
Decimus octauus & 21. excidunt ex dierum decreto. ordine 141
Decolores cur fiant 39
Decretoria non decernentia 451
Decretorij ante 14. ἀβροῶς, id est, subitò & vniuersim decernunt. 335. 336.
Decretorij post vicesimum. 93
Definiẽdum primùm deinde diuidendum. 18
Deiectio mentis de suo statu 47
Deiectiones malignæ quæ. 39. acres, fœtidæ 39
Delirium quando. 4. 47
Delirare. 11. & 13
Demensum diurnũ carcere detento-

rum. 91
Determinatum fit à determinato 146
Deus iussit vt existerent luminaria. 397
Deuteronomij locus. 201.204
Dextans. 431
Diagoras Atheus. 143
Διάλειμμα. 122
Diaria. 90
Dictiones quadam irrepserunt in Galeni contextum. 342.
Dierum parium catalogus. 332
Dierum decretoriorum natura quadã peculiaris. 30
Dierum decreto. ordo. 30.33.54
Dies decreto. ex Epidem. Aphor. & Progn. 31
Dierum numerus pro morbi decrescit vehementia. 95
Dierũ septimanæ cuiuslibet circuitus numerus. 505.506
Dierũ decretoriorum tabula præcipuorum dico & minus præcipuorum. 94
Dierum numerus non habet vim decernendi, sed causa cælestis. 476. 477
Dierum differentia ad 20. vsque. 52
Dies mortis quomodo præcognoscitur. 121
Diem vnde incipiant medici. 73
Dies decreto. per se sidè morbum non soluit. 79. quartus index septimi. 98
Dies decretorij vsu inter se differunt. 352
Dies decretorij non pecunia, sed re-vera in opera medica introducti. 23
Dies decreto. post vicesimum. 87
Dies decretorius plurimum potest in Criseos fide, sed non tamen solus. 81
Dies Critici falsò & superstitiosè ad Lunam referuntur Pico. 445
Dies criseos præsagiri potest. 97
Dies decret. signa coctionis, & excretio copiosa tres sunt causæ concurrentes & efficientes Criseos. 78.79
Dies decretorij ad 14. magnas perturbationes adferunt. 93
Dies decretorij à vicesimo ad quadragesimum paulatim vehementiam remittunt. 93
Dies decreto. post quadragesimũ omnes languent. ibid.
Dies decreto. solus exclusis omnibus aliis causis, aut signis vim omnem Criseos non habet. 77
Dies decretorij ex Apho. Progno. & Epid. 339
Dies quid 68. Artificialibus. ibid.
Dies 4. index septimi. 107
Dies interlunij. 287
Dies naturalis quid. 455
Dies nõ omnis decretorius est, & quare. 137
Dies intercalares. 140
Dies, mensis, annus tria quibus omnia ferè metimur. 455
Dies stabilit Crisim. 75
Diæta cur præscribatur. 54
Differentia dierum ad 20. 52
Differentia Criseon. 20
Diocles acutorum diem vicesimumprimum terminum fecit. 382.383
Dioclis locus. 158.332
Diocli primus & secundus decernũt. 87
Diodori locus. 196
Diogenis Laertij locus. 171.172
Discere & experiri simul oportet. 98. Vter melior qui didicit, nec expertus est, an contrà. ibid.
Dividendum quomodo. 382
Divisionis lex. 365.386
Διχότομος Luna. 395
Dysenteria perniciosa. 500
Dispnœa repentina. 11.12
Δοκιμάζεσθαι. 469
Doctrina gratia duæ tantùm morborum differentiæ sumuntur. 361

Galeni Pergameni de Diebus decretoriis Libri III - page 547 sur 567

Dolor in colle. 11
Duellum inter naturam, & morbum. 487
Duodecimus menſis an τοκετικὸς. 170
Duo inſtrumenta fidei faciendæ, experientia & ratio. 311
Duodecimo & 16. Galenus neminem vnquam iudicatum vidit. 19.44
Duplex dierum decretorum ordo. 54
Ἐκλογιζόμενοι primus Græcorũ mensis. 286
κλύσεις. 48
Eclypſis quando & quomodo fiat. 411
Ἐκλύσεις *quid.* 39
Ecthimata. 499.501
Ἐξαίφνης παύσεις. 12
Elementis 4. nihil communius. 498
Emboliſmi dies 33. in anno Hebræo. 225
Embolimi menſes. 193
Ἔμφυσον. 162
Ἐμμηνα κλάσματα. 413
Empiricus à perfectione abeſt. 97.102
Empirici publici hoſtes dogmaticorũ. 345
Empirici quod euidenter tantùm apparet recipiunt. 43.57
Endemij morbi. 499.500
Ἔνη καὶ νύσα. 131.176
Encorema. 69
Enneatici anni. 166
Enoſſus quot annos vixit. 303
Ἐνοχλοῦντες ὀρθοπαθοῦντων *qui Hippo.* 65
Ἕξις *quid.* 107
Ephemeris annorum octo. 195
Ephemeris octennalis anni Attici. 229. & *inde.*
Ephemeræ febres. 442. *quæ* 468
Ἔφοδος *apud Hippo. in Prog. pro perio do capitur.* 342
Epicyclus quomodo mouetur. 301
Epidemij morbi. 500
Epileptici qui. 414
Epilepſia vnde ſit, quo tempore recurrat. ibid.
Ἔφοδοι λοιμῶν. 113
Ἐποχή. *id eſt, aſſenſionis retentio.* 25
Errata ab ægroto admittuntur. 100, 101
Errata ab admirandis Medicis admittuntur. 100
Erratum conſiderandum magnúmne an exiguum admiſſum ſit. 116
Errati magnitudo literis mãdari non poteſt. 115.117
Error exiguus. 115
Erroris inſpicienda magnitudo. 115.116
Euentus morbi cum certa limitatione prædicendus. 101
Εὐκρατοῖς καὶ ἀλαθοποιοὶ *planetæ.* 447
Euidens ſenſui, propter cauſæ eius minorationem, non tollendum. 25
Εὐπαθὲς καὶ εὔλυτον νόσημα *quid.* 4
Euripus Chalcidicus. 149
Exacte primùm ferè inſenſibile. 58. 59.61
Exanthemata. 499
Exemplum initij Criticæ acceſſionis. 85.86
Exortus clariſſimorum ſyderum. 453
Experiẽtia decretorij dies examinandi. 348
Experientia & ratio duo fidei faciendæ inſtrumenta. 311
Experientia decretorij dies examinandi. 348
Experiẽtiæ Hippocraticæ fidendũ. 311
Expultrix intempeſtiuis aliquando inſurgit. 463
Expultricis tempus. 463
